Crimen læſe maieſt. committitr̄ ſolum contra Imperatorē vel Papam non aūt contra inferiores. in ſing. 164. inci. Nemo debet.

Crimen temporis curſu abolitur. in ſing. 454. incip. Curſus temporis.

Calor. calor iracundie multa operatur de quibus in ſing. 626. incip. calor iracundie.

¶Calumnia.calumnioſe petita non ſunt exau
dienda in ſing.680.inci.calūnioſe petita.

Vbi agitur de præiudicio irreparabili petita
etiam per calumniam ſunt audienda in ſin-
gu.686.incip.calumnioſe petita.

¶Carcer.an condemnatus ad perpetuos car-
ceres poſsit facere teſtamentum & quis poſ
ſit damnari ad perpetuos carceres in ſingu,
565.incip.dubitarunt.

¶Cardinalis , licet ſolus papa poſsit creare
cardinales attamen ipſe ſolus papa non po-
teſt cardinales deponere in ſing.669.incip,
iura volunt &c.

Cauſa licet iuſta cauſa excuſet a pœna & ab
obligatione tñ non excuſat a pœna conuen
tionali in ſing.598.inci,iuſta cauſa &c.

¶Cauſa non turpis cōcurrens cum cauſa tur-
pi facit valere actum in ſing.617.incip. me-
mor ex iſto in ſi.

¶Cauſæ cognitio de cauſæ cognitióne vide
plura in ſing.648.inci.cauſæ cognitio.

Præceptum iudicis pœnale factum ſine cauſæ
cognitione non valet in ſing.648.incip.cau
ſæ cognitio.

Præceptum iudicis factum ſine cauſæ cogni-
tione habetur pro nuda citatione in ſingul,
648.incip.cauſæ cognitio &c.

¶Citatio. citatio partis eſt neceſſaria adeo qđ
licet iudex vel arbiter poſsit ſentētiare par
tibus abſentibus tamen non valet ſententia
vel laudum ſi partes non fuerint citate ad
eam audiendam in ſing.633.incipien, mate-
ria citationis.

¶Clauſula.clauſula códicillaris ſuſtinet teſta
mentum etiam quando hæres mortuus eſt
ante teſtatorem in ſing.544.incip,omnibus
iuris profeſſoribus.

Clauſula non obſtantibus aliquibus.in contra
rium facientibus licet tollat omnia in con-
trarium facientia etiám ſi talia cōtraria ha
berent clauſulam derogatoriam,attamen ſi
in ſtatuto vel reſcripto principis ſit clauſu-
la generalis non obſtante aliquo priuilegio
debet intelligi de priuilegio in corpore iu-
ris ſcripti non clauſo quia illa quæ nō ſunt
in corpore cōis vel ſtatutorum clauſa non
intelliguntur ſublata in ſingu,558,incipien,
clauſula &c.

Clauſula poſita in literis,papæ,videlicet nul-
li igitur hominum liceat contra has literas
auſu temerario contrahire,alioquin indigna
tionem apoſtolorum Petri & Pauli ſe noue
rit incurſurum &c, importat pœnā arbitra-
riam in ſing.559.inci,ſæpe tn literis.

Clauſula peto mihi ius & iuſtitiam miniſtrari
eſt tāte potentie & virtutis quod ſtante ſe-
miplena probatione iudex poteſt abſq; alia
petitione partis deferre iuramentum in ſup
plementum probatio,in ſingu.620.incip.in
cauſa poſſeſſorij &c.

Clauſula rati appoſita in mādato facto procu-
ratori operatur vt valeant geſta per procu
ratorem in abſentia cōſtitutū antequam habue
rit mādatum vel fuerit certificatum de ipſo
mandato in ſing.637.inci.officium.

Clauſula ſi ſenſeris te grauatum compareas re
cepturus iuſtitie complementum eſt magne
importantie & plura operatur in ſing.643.
incip.magne operationis &c.

Clauſula ſi ſenſeris te grauatum &c.appoſita
in præcepto nullo nihil operatur in ſingul.
643.incip.magne operationis.

Clauſula ſi ſenſeris te grauatum &c. poſita in
præcepto reſoluitur in vim citationis cita-
to comparente in ſing.643.inci,magne ope
rationis &c.

Pręceptū iudicis priuans aliquem poſſeſsione
vel re ſua ſine cauſæ cognitione non valet
licet in eo ſit appoſita clauſula ſi ſenſeris te
grauatū in ſin.643.inci.magne operationis,

Clauſule ſolite appont in inſtrumētis poſſunt
apponi a notario in inſtrō licet nō ſit ſibi di
ctum a partibus, quod eſt verum qñ inſtrm
eſt in fieri ſed ſecus eſt in inſtrumento iam
facto,in ſing.663.incip.notarius.

Clauſula in reſcripto poſita videlicet facias
vt tibi viſum fuerit expedire operatur vt
non requiratur de neceſsitate aliqua proba
tio in ſing.695.incip. clauſula appoſita.

¶Clericus licet clericus non ſit priuatus ipſo
iure beneficio etiam ſi commiſit cauſam ꝓ-
pter quam poſsit priuari niſi ſequatur ſentē
tia declaratoria iñ quam primum commiſit
cauſam propter quam meruit priuari bene-
ficio efficitur indignus & ſit malefidei poſ-
ſeſſor & ſic ab illo tempore retro tenetur
ad omnes fructus reſtituendos in ſing.525.
incipien,clericus.

Clericus delinquens poteſt a quocunque deti-
neri in loco vbi deliquit vt ſatisfaciat nec
tali caſu detinens cum incurrit aliquam ex-
cōicationem in ſin.537.inci.qui manus &c.

Clericus ſi eſt minor xxv.ann.& in contractu
per eum fiendo requiritur authoritas iudi-
cis talis authoritas debet interponi per iu-
dicem eccleſiaſticum & nō ſecularem in ſin
gu.667.incipien.ſepiſsime.

Clericus non pōt legitimari a comite palatino
ſeculari in ſing.667.incip.ſepiſsime.

Si parochiani nō dant presbytero parochiali
oblationes debitas poteſt ipſe presbyter eis
denegare diuina officia , in ſingulari 682.

incipien.ſcribitur in c.&c.

Propter ſcandalum euitandum poteſt clericus priuari beneficio ſuo in ſing.683.incip. alias in repeti.

Conſuetudo auffert priuilegium clericis in minoribus ordinibus conſtitutus qui per iudicem ſecularem puniri poſſunt ſi delinquũt propter conſuetudinem in ſingul.690.incipien.magni valoris.

Quilibet proceſſus factus per iudicem laycũ contra clericum eſt nullus & quælibet ſententia eſt nulla quamuis nemo pro eo comparuerit ad allegandum priuilegium clericale in ſing.694.inci.apud omnes &c.

Si clericus eſt artifex alicuius artificij poteſt conueniri ſub iudice layco illius artificij in ſing.694.incip.apud omnes &c.

Iudex laycus pōt cognoſcere de cauſa clerici quādo clericus comparet vt tertius & non vt principalis in ſin.694.inci.apud oẽs &c.

¶Collatio ſi conceditur alicui poteſtas conferendi beneficia ſuorũ familiarium & aliqui eorum deſinunt eſſe familiares an ceſſet poteſtas cōferendi in ſing.657.inci.plura &c.

¶Collecta.collectæ ſunt diminuendæ ei cuius patrimoniũ aduerſa fortuna eo lapſum eſt in ſing.619.inci.emergens &c.

¶Colonus.colonus q diu laborauit bene fundum datũ in emphiteoſim ſi expellatur ab emphiteota debet ipſe emphiteota priuari emphiteoſi in ſing.548.inci. rei ſuæ &c.

¶Commodatum. periculum rei commodatæ an pertineat ad commodantem vel ad commodatariũ.i ſin.607.inci. ſuperioribus &c.

¶Commodum.eum ſequuntur commoda quẽ ſequuntur incommoda quod amplia vt in ſing.632.incip.occurrit &c.

¶Condemnatus ille qui eſt condemnatus pro delicto ſuo in pœna pecuniaria vel in fuſtigatione ſi eſt ſoluendo & velit potius fuſtigari quam ſoluere iudex non debet eum audire ſed debet eum cogere ad ſoluendũ & capere eius bona & illa vẽdere pro tali condemnatione ſoluenda in ſing.651.incip.puto te ſcire &c.

¶Conditio.conditio mulierũ in aliquibus eſt deterior quam conditio virorum in ſingul.611.incip.adduxi tibi &c.

Si duo ſunt patroni vnius beneficij videlicet maſculus & fœmina & ſint diſcordes in præſentando tunc præſentatus a maſculo præfertur in ſing.611.inci.adduxi tibi &c.

¶Conductor. conducens fundum ſterilem ſi eum facit fructuoſum ex labore ſuo locatio ſibi facta de dicto fundo ad tempus efficitur perpetua & tranſit ad hæredes extraneos nec finitur tertia generatione in ſingu.550.incip.ſtatui.

Si conductor fundi promiſit in fundo plantare vites & dare medietatem fructuum dño ſi plantauit alias arbores ſimiliter tenet dare medietatem fructuum domino licet de alijs arboribus non fuerit dictum in ſingul.582.incip.accipere &c.

¶Communio.cōio operatur vt inhabilis gaudeat priuilegio habilis cũ quo concurrit in cōione in ſing.502.incip.tritum &c.

¶Confeſſio.confeſſio facta in iudicio ſummario facit fidem in plenario in ſing.580.inci. acta facta &c. quod limita dummodo talis cōfeſſio fuerit facta ſuper libello vel ſuper proceſſu valido vt ibi.

Confeſſio plus operatur ꝙ alia ſpecies probationis in ſing.580.incip.acta facta.

Confeſſio. incidenter facta & non principaliter non nocet cōfitenti quod tñ fallit in cōfeſſione falſi in ſing.581.inci.vt dixi.

Confeſſio facta coram notario actorum dicit facta in iudicio in ſingu.590.inci.licet acta.

Confeſſio extraiudicialis ſi eſt veriſimilis nō ſolum facit indicium ad torturam ſed etiam facit plenam probationem in ciuilibus & in criminalibus in ſing.594.inci.ſicut.

Confeſſio facta inter perſonas inter quas eſt prohibita donatio non valet niſi concurrat præſumptio pro ipſa confeſſione in ſingul. 610.inci.non ſtatur aſſertioni.

Cōfeſſio facta abſente parte de equitate canonica plene probat in ſing.627.inci.materia.

Confeſſio facta ex abrupto etiã in iudicio poteſt etiam ex interuallo temporis reuocari aliter non probat de errore in ſing.680.incipi.dicit vulgare prouerbium.

Confeſſio ſolenniter facta per reum criminis in iudicio ſi reuocatur extra iudiciũ in carcere vel in loco ſupplicij talis reuocatio nihil operat in ſing.697.inci. plura dixi tibi.

¶Conferre licet filij & alij deſcendentes qui volunt ſuccedere aſcendentibus teneantur bona inuicẽ conferre non tñ tenentur aſcendẽtes conferre bona inſimul qñ volunt ſuccedere deſcendentibus in ſingu.579.incip. correlatiuorum.

¶Coniunctus. coniunctus admittitur pro coniuncto ſine mandato in ſingu.636.incipien. clarum eſt.

Præſentia coniunctorum facit ceſſare præſumptionem. metus in ſingu.673.incip.nonnulla &c.quod limita vt ibi.

Statutum faciens mentionem de cōiunctis intelligitur de proximioribus in ſing.678.incipien.fiunt paſſim.

Compromiſſum. compromiſſum nõ dicitur ante acceptationem & per tale compromiſſum ante acceptationem non ſuſpenduntur tempora appellationis in ſing.679. incipi. compromiſſum.

Contractus.cõtractus facti inter principem & ſubditum raro valet quia præſumunt me ticuloſi in ſing.645.inci.aduertant.

Cõtractus ad hoc vt dicatur celebratus inſcri ptis ſufficit quod cõuentum fuerit inter par tes quod fiat inſtrumentum inſcriptis in ſin gu.666.incip.pendet nunc.

Conſtitutum.ille qui fundat ſe in conſtituto tenetur probare quod tẽpore conſtituti poſ ſidere ille qui eius nomine cõſtituit ſe poſsi dere alias non iuuatur ex tali conſtituto in ſing.521.incip.ille qui vult &c.quod tamen limita vt ibi.

Conſuetudo non credit doctori dicenti aliquid eſſe vel non eſſe de conſuetudine niſi illud probet in ſing.678.inci.fiunt paſsim.

Conſuetudo poteſt dare iuriſdittionem laycis in clericos in minoribus ordinibus conſtitu tos & auferre priuilegium clericis qui per iudicem ſecularem puniri poſſunt ſi delinquunt propter conſuetudinem in ſing.690. incip.magni valoris &c.

Conſulens. cõſulens maleficium ei qui alias erat facturus non punitur eadem pœna qua principalis quod tñ fallit in enormibus delictis in ſingulari 665.quod incipit niſi me mea fallat &c.

Correlatiua. correlatiuorum eadem eſt natura & poſitum in vno cenſetur poſitum in alio in ſing.579.incip.correlatiuorum.

Creditor.creditor poteſt eſſe teſtis pro debi tore ſuo in ſingu.662.incipien.accipe nota verbum &c.

D

Damnum quod quis ſua culpa ſentit ſibi imputet.in ſing.350.inci. Dãnũ.

Debitor fugitiuus poteſt capi per creditorem & duci ad iudicem nedum qñ eſt in fuga ſed etiam qñ ſunt aliqua ſigna euidentia ꝙ vult fugere.in ſing.43.

Debitor fugiens ſi ſit clericus põt capi a credi tore laico ſine incurſu excõmunicationis. in ſing.43.incip.Debitor.

Occultans ſcienter debitorem alienum nõ tamen tenetur ad ſoluendum debitum creditori.in ſing.43.incip.Debitor.

Notificans debitori ꝙ aufugiat quia creditor vult facere eum capi ſi debitor aufugiat talis nunciãs tenetur creditori ad ſoluendum debitum.in ſing.137.incip.Clarum.

Debitor ſi legat creditori confunditur actio, quod tñ limita in ſing.162.inci.Tu ſcis.

Debitor fugitiuus ſicut põt capi per creditorem ita capi poteſt per eius procuratorem. in ſing.243.incip.Satis notum.

Debitor debitoris non poteſt capi ad petitionem creditoris forenſis etiam ſtante ſtatuto ꝙ debitor debitoris capiatur ad petitionẽ creditoris.in ſing.253.inci.Forenſes.

Ad capiendum debitorem ſuſpectum quæ & quot requirantur ex parte creditoris.in ſingu.282.incip.Creditor.

Licet plura requirãtur fieri & doceri per cre ditorem ad hoc vt poſsit capi facere debitorem ſuſpectum de fuga,tñ ſufficit eius iurm ꝙ habet ipſum ſuſpectum de fuga, licet & aliter non faciat fidem de alijs requiſitis.in ſingula.282.incip.Creditor.

Debitor ſuſpectus de fuga non poteſt capi niſi talis ſuſpicio emerſerit poſt contractum vel obligationem,ſecus ſi antea.in ſing.284.incip.Tolle moras.

Debitor ſuſpectus non poteſt capi propter ſu ſpicionem fugæ qñ præſumptionẽ ſuperuen tam creditor ſciuit & tacuit per multũ tem pus.in ſing.284.inci.Tolle mores. Et quan tum ſit multum tempus vide ibi.

Debitor in diem non poteſt cogi ſoluere ante diem,quod tñ fallit in fiſco qui propter ſuas neceſsitates occurrentes poteſt cogere debitores ſuos ante diem. in ſingula.355.incipien.Debitor.

Debitor fugitiuus poteſt capi ante diem ſolu tionis fiende.in ſing.355.ibidem.

Tertius inuito creditore non poteſt ſoluere pro debitore canonem emphyteoticum,niſi volens ſoluere prętẽdat aliquid intereſſe. in ſing.368.inci.Licet tertius.

Debitor non liberatur ſi dat rem debitã nuncio creditoris habenti ſchedulam creditoris, in qua dicitur quod mittat ſibi pecuniã vel aliam rem debitam, nam ſi ille nuncius aufugiat cũ re debita non eſt liberatus debi tor. in ſing.430.inci.Cauti & oculati.

Decretum.Si iudex reperit ſe deceptum in interpoſitione decreti poteſt illud motu ꝓprio ex ſuo mero officio reuocare.in ſingu. 320.incip.Sepe contingit.

Vbi reperitur decretum iudicis interpoſitum cũ cauſæ cognitione ceſſat pręſumptio frau dis.in ſing.399.inci.Multi iudices.& in ſin gu.438.incip.Lex.

Illud quod dicitur quod præſumitur pro decreto iudicis habet locum in maioribus iudicibus,ſecus autem eſt in minoribus.in ſin gu.438.incip.Lex.

Defenſio.Iſtud quod quis occiderit vel vul nerauerit

nerauerit ad ſuam defenſionē probatur per teſtes deponentes de credulitate. in ſingu. 19.incip. Tu ſcis.

Feciſſe ad defenſionē ſuā probatur per cōiecturas q̄ iudicis arbitrio cōmittūtur.in ſing. 19.inci. Tu ſcis clarum eſſe,in fin.

Confitens feciſſe homicidiū ad ſui defenſionē nō debet puniri pœna mortis, ſi aliter non conſtat de ipſo maleficio niſi per dictā ſuam confeſsionē. in ſingu.185.incipiē.Confeſsio inquiſiti.

Defenſio non pōt tolli ēt a principe in cauſis criminalibus ēt de plenitudine poteſtatis.in ſing.388.inci.Defenſio.

Defenſio in criminalibus nō pōt tolli per aliquod ſtatutū, per aliquā conſtitutionē, nec per aliquā conceſsionē arbitrij & iudex debet dare terminū defenſionis reo ēt ipſo nō petente.in ſing.388.incip. Defenſio.

¶Delictum, & delinquens.In dubio delictum non præſumitur quod tamen fallit vbi tractatur de vtilitate animæ.in ſing.151.incipi. Semper in dubijs.

Delinquēs vltra propoſitū,an puniatur.in ſingu.176.inci.Voluntas.

Delictū cōmiſſum ſine dolo,an puniatur,vide latius remiſſiue.in ſing.176. incip. Volūtas poſt prin.

Delictum ſi aliter non eſt probatū niſi per cōfeſsionē rei dicentis confiteor me occidiſſe ad mei defenſionē, delinquēs ipſe non poteſt puniri pœna mortis.in ſingu.185. incip. Confeſsio.

In delictis ad fauorē rei attenditur initium & non finis.in ſing.225.

Paria delicta mutua cōpenſatione tollūtur,qđ amplia vt in ſing.234.inci.Paria.

Propter enormitatē delicti licitū eſt iura tráſgredi,qđ limita & reſtringe ſolū locū habere in maioribus magiſtratibus. vt in ſingu. 244.incip. Tu ſcis illud.

¶Detētator qui nō habet poſſeſsionē ciuilem nec naturalē ſed ſolā detentationē habet officiū iudicis,vt ſibi reſtituatur detētatio ablata vel vt in ea defendatur.in ſing.406.incip.Capias.

¶Dictio,pluries, verificatur in duabus vicibus.in ſing.368.inci.Geminatio.

¶Dignitas.Priuilegiū durat ēt finita dignitate.qđ amplia vt in ſing.107.inci.Priuilegiū. de quo ēt in ſing.179.incip. Viget communiter ſtatutum.

Dignitas quæſita vxori per maritum durat ēt mortuo marito.in ſing.179.inci.Viget communiter ſtatutum.

¶Dilatio, petēs dilationē ad ſoluendū vī approbare ſententiā & renūciare appellationi quod ēt procedit ſi talis dilatio ſit petita a procuratore & non a dn̄o.in ſing. 186.incip. Tu ſcis.

Dilatio petatur ab vna parte ad producendū teſtes de longinquis partibus debet dari,licet excedat terminū ſtatuti de finienda cā poteſt tamē dari dictus terminus cū comminatione quod ſi nō probauerit mulctabitur in ſing.384.inci.Dixi tibi &c.

¶Diſpoſitio.Illi qui nō poſſunt diſponere nō poſſunt pœnam adijcere diſpoſitioni.in ſingu.312.inci.Illi qui non poſſunt.

Diſpoſitio teſtatoris facta in vno caſu porrigitur ad alium caſum ex tacita & veriſimili mente teſtatoris.in ſing.499.inci. Licet diſpoſitio.quod tamen limita vt ibi.

¶Diuiſio.In diuiſione bonorū feudalium nō ſufficit vnū vaſallū ꝓuocare,ſed debēt omnes vaſalli cōcordare & conuenire ad diuiſionē.in ſing.9.inci.Nemo.

¶Diuturna præſtatio facta ex mera liberalitate non inducit obligationē,quod tamen fallit in præſtatione diuturna quæ fit in piam cauſam quia ex tali præſtatione quis obligatur in ſing.192.inci. Diuturna præſtatio.

¶Diuturnitas tēporis operatur vt omnia pręſumantur ſolenniter facta,quod tn̄ fallit in mandato ad vendendū,emēdū, cōpromittēdū vel ſimilia,quæ nunquā præſumitur ex diuturnitate tēporis ēt ex curſu centū annorū.in ſing.323.inci.Diuturnitas &c. & vide etiam de hac diuturnitate tēporis in ſingu. 463.incip. Late ſatis.

Diuturnitas tēporis nō operatur vt in actu vel contractu præſumatur qđ interuenerit conſenſus propinquorū requiſitus niſi aliter probetur.in ſing.323.inci.Diuturnitas.

¶Doctor. Illi qui nō poſſunt conſtituere vel auferre ſalariū doctoribus nō poſſunt imponere legem penalem depoſitario ne ipſis doctoribus ſoluat.in ſing.32.incip.Illi qui non poſſunt.

¶Dolus.Cōſtitutio puniēs dolū vel temeritatem,non cōprehendit hominē ſimplicē cōtrauenientē ſine dolo.in ſing.287. incipien. Tetigi tibi.

Dolus futurus nunquā intelligitur remiſſus. in ſing.289.inci.Dolus.

Si iudex in ſententiando fuit in dolo poterit a ſententia ſua appellari, etiam ſi ſit factus iudex in illa cauſa cum clauſula appellatione remota.in ſing.289.incip.Dolus.

Ad hoc vt contractus reſcindatur ratione doli adhibiti debet eſſe dolus qui cadat in prudentem virum, vel qui caperet prudentem

virum,alias non reſcindit cōtractum.in ſingu.407.incip.Non omnis

Domus.Licet quis inuitus non poſsit extrahi de domo ſua,fallit niſi talis domus mineiur ruinam,quia tunc poterit inuitus extrahi.in ſing.189.inci.Tu audiuiſti.

Habens domū ruinoſam ex qua deformatur ciuitas ſi nō pōt eam reformare vel alteri vendere iuſto precio poteſt petere a republica tantū quātū ſufficiat ad reparationē.in ſing.470.inci.Habens domum.

Donatio inter virum & vxorem eſt prohibita regulariter,fallit in vno caſu poſito. in ſing.59.inci.Donatio.

Donatio in dubio nō pręſumitur qn̄ poteſt cogi alius ſenſus,& ideoinfertur ad notan.verbum.in ſing. 57.incip. Non præſumitur.

Donatio cauſa mortis reuocatur per penitentiam,quod tamē fallit niſi donans decedat ſine hærede,quia tunc nō reuocatur per penitentiā.in ſing.63.inci.Donatio cā mortis.

Donatio cauſa mortis ad ſui confirmationem non requirit adietionē hæreditatis. in ſing. 63.inci.Donatio.

An in donatione habeat locū diſpoſitio l.quoties C.de rei vēd.in ſingu.82. incipiē. Volo tibi. in ſi.

Donatio cā mortis,an ſit cōtractus vel vltima volūtas.in ſing.136.inci.Longa profecto.

Donatio cauſa mortis reuocatur ſi inter donātem & donatariū veniāt inimicitie. in ſing. 136.incip. Longa.

Donatio cā mortis reuocatur ſi donās voluntarie nulla neceſsitate cogēte rē donatā alienauerit.in ſing.136.incip.Longa.

Donatio facta inter cōiuges licet firmeť morte donantis,attamen ſi inter ipſos coniuges ſit facta donatio propter merita,tūc ad hoc vt valeat debebunt probari merita nec ſtabitur aſſertioni donantis. in ſing.262.incip. Quod potui.

Prohibitio donationis facte filiofamil.non extēditur ad filiūfa.ſenatoris vel alterius dignitatis.in ſing. 273.inci.Notiſsimum.

Donatio cā mortis facta per maritūvxori operatur ꝙ ſi poſtea maritus cōmittat delictum propter ꝙ bona ſua debeāt confiſcari ꝙ nō confiſcabuntur,ſed poterūt defendi abvxore.in ſing.316.incip.Accipe notabile.

Donatio alias inualida eſt valida ſi ſit reciproca,vel viciſsitudinaria,in ſing.333.incipien. Pactum.

Donatio remuneratoria non poteſt reuocari propter ingratitudinem,in ſing.333.incipiē. Pactum.

Donans tenetur de euictione quando donatio eſt remuneratoria.in ſing.333. incipien. Pactum in fin.

Donatio inducitur per taciturnitatē,& ideo ſi vnus fratrū dat dotē filie ſue de bonis communibus & fratres ſunt præſentes & tacēt vidētur donare illi nepti dictā dotē.in ſing. 344.inci.Taciturnitas.circa fi.

Dormiēs.Statutū ſeu lex puniēs offendēte aliquē in veſtibus non habet locum in offendente dormientē in veſtibus.in ſing.188. incip. Capitulum.

Dos data a patre vſurario filie ſue non pōt poſt mortem vſurarij repeti a creditoribus ipſius vſurarij ab ipſa filia ſeu a marito in ſingu.67.incip.Mulier recipiens &c. quod tamen limita vt ibi.

Statutum vel pactum de lucrāda dote nō habet locum vbi matrimonium eſt illicitū. in ſing.129.incip.Dum eſſem.

In dote lucranda inſpicitur domiciliū viri & nō vxoris in ſing.297.inci. Dubia ꝓbatio.

Dos licet ſit priuilegiata,tamē ſi cōcurrit cum re magis priuilegiata dos ſuccūbit. in ſing. 324.incip.Mulier.

Dos data filie proprie ꝑ vnū fratrē de cōibus bonis fratrum in præſentia fratrum ſi tacēt videntur illam dotē ei donare & nihil proteſtentur.in ſingu.344. incipien. Taciturnitas &c.in fi.

Si maritus eſt confeſſus habuiſſe & recepiſſe dotē vxori a patre vxoris vel ab aliquo affine,pōt ſi nō ſoluatur opponere exceptionē nō numerate dotis tēpore debito, ſecus ſi confeſſus ſit habuiſſe & recepiſſe dotem a quodā tertio extraneo,qa tūc non poterit opponere.in ſing.345.inci.Maritus.

Verba enūciatiua in dote probāt & diſponūt in ſing.442.inci.Vulgata iuris regula.

Dos probatur per pręſumptiones & cōiecturas.in ſing.442.inci.Vulgata iuris regula.

Statutū generaliter diſponēs circa inſtrumenta nō cōpræhēdit inſtrumēta dotalia.in ſingu.442.inci.Vulgata iuris regula &c.

Duo rei.Habēs duos reos obligatos inſolidū non poteſt vnū ſolum conuenire niſi primo alium etiam requiſiuerit & fuerit in mora.in ſing.278.inci.Habens.

Datia contra fraudātes datia ſeu gabellas ſufficiunt probationes per coniecturas in ſingu.698.inci.aduertant.

Damnatus.damnatus in metallum non habet teſtamenti factionem in ſing.565.incip. dubitarunt.

Damnato ad perpetuos carceres non poſſunt relinqui alimenta. in ſingu.565. incipiente dubitarunt.

ebitor. ſi debitor promittit creditori ſol- ere bononie mutue ferrarie florentie vel alibi vbiq; locorū vbi cōtinget poſtulari a creditore non dr̄ in mora nec cadit in pœnā donec nō fuerit facta electio loci per creditorē vbi velit quod fiat ſolutio in ſing. 523. inci. inter alios effectus &c.

icut debitor fugitiuus poteſt capi quādo eſt in fuga ita pōt capi quando præparat ſe ad fugam in ſing.638.incip. præparatio.

Deceptio deceptus nō tenetur ſtare deceptioni ſed poteſt venire contra illud quod fecit dum fuit deceptus in ſingu.641. incipiente deceptus.

¶Defenſio vbi tractatur de defenſione rei teſtes nō reddētes rationē dicti ſui ēt non interrogati probāt in ſing.658.incip. teſtis in cauſis criminalibus.

¶Delictum differt delictum in committēdo a delicto in obmittendo.in ſing.628.incip.his temporibus.

Abſolutus a delicto in foro conſciētie pōt nō accuſari in foro cōtētioſo quod limita niſi pœnitētia in foro cōſcientie fuerit publica quia tunc nō poſſet accuſari in foro contentioſo.in ſing.639.inci.abſolutus.

Magis punitur delictū publicū quā occultum in ſing.639.inci.abſolutus.

Quis nō tenetur obuiare delicto qd̄ tamē limitatur in enormi delicto vt in parricidio & ſimilibus in ſing.665.inci.niſi me mea fallat.

¶Dicere.nō ſufficit dicere ſed qd̄ dicitur debet ꝓbari in ſing.570.inci.aduertas ad vnū.

¶Illud quod in cōtractu nō dicitur pro nō intellecto habetur in ſing.582.incip. accipe.

¶Diuiſio.diuiſio bonorū paternorū facta per patrē inter filios non valet quia cēſetur quędā donatio quæ eſt prohibita inter patrem & filiū.in ſing.674.inci.aliqui ſunt patres.

¶Doctor.doctores non poſſunt torqueri pro delicto licet habeāt contra eos indicia ſufficientia ad torturā nec valet conſuetudo in contrarium quod tamen fallit in crimine leſe maieſtatis in ſing.556.incip.plura vt credo &c. & caſu quo poſſet torqueri debent tamen primo degradari vt ibi.

Doctor legitime degradatu nunquam poſtea poteſt aſpirare a doctoratum in ſingu.556. incip.plura &c.

Non creditur doctori dicenti aliquid eſſe vel non eſſet de conſuetudine niſi illud probet in ſing.678.incip. fiunt paſsim.

¶Dominus dominus non tenetur pro delicto famuli commiſſo extra illud exercitium ad quod eum adoperabat in ſingu.560.incipi. habemus.

Donatio donatio omnium bonorum præſentium valet ſecus aūt in donatio bonorum futurorum quia illa non valet in ſingu.517. incip.donatio &c.

¶Dos ſufficit quod pater relinquat dotem filie licet non dicat iure inſtitutionis quia tunc filia non dicitur præterita nec exheredata in ſingulari 547.incipiente clariſſimum.

Sicut non valet ſtatutum impediens matrimonium.ita non valet ſi impedit dependentia ab eo vt eſt dos in ſingu.589.incipien.alias de anno.

E

Eccleſia. Bona eccleſie ſi ſunt ab aliquo pignorata Hebreis, debēt reſtitui ipſi eccleſie ſine aliqua expenſa nec priuilegium Iudęorum habet locum in talibus bonis eccleſiaſticis Hebreis pignoratis.in ſing.13.incip.Volo.

Eccleſia debet eſſe cultrix iuſtitie.in ſing. 82. incip.Volo tibi.

Eccleſia ſi eſt ſubſtituta filius naturalis eam non excludit.in ſing.131.

Eccleſiaſtica res non poteſt alienari ſine ſolēnitate.quod tamen fallit in duobus caſibus poſitis in ſingula. 132. incipiente In alienatione &c.

Tenens notorie eccleſiam iniuſte nō debet citari ſed ab epiſcopo poteſt ſpoliari de facto ſicut de facto ſe ingeſsit.in ſingu.182.incip. Nemo priuandus.circa med.

¶Emologatio laudi operatur vt emologans non poſsit vlterius venire contra laudum, quod tamen fallit in eccleſia.in ſing.161.incip.Emologatio.

¶Emphyteoſis & emphyteota.Emphyteota alienans partem ſuam in alium emphyteotam irrequiſito domino nō cadit a iure ſuo, licet alias ſecus. in ſingula. 28. incipiente Emphyteota.

Emphyteota alienās rem irrequiſito dn̄o non cadit a iure ſuo quando alienatio eſt nulla. in ſing.28.incip.Emphyteota.

Emphyteoſis ſimpliciter recepta ab aliquo intelligitur pro ſe & filijs maſculis,licet de illis nulla ſit facta mētio.in ſing.160.inci.Pater & filius.

Emphyteota non ſoluens canonē intra biennium vel triennium cadit a iure ſuo. quod amplia vt in ſingu. 226.incipiente Emphyteota &c.

¶Emphyteota.Tertius nō poteſt ſoluere canonē pro emphyteota inuito domino niſi ipſe tertius prætendat aliquod intereſſe. in ſing.368.inci.Licet tertius.

Emphyteota nō ſoluēs canonē per triennium nō cadit a iure ſuo qn̄ in illo triennio ſolū percepit vnū recollectū rei emphyteotice, in ſing.409.incip.Tu ſcis.

Emphyteota ſi ex pacto conuento cū dn̄o rei tempore locationis vult finita emphyteoſi eleuare & aſportare ſua melioramēta non poteſt ſi dn̄s offert ſibi præciū non obſtante dicto pacto,in ſing.410.incip. Quidā nobilis ciuis.

Emphyteota ſeu cōductor perpetuus alienās rē irrequiſito dn̄o cadit a iure ſuo quod intellige dūmodo rem tradiderit vel cōſtituerit ſe præcario nomine emptoris poſſidere in ſing.412.incip.Plures ſunt cauſe.

Emphyteota qui alienauit rem irrequiſito domino,illam rē emat,non propterea per hoc euitat caducitatē a iure ſuo.in ſing.412.incip. Plures ſunt. & in ſingu. 443. incipien. Poſtquam.

Emphyteoſis quando eſt finita propter generationē finitā & res eſt reuerſa ad dominū, tūc deſcendentes emphyteote poſſunt petere illā rē ſibi cōfirmari,& ſi dn̄s hæc eis denegauerit poſſunt appellare ad ſuperiorem in ſing.419.inci.Licet in re ſua.

In cōtractibus emphyteoticis ſemper attenditur cōſuetudo, ideo ſimplex promiſsio facta a domino rei emphyteotice intelligitur ſecundū quod eſt conſuetum.in ſingu.425. incip.Contractibus.

Emphyteota licet nō poſsit rē emphyteoticā alienare inuito vel inſcio dn̄o tamen poteſt ipſam rem emphyteoticā dare in dotē filie ſue vel filio in donationē propter nuptias. in ſing.443.inci. Poſtquam ſum.

Emphyteota qui non ſoluit canonē debito tēpore,an poſsit moram purgare.in ſing.463. incip.Rigore iuris.

Res ſimpliciter data in emphyteoſi per prelatum tn̄ cenſetur data in tertiam generationē ſi ita eſt conſuetum.in ſing.495.incip. In contractibus.

Conceſsio facta in emphyteoſi ſimpliciter pro ſe & filijs intelligitur ēt de naſcituris ſi ita erat conſuetum.in ſing.495. incipien.In cōtractibus.

¶Emptio & vēditio requirit precium, & teſtes deponētes ſuper ea non probāt niſi deponant de certo precio.in ſing.38.inci.Emptio,de quo ēt in ſing.105.inci. Vbicunque.

Emptio fundi locati rūpit locationē. quod tn̄ limita vt in ſing.321.inci.Credo te ſcire.

Regula,ꝙ nemo poteſt cogi emere, limitatur multis modis, de quibus in ſingu,441,incipien.Licet.

Habentes curā fertilitatis poſſunt impedire emptionē & venditionē fructum, in ſingu, 441.inci.Licet.

¶Enorme.Propter enormitatem delicti licitum eſt iura tranſgredi quod locum habet in maioribus magiſtratibus tantum, in fin, 244.inci.Tu ſcis.

¶Epiſcopus ſi mandauit ꝙ vni conferatur beneficio nō poteſt variare ēt re integra,in ſingu, 166.inci.In conſtantia.

Equalitas eſt ſeruanda in iudicijs, & ideo ſi actor datur dilatio ad probandum intentionē ſuam debet ſimiliter reo dari dilatio ad probandū ſuā exceptionē nō obſtāte ſtatuto ꝙ reus non poſsit opponere aliquam exceptionem contra inſtrumentum, in ſingu, 168.inci.Equalitas.

¶Equitas.De equitate iuris canonici auditur poſt bienniū volēs ꝓbare pœcuniā nō fuiſſe numeratā.in ſing.463.inci.Rigor.

De equitate canonica pōt purgari mora vbi eſt dies & pœna ēt cum iuramento, in ſing. 463.inci.Rigor iuris.

De equitate canonica pōt cōpelli ꝓmiſſor,vt arbitrio boni viri adimpleat promiſſa incerta.in ſing.463.incip.Rigor iuris.

Error in nomine appellatiuo nō vitiat actum dummodo de corpore conſtet,in ſing. 144. incip.Error.

¶Euictio.Promittēs de euictione qualitercūque res euincatur nō tenetur,ſi fuit res euicta per ſentētiā iudicis qui nō ſeruauit ordinē iuris in ſing.354.inci.In dubio.

¶Exceptio cedendarū actionū poteſt ſemper opponi cōtra inſtrumentū nō obſtāte ſtatuto ꝙ cōtra inſtrumentū non poſsit opponi aliqua exceptio in ſing.7.

Exceptio proueniēs ex defectu iuriſditionis poteſt quandocūq; opponi ēt poſt tres ſentētias conformes.quod tamē limita vt in ſing. 10.incip.Tu ſcis.

Exceptio cauſata a iure naturali nō intelligitur eſſe ſublata licet ſtatutū tollat oēs exceptiōes.in ſing.79.inci.Cōfirmatio.poſt me.

De exceptionibus impedientibus litis ingreſſum.vide in ſing. 83.

Renūcians oibus exceptionibus nō intelligitur renūciare & excludere exceptionē quæ habet ortū a facto aduerſarij. in ſing.96.

Exceptio competens principali cōpetit fideiuſſori.quod tamē limita vt in ſing. 125. incip.Tu ſcis regulam.

Exceptionum reſeruatio operatur ꝙ ſi poſtea pateat de veritate ipſarum exceptionū omnia retro facta ſunt nulla.in ſing.198.

Exceptio non nume. pecu. poteſt opponi in-

ra bienn nium etiam ſi renunciatū ſit ipſi ex
ceptioni.in ſing.222.inci.Exceptio.
: cōfeſsione partis in qua confitetur ſe ha-
buiſſe & recepiſſe cū renunciatione exce-
ptionis non numerate pecunie oritur pſum
ptio iuris & de iure contra confitentē q ve
re habuerit & receperit,cōtra quā non ad-
mittitur probatio in contrarium niſi per cō
feſsionem partis.in ſing.22.
icet poſt bienniū non poſsit opponi exce-
ptio non nume. pecu. attamē poteſt implo-
rari officiū iudicis.in ſing.277.inci.Licet.
xceptio nō nume.pecu.licet nō poſsit oppo
ni poſt bienniū tamē bene poteſt opponi ex
ceptio doli,quia dolo & fraude petit vel di
cit ſolutam pecuniam non numeratā.in ſin-
gu.277.inci.Licet.
Exceptio nō numera.pecu.poteſt opponi etiā
poſt bienniū niſi per iudicē ſit interlocutū
partē vlterius nō eſſe audiendam. in ſingu.
283.incip.Lapſus.
Exceptio nō numerate pecunie tollitur iura-
mento.in ſing.327.inci.Exceptio.
Exceptio non nume.pecu.licet nō poſsit op-
poni ab illo qui confeſſus eſt habuiſſe & re
cepiſſe cum iuramēto, tamen & ēt hoc caſu
ſubuenitur allegando ſimulationē contra-
ctus in ſing.327.inci.Exceptio.
Exceptio nō numerate dotis non poteſt op-
poni ab illo qui cōfeſſus eſt habuiſſe & re-
cepiſſe dotē ab extraneo,ſecus ſi a coniun-
cto.in ſing.345.inci.Maritus.
De exceptione requirēte altiorem indaginem
vide in ſing.365.incip.Exceptio.
Quid operetur reſeruatio exceptionū quā fa-
cit iudex dicens interloquor eſſe ad vlte-
riora procedē.ſaluis exceptionibus.in ſing.
365.inci.Exceptio.
¶Excōicatio.Excōmunicatus licet non au-
diatur agēdo ſed defendēdo non ēt auditur
ſe defendendo ſi contēpſit excōicationem
nec procurauit abſolui.in ſingu.360.incipi.
Scribitur.
¶Excuſsio nedū in bonis principalis debito
ris,ſed ēt in bonis fideiuſſoris requiritur,
ad hoc vt ad carcerationem principalis de
bitoris poſsit deueniri. in ſingu.3. incipien.
Ad hoc.
Excuſsio cōtra principalem debitorē ſienda
eſt nō obſtante q alias ſit facta excuſsio cō
tra eū quādo de nouo ei ſuperuenerūt bona
in ſing.142.
¶Executio pſonalis nō pōt fieri cōtra debi-
torē cedētis ad inſtātiā ceſsionarij niſi prius
de ceſsione diſcutiatur citato debitore, etiā
ſi cautū ſit a ſtatuto vel ex forma inſtrumē-
ti q ad merā voluntatē creditoris debitor
capiatur.in ſing.26.inci.Licet ex forma.
¶Executor.Merus executor nō tenetur exe
qui ſentētiā quā videt iniuſtā, quod intelli-
ge in cauſa criminali vbi tractatur de dāno
ſeu prçiudicio irreparabili.in ſing.349.inci
pien.In his in quibus &c.
¶Eximēs debitorē recte captū de manibus fa
milie tenetur creditori ad ſoluendū debitū
tanquā ſi pro eo fideiuſſiſſet, quod amplia
vt in ſing.137.incip.In iure.
Eximens reum criminis de manibus familie
punitur pœna mortis.in ſing.273.inci. No-
tiſsimum,in vlti.col.
¶Exititij terrarū nō tenetur cōparere in lo-
co a quo ſunt expulſi.ī ſing.311.inc.Citatus.
¶Expēſe.Victus victori debet condemnari
in expenſis,quod amplia vt in ſing.207.in-
cip.Victus.
Si eſt ſtatutū in loco quod victus victori con-
demnetur in expēſis iudex in ſentētia non
poteſt abſoluere victū ab expēſis, & ſi eum
abſoluerit nō valet ſententia.in ſingu.207.
incip.Victus.
Expēſe cōuētionales differunt ab expenſis iu
dicialibus.in ſing.237.inci. Expenſe.
Habens iuſtam cauſam litigandi non excuſa-
tur a penis conuentionalibus.in ſing.237.in
cip.Expenſe.
Si iudex abſoluit partes ab expēſis intelligi-
tur ſolum ab expenſis iudicij,nō autem ab
expenſis conuentionalibus.in ſingu.237.in-
cip.Expenſe.
¶Expenſe.Licet victus victori debeat con-
dēnari in expēſis tū hoc non habet locum
vbi actor probat per vnū teſtem & ſupplet
per iuramentū ſibi delatū in ſupplementum
probationis ſi reus ēt habet vnum teſtē pro
ſe vel ſaltē aliquā præſumptionē, nam tali
caſu reus ſuccūbens non debet condemna-
ri ī expēſis.ī ſing.485.inci.Memini me &c.
¶Extenſio.Licet extēſio fiat de vno caſu ſi-
mili ad aliū caſum hoc eſt verum qn tracta
tur de rebus, ſecusqn tractatur de perſonis
in ſing.499.inci.Licet diſpoſitio.
Eccleſia e ccleſiaſtica perſona dicitur ille qui
eſt infra annum profeſsionis.in ſing. 534.in
cip.attende &c.
Eccleſia poteſt perpetuo opponere exceptio.
non numerate pecunie nec ſibi currit tem-
pus in ſingula. 622. incipiē. priuilegia ec-
cleſie &c.
Violator priuilegiorū eccleſie pōt impune oc
cidi perinde ac ſi eſſet bannitus in ſing.650.
inci.bannitus.
Emptor & emptio periculum rei vēdite per-

ſecta emptione pertinet ad emptorē quod fallit niſi incontinenti ſuperueniat quia pertinet tunc ad venditorem in ſing.624. inci. vulgata eſt regula.

Emphyteoſis & emphyteota ſi in contractu emphyteotico dicatur quod emphyteota poſsit vendere ſua melioramenta tamen hoc nō poterit facere dño irrequiſito in ſingu.510.incip.verba.

Emphyteota expellēs colonū qui diu bene laborauit rem emphyteoticā & aliū ſubrogans in locum illius debet priuari emphyteoſi in ſing.548.inci.rei ſue.

Enorme enormia alterans regulas iuris & ſtatuta in ſing.601.incip. enormia & in ſingu. 665.inci.niſi me mea fallat.

Vbi tractatur de probādo enorme crimē recipiuntur teſtes ante litem cōſta. & parte nō citata in ſing.601.inci.enorme.

Præſentia cōiunctorū non tollit præſumptionē metus vbi apparet de enormi leſione in ſing.603.incip.nonnulla.

Propter enormem leſionē tollitur diſpoſitio c.quamuis de pactis in vj.in ſing.673.incip. nonnulla.

¶Equitas.equitas præfertur rigori quod ampla vt in ſing.613.inci.vltima opi. & in ſingu.685.incip.equitas.

Vlti.opi.in dubio cēſetur approbata quod tñ fallit niſi prima opi.ſapiat equitatem & vltima ſapiat rigorem.in ſingu.660.incip.dicit text.

¶Euictio ſi vēditor in inſtrumēto vēditionis dicit quod non vult teneri de euictione tñ tenetur ad preciū re euicta in ſing.656.inci. venditor &c.quod tamen limita vt ibi.

Si in inſtrō venditionis vēditor dicit qđ ſolū vult teneri ex cā ſua vel ex facto ſuo tantū an hoc nō obſtante teneatur ēt ex facto ſui auctoris in ſing.656.incip.venditor &c. qđ tamen limita & extende vt ibi.

¶Exceptio opponens exceptionē ſolutionis non vr̄ confiteri debitū præceſsiſſe quando aduerſarius negat talem ſolutionē eſſe factā in ſing.522.inci.opponens.

Exceptio non nu.pecu.poteſt perpetuo opponi per eccleſiā in ſingu.622. incipien. priuilegia eccleſie &c.

Exceptionū reſeruatio quā facit iudex interloquēdo & procedendo ad vlteriora operatur qđ ſi poſtea appareat exceptiones fuiſſe legitimas quod tunc proceſſus redditur retro nullus & omnia poſtea facta ſunt nulla in ſing.696.inci.reſeruatio &c.

¶Expenſe.victus victori debet condēnari in expēſis niſi habuerit iuſtā cauſam litigandi in ſing.545.inci.litigantes.

Sētētia abſolutoria expenſarum propter iuſtā cauſam litigandi nō valet niſi in ea ſit expreſſa illa iuſta cauſa litigādi in ſing.545.incip.litigantes.

Cōdemnatio ſeu abſolutio facta de expēſis generaliter in cā appellationis intelligitur nō ſolum de expenſis cauſe appellationis ſed etiam de expenſis cauſe principalis in ſing. 684. inci. circa materiam.

¶Extēſio lex odioſa extēditur ſicut lex fauorabilis qñ eius extēſio tendit ad fauorē rei publice in ſing.591.inci. extāt quandoque.

F

FAcere. Illi qui tenetur aliqd facere ſub pœna non cadit in pœnā ſi hoc nō facit, niſi fuerit interpellatus ad faciendū, quod fallit niſi etiam ſtatutum eū arctet ad faciendū vltra particularē obligationē.in ſing.341.inci.Ille qui tenetur.

Si eſt in arbitrio priuati aliquē actū facere nō poterit illū facere poſtquā eſt ſibi oppoſitū ꝙ non fecit illū.in ſing.489.inci. Quando a lege vel a ſtatuto.

¶Factū de facto, de facto reuocatur. in ſingu. 195.incip.Nemo.

¶Fallere & fallētia. Statutū volēs qđ bona filiorū & vxoris poſsint capi pro fallētia patris vel mariti valet.in ſing.224.inci. Filius non tenetur &c. & ibi vide rationem.

¶Falſum. Crimē falſi eſt enorme deteſtabilius alijs criminibus.i ſing.163.inci. Crimē falſi.

¶Fama. Ad hoc vt inquiſitio poſsit formari cōtra aliquē oportet ꝙ fama ſeu diffamatio præcedat contra eum. quod tamen limita vt in ſing.14.inci. Ad hoc vt inquiſitio.

Fama ſola nō facit indiciū ad torturā, fallit in vehemēti fama, & in fama quæ habuit ortū ab honeſtis perſonis.in ſing.97.inci. Fama.

Fama ſi eſt nuda & reus propter illam tortus confiteatur & perſeueret non valet talis cōfeſsio.in ſing.97.inci.Fama.

Fama vehemens quæ dicatur relinquuntur arbitrio iudicis.in ſing.97.

Ad probandum famā laicus admittitur cōtra clericum.in ſing.98.inci. Laicus.

Fama ville non ſufficit vbi in villa non ſunt niſi duo vel tres homines tantum.in ſingu. 232.incip.Capras vnum.

¶Fama. Teſtes non dicentes a quibus audierint licet nō probēt famā tamē faciunt magnā fidē.in ſing.477.inci. In teſtibus.

¶Familiaris. Familiares repelluntur a teſtimonio, quod tamen fallit in duobus caſibus poſitis.in ſingu.5.

¶Famulus qui non habet ſalarium admittitur

ad teſtificandum pro domino,in ſing.5.inci pien.Regula.

mitto tibi famulū meū cum pollice, in qua ſcribo tibi quod mittas mihi veſtē meam,ſi tu das illā veſtem illi famulo meo & aufugiat cum illa re mea tu non es liberatus. in ſing.430.inci.Cauti & oculati.

Feudū. Bona feudalia ſeu emphyteoticalia quæ transeūt in filiū vt filium, etiam ſi non eſſet hæres patris non computantur ſibi in quartam debitam iure naturæ, nec in Trebellianicam vel Falcidiam.in ſing.32.incip. Bona feudalia.

in feudis non habet locum diſpoſitio l. quoties C.de rei vendica.in ſing.82.

Feudatarius non perdit feudum propter delictum domini,imo vaſalli propter delictum domini efficiuntur franchi,in ſing.122.inci. Vaſallus.

Feuda non confiſcantur propter delictum domini in præiudiciū feudatarij,in ſingu.122. incip.Vaſallus.

Feudum ſimpliciter receptum ab aliquo vel emphyteoſis intelligitur receptum pro ſe & filijs maſculis, licet in inueſtitura nulla de filijs ſit facta mētio,in ſing.160.inci. Pater & filius.

Licet regulariter mulier ſeu femina non ſuccedat in feudo, hoc limitatur duobus modis.in ſing.411.inci.Feminæ.

℄Fideiuſſor.Si plures rei debēdi conſtituuntur & in rei veritate ad vnū tantū peruenit pecunia ille habetur loco principalis debitoris,alij vero loco fideiuſſorū habētur & gaudent beneficio fideiuſſorum.in ſing.2.

Fideiuſſoria obligatio trāſit ad hæredes,quod fallit in fideiuſsione facta pro maleficio quę extinguitur morte fideiuſſoris,quod tamen limita vt in ſing.159.incip.Obligatio.

Fideiuſſor habet regulariter beneficiū excuſsionis,quod beneficiū intantū operatur ꝙ ſi principalis debitor eſt forenſis & in domicilio ſuo eſt idoneus ſoluēdo, ad hoc vt fideiuſſor poſsit cōueniri in loco vbi fideiuſsit neceſſe eſt vt primo fuerit facta excuſsio in bonis principalis etiam ſitis extra territoriū iudicis vbi iudiciū agitur in ſing.220.incip.Fideiuſſor quod tamen limita vt ibi.

Per dationē fideiuſſoris de iudicio ſiſti, & de iudicato ſoluendo ſatiſdans nō dr̄ conſentire iudicem,adeo ꝙ poſtea nō poſsit opponere exceptionē declinatoriam, quod tamē limita vt in ſing.227.

Fideiuſſor carcerati ſi promittit ſoluere illud quod reſtabit debitor carceratus facta rōne vel calculo,ſi carceratus moriatur an ſequā faciat rationē vel calculū fideiuſſor eſt liberatus.in ſing.304.inci. Animaduertant.

Fideiuſſor qui ꝓmiſit pro actore ſi ſuccubuerit in cauſa.tūc ſi iudex pronūciat inſtantiā cauſe eſſe peremptā fideiuſſor non tenetur ad aliquid.in ſing.313.inci.Diligenter.

Fideiuſſor ſi promittit ſoluere libere ſine aliqua exceptione,per hoc tamen intelligitur renūciaſſe beneficio de fideiuſſoribus quin prius debeat executi principalis quā ipſe fideiuſſor.in ſing.332.inci.Credo te ſcire.

Iurās non fideiubere,pro aliquo, pōt pro aliquo fideiuſſore cōiuncto in neceſsitate conſtituto & valet fideiuſsio.in ſingu.359.inci. Iuramentum.

℄Fideicōmiſſum.Valet alienatio rei ſubiectæ reſtitutioni fideicommiſsi qū fit ab ignorāte.in ſing.31.inci. Valet.

℄Fides.Frāgēti fidē fides frangatur eidē qđ ēt habet locū nedū in ꝓmiſsione ſimplici ſed etiā in promiſsione iurata.in ſing.42.incip. Frangēti fidē.Et limita prædictā regulā, vt in ſing.145.inci.Frangenti fidem.

Graue eſt fidē fallere,& Deus ēt obligatur ex fide.in ſing.148.Nullus eſt dolus ſi fides ꝑ donibus non ſeruatur. in ſing.177.

℄Filius. Filiorū appellatione in pœnalibus non venit naturalis tantum.in ſing.139. incip.Dixi tibi.

Filius præſens & tacēs obligatur ex matrimonio cōtracto per parētes,quod limita niſi cū cognita cōſtaret filiū vel filiā ob reuerentiā parentum vel alterius ipſorum tacuiſſe. in ſing.147.inci.Filius.

Filius non tenetur ſoluere debita patris nec ecōtra,& ſtatutū aliter diſponēs non valet. in ſing.224.inci.Filius non tenetur.

Statuū volēs,ꝙ bona filiorū & vxoris & ēt ipſi filij poſsint capi pro debito fallētie patris valet.in ſing.224.inci.Filius.

Filiorū appellatione regulariter cōprehendūtur nepotes,quod fallit in aliquibus caſibus poſitis in ſing.303. inci. Filiorū appellatione.in ſing.317.incip.Filiorum.

Filiorum appellatione cōprehendūtur maſculi & feminę regulariter,quod limita pluribus modis vt in ſingu.317.incip. Filiorū appellatione.

Filiorū appellatione,an veniāt nepotes ex filijs,vide in ſing.317.inci.Filiorum.in fi.

Filiorū appellatione nō cōprehendūtur adoptiui in cōceſsione emphyteoſis.in ſing.350 inci.Damnum,quod limita tñ vt ibi &c.

Filius tenetur reddere rationem adminiſtrationis de his quæ viuente adhuc patre adminiſtrauit, licet pater illam nō petierit, in

ſing.493.inci.Filiorum in fin.

Filius naturalis quot modis legitimetur. vide infra in verb.legitimatio.

Filius naturalis nō pōt legitimari per reſcriptū principis quoties poteſt legitimari per ſubſequēs matrimoniū.i ſing.120.inci.Dixi.

Filius naturalis excludit ſubſtitutū, quod tamē fallit niſi eccleſia ſit ſubſtituta.in ſingu.131.incip.Tu ſcis.

Filius naturalis ſi facit offenſam inimico patris,cū quo ipſe pater fecit pacē, & promiſit ſub pœna pro ſe & filijs de illo nō offendendo,hoc caſu pater non tenetur. in ſing.139.incip.Dixi tibi.

Filius naturalis nō legitimatur per ſubſequēs matrimoniū, ſi alij filij legitimi & naturales adſunt niſi tēpore ſecuti matrimonij ſtāt inſtrumenta dotalia.in ſing.250.incipien.In materia.

Filio baſtardo non poteſt aliquid relinqui recta via.in ſing.143.inci.Filio baſtardo.

Licet legitimus natus ex ſpurio poſsit inſtitui non tñ habet locū hoc in nepote nato ex inceſtuoſo,quia talis a nullo ex parētibus inſtitui pōt.in ſing.143.inci. Filio baſtardo.

¶Filiusfamilias nō poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris.in ſing.40.inci. Filiusfami.

Filiusfamilias pōt vendi a patre propter famē,quod tamen fallit in filio presbytero.in ſing.101.incip.Pater poteſt.

Si nō valet actus factus a filiofamil. ſine conſenſu patris,& nepos vult facere contractū validum requiritur conſenſus aui & nō patris.in ſing.120.

¶Fiſcus poteſt intra quinquēnium petere bona derelinquens ſibi confiſcata,alias elapſo quinquennio nō poteſt illa petere.in ſingu.137.inci.Bona.

Res prohibita alienari non poteſt deuenire in fiſcū.in ſing.314.inci.Prohibitio alienationis &c.quod tamen limita vt ibi &c.

Iura quæ nō poſſunt in extraneū hæredē trāſire non poſſunt etiā tranſire in fiſcū.in ſingu.314.inci. Prohibitio alienationis. quod tamen limita vt ibi.

Cautelam vt fiſcus excludatur a bonis delinquentis.vide in ſing.316.inci. Accipe not.

Fiſcus propter ſuas neceſsitates occurrentes poteſt exigere ſuos debitores ante diem.in ſing.355.incip.Debitor.

¶Fulmē publicū nō venit appellatione vie vel ſtrate publice,ſecus aūt in ponte ipſius fluminis. in ſing.68.inci.Statuto cauetur.

¶Forenſis.Forenſium bona ſi ſunt furto ſubſtracta & Iudeis pignorata debent eis reſtitui ſine aliqua ſolutione non obſtante priuilegio Iudeorum,ꝙ hoc caſu ceſſat in forēſibus in ſing.13.inci.Volo tibi dare.

Forenſis non eſt de populo & ſic ius populi non debet tueri, licet ſciat conſpirationem & eam non reuelet non debet puniri.in ſingu.164.

Forenſes nō ligantur ſtatuto ciuitatis nec gaudent beneficio ſtatuti ipſius ciuitatis.in ſingu.253.incip.Forenſis.

Statutū arctans communitatē ad emēdationē damni alicui dati non arctat eam qñ paſſus damnum eſt forenſis.in ſingu.253.incipien. Forenſis.

¶Fornarius.Si fornarius ſe obligauit coquere panē vel alicuius familie, ſi illa familia augetur non poteſt petere maius ſalarium in ſing.134.inci.Tu ſcis.

¶Forum ſortitur pluribus modis & ex pluribus cauſis,& etiam ſortitur ſolum ex mandato ad delinquendum.in ſingu. 404. inci. Forum.

Ad cognoſcendū ad quē forū ſpectet cognitio delicti,attenditur ſtatus in quo quis erat tēpore delicti.in ſingula.480.incipien. Apud doctores.

¶Frater non poteſt occidere fratrē bannitum ſtante ſtatuto ꝙ bannitus poſsit impune occidi.in ſing.210.

Si vnus fratrum eſt ſolicitus recipere omnes introitus ipſorum fratrum tūc ipſe tenetur reſtituere dotem fratrum quam dederunt vxores ipſis fratribus, quia præſumitur ꝙ ipſe eam habuerit.in ſingu.336.incip. Argumentum a ſolitis.

Fratres mendicātes ſunt incapaces bonorum immobiliū,quod intellige verū quo ad retinendū talia bona,ſecus autem ſi illa volunt vendere & conuertere pecuniā in ſuis neceſsitatibus quia poſſunt.in ſingu.32.incip. In alienatione.

Fratres ſi ſunt præſentes quando vnus fratrū dotat cuius filiam de bonis cōmunibus & non contradicūt vñr eis donare dictā dotē. in ſing.344.inci.Taciturnitas.

Frater duo vel ſocij ſi habēt domum communem,& vnus ipſorū vult eā habitare alius vult eam locare quis præferatur.in ſingu.369.incip. Mille hominum.

Frater qui ſtetit in communione cum fratribus & omnia bona adminiſtrauit quando volunt ſe diuidere tenetur reddere rationē adminiſtrationis.in ſingula.493. incipiente Iuſtum &c.

¶Frequenter.Illud dr̄ frequenter fieri qđ bis fit.in ſing.378.incip.Geminatio.

Per frequentationē vie oritur indiciū contra

frequentantem de maleficio commiſſo in di
cta via.in ſing.378.inci.Geminatio.circa fi.
¶Fuga nõ ſemper facit indicium ad torturã,
vtputa qñ quis aufugit poſtq̃ fuit accuſatus
vel inquiſitus.in ſing.119.inci.Fuga.
Fuga caſu quo inducat aliquam præſumptio-
nem vel indicium contra aliquem tunc ta-
lis præſumptio taliter inducta per fugã tolli
tur per iuramentum ipſius fugientis.in ſing.
115.incip.Fuga.circa fin.
Fuga nõ facit indiciũ ad torturam qñ fugiens
tam erat inquiſitus vel accuſatus de delicto,
ſecus ſi aufugit ante inquiſitionem vel accu
ſationem quia tunc facit indicium ad tortu-
ram, & idem eſt qñ erat timor vel ſuſpicio
de inquiſitione vel de accuſatione fienda
quia tunc fuga non facit indicium.in ſingul.
497.incip.Sepiſsime.
¶Fur,& furtum. Promittens furi q̧ ſi indicat
fures non agetur contra eum tamẽ ſi fur in-
dicat fures poterit agi contra eum non ob-
ſtante tali promiſsione.in ſing.177.incipien
te Malitijs.
Si non poſſum a te recuperare rem meam poſ
ſum equalem rem furtiue accipere.in ſingu.
177.incip.Malitijs.
Ille qui hodie furatus eſt vnam rem vilẽ cras
aliam,& ſic ſucceſsiue, ratione talis conſue
tudinis & reiterationis poterit furca ſuſpen
di.in ſing.378.inci.Geminatio.
Quando res furata reperitur pœnes vnum fa-
cit contra illum indiciũ ad torturam q̧ ipſe
eam furatus ſit.in ſing.392.incip. Aduertas
ad vnum.quod limita vt ibi.
¶Furioſus non põt facere actum validũ nec
contra eum poteſt fieri actus validus. Item
non punitur de homicidio nec ualet eius cõ
feſsio nec poteſt intrare religionẽ nec obli-
gatur iuramento.Itẽ equiparatur abſenti &
mortuo.Item non habet teſtamenti factionẽ
etiam ad pias cauſas ſi tñ facit actum rite &
recte vt faceret diligens paterfamilias va-
let,vt in ſing.380.inci.Furioſus.
Falſum contra fabricantem falſum inſtr̃m po-
teſt inquiri & procedi ẽt poſt tempus datũ
a ſtatuto ad inquirendum de maleficijs &
hoc quia crimen falſi intelligitur exceptũ a
ſtatuto in ſing.507.inci.viget quandoq;.
Crimẽ falſi eſt deteſtabilius omnibus alijs cri
minibus & ideo cõfeſsio falſi incidenter fa
cta nocet cõfitenti licet ſecus ſit in alijs cri-
minibus.in ſing.581.inci.vt dixi.
¶Fama in antiquis fama facit plenam proba-
tionem in ſing.505.inci.antiqua.
¶Fœmina. fœmina regulariter non ſuccedat
in feudo nec poteſt eſſe teſtis in cauſa feu-
dali in ſing.611.inci.adduxi tibi.
Maior honeſtas requiritur in fœmina q̃ in ma
ſculo.in ſing.688.incip.fornicatio.
¶Feudum.filij legitimati & filij adoptiui non
ſuccedunt in feudo quod fallit in filijs legi-
timatis per ſubſequens matrimonium in ſin
gu.542.incip.tex.eſt in c.j.
Fœmina non ſuccedit in feudo in ſing.611.in-
cip.adduxit ibi &c.
¶Fideiuſſor,fideiuſſor promittens pro aliqui
bus facientibus pacem nõ intelligitur pro-
miſiſſe niſi pro illis quos ipſe nominauit li-
cet aliquis eorum ſe obligauerit pro alijs in
ſing.583.inci.titius fecit pacem &c.
¶Filius & filia,filius natus ex muliere adulte
ra quæ habet maritum præſumitur potius
mariti q̃ adulteri quod tamen fallit quãdo
talis filius eſſet corpore vitiatus quia tunc
præſumitur filius adulteri in ſing.530.inci.
propter peccata.
Filij legitimati nec filij adoptiui ſuccedunt in
feudo quod tñ limita in legitimato per ſub-
ſequens matrimonium quia ille ſuccedit in
ſing.542.incip.tex.in c.
Si pater relinquit dotem filiæ valet teſtamen
tum licet nõ dixerit iure inſtitutionis in ſin
gu.547.incip.clariſsimum.
Si alicui relinquenti debet imponi aliqua pœ
na propter quam filij ſui infantes fame peri
rent debet mitigari pœna.in ſing.602. inci.
ex delicto &c.
Licet inter patrem & filium in poteſtate non
poſsit eſſe lis tñ ſi pater diſsipat bona ſua
propria tunc filius poteſt implorare officiũ
iudicis contra patrem & petere vt ſibi aſsi-
gnet legitimam vel tot bona ex quibus poſ
ſit alimenta percipere in ſing.613. incipien.
clarum &c.
Licet filiusfami.regulariter non obligetur ex
mutuo propter ſena tuſconſultum macedo-
nianum tñ hoc fallit in mutuo facto ipſi fi-
liofa.propter neceſsitatem ipſius filijfamil.
in ſing.670.incip.neceſsitas &c.
Filij nati ex coitu adulterino non ſuccedunt
matri.in ſing.688.inci.fornicatio.
¶Frater, frater admittitur in teſtem pro fra-
tre contra fiſcum ad purgandũ fratrem de
delicto.in ſing.508.incip.tractant doctores.
Frater tertij ordinis eſt ſub iuriſdtione iudi-
cis laici.in ſing.534.inci.attende ad vnum.
¶Fundus dotalis. fundus dotalis vel alie res
dotales eſtimate date in dotem poſſunt alie
nari per maritum quod tñ fallit qñ maritus
non eſſet ſoluendo quia tunc non poteſt illa
alienare.in ſing.691.inci.fundus &c.
¶Furtum ex noua cõtractatione noua oritur

actio furti hoc eſt verum ſi furtum moram trahit in loco ad minus per vnam diem ſecus autem ſi momento temporis trahit moram in loco vtputa per tranſitum quia tunc nō oritur noua actio furti.in ſing.677.inci. a teneris vſq; annis &c.

G

Gabella. Stāte ſtatuto ꝙ pro quolibet equo tranſeunte per ciuitatē debeat ſolui tātum, pro gabella, non tñ debet ſolui pro equo quem quis equitat.in ſing.86.incip.Statutum.

Stante ſtatuto ꝙ de pretio cuiuſcunq; rei abductæ in contractum ſoluatur gabella intelligitur de emptione tm̄.in ſingul.105.incip. Vbicunque.

Emptores gabellarum pro neceſsitate reipublicæ poſſunt exigi ante tempus dimiſſo tamen eis interuſurio medij temporis.in ſing. 355.incip.Debitor.

¶Geminatio.Licet ex forma legis vel ſtatuti pro aliquo crimine eſſet imponenda pœna pecuniaria tñ ſi accuſatus de tali delicto cōuincitur ꝙ illud alias commiſit & frequentauit & ſic geminauit, tunc talis reus habebit puniri pœna vltimi ſupplicij.in ſingula. 378.incip.Geminatio.

Genus maſculinum concipit fœmininū quod non procedit qn̄ genus maſculinum profertur a lege vel ſtatuto in materia indifferenti,quæ non conuenit vtriq; ſexui,ſed ſolum maſculino,nam tunc maſcu.nō concipit fœmininum.in ſing.20.inci.Maſculinum.

In contractibus maſculinum non concipit fœmininum,in ſing.191.inci.Sepius.

¶Giuntatores qua pœna puniuntur. vide in ſing.318.incip.Fui interrogatus.

¶Gloſſa quæ nihil allegat non eſt tenenda, in ſing.243.incip.Satis.

Gabella contra fraudantes gabellas & datia ſufficiētes probationes per coniecturas in ſingu.568.incip.datiarij.

¶Generalitas,generalitas reſtringitur ad habilia quod amplia limita & reſtringe. vt in ſing.630.inci.generalitas.

¶Genus,genus maſculinum non concipit fœmininum in priuilegio ſeu in conceſsione legitimandi ſpurios.in ſingul.539.incip.habuiſti iam &c.

H

Habitantes. Si ſit mentio de habitantibus in certa regione vel prouincia, non comprehenduntur habitantes in confinibus.in ſingulari 228.incipien.Differunt.

¶Hæres.Verba teſtatoris dicentis ꝙ legat domum vxori ſue, & poſt mortē vxoris vult ꝙ talis domus perueniat ad hæredes ſuos an talia verba intelligātur de hæredibus ipſius teſtatoris, an vero de hæredibus vxoris.in ſingul.21.

Hæres & defunctus cenſentur vna & eadem perſona.in ſingu.475.incipien.Non eſt tibi nouum &c.

¶Homicida punitur pœna mortis.in ſingulari 270.incip.Homicida.

Homicida expectet illud quod alteri fecit, in ſing.270.incip.Homicida.

¶Homicidium. Mandans fieri homicidiū punitur vt faciens.in ſingu.181.incipien. Mandans.in prin.

Nuncius portans ſcienter literas homicidij tenetur pœna homicidij.in ſing.181.incipien. Mandans.

Licet pro homicidio imponatur pœna mortis,tamen pro homicidio antiquo non imponitur pœna mortis.in ſing.454.incip. Curſus temporis.

¶Homo.Si apud hominem bone conditionis & fame reperiantur res furate hoc nō facit indicium contra eum ad torturam, ſecus ſi non eſt bone conditionis & fame.in ſingul. 392.inci. Aduertas ad vnum.

¶Hora in inſtr̄is eſt maxime importantie, nā facit quod vnum dicitur prius altero, & ſic in reſcriptis.in ſing.319.inci. Hora &c.

¶Hoſtis.Quomodo intelligatur illud quod ēt hoſti fides eſt ſeruanda.in ſing.177.inci.Malitijs hominum.

Hæres licet hæres & defunctus cenſeatur vna & eadem perſona attamen iuramentū præſtitum a defuncto non egreditur eius perſonam adeo quod hæres veniens contra tale iuramentum non erit periurus etiam ſi non petit aliquam abſolutionem & tali iuramēto.in ſing.546.inci.licet hæres &c.

Hæres poſt mortem teſtatoris non poteſt iurare nomine ſeu vice teſtatoris in aliquo caſu in quo ex forma legis vel ſtatuti deberet ſtari iuramento ipſius teſtatoris. in ſingula. 546.incip.licet hæres &c.

¶Homicida.homicida nō ſolum punitur pœna mortis, ſed etiam debet condemnari in eo quod potuiſſet ſuperlucrari occiſus ſingulo anno & debet fieri eſtimatio a peritis & a cognoſcentibus eum quot annis potuiſſet ēt naturaliter viuere. & in ſing.585.inci. proximis ſuperioribus diebus &c.

Committens homicidium extra domicilium ſuum an poſsit in loco originis accuſari vel inquiri & puniri,in ſing.576.inci.retroactis temporibus.

In terris eccleſiæ iudex non poteſt inquirere contra ſubditum ratione originis de homicidio vel alio delicto cōmiſſo extra domicilium. in ſing.576. inci. retroactis tēporibus.

Sicut licitū eſt occidere aggreſſorem pro defenſione ſua ita licitum eſt occidere ſe præparantem ad inſultandum vel occidendum antequam inſultet vel occidat. in ſing.638. incip. præparatio.

¶ Homicidium ſtatutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio non valet & caſu quo vt valeret non haberet locum in parricidio. in ſingulari 665. incipiente niſi me mea fallat.

I

INcendium. Licet præſumatur ortū culpa & defectu inhabitātium tñ quando inhabitantes erant ſoliti eſſe vigiles & prudentes, tunc ſi alia indicia contra eos nō appareant non tenetur de incendio. in ſing. 393. incip. Regula.

¶ Incertitudo regulariter vitiat omnem diſpoſitionem, quod tamen fallit in vno caſu poſito in ſing.206. inci. Incertitudo.

Quando plures fuerūt in rixa & neſcitur quis intulerit vulnus ex quo vulneratus eſt mortuus tunc nemo ipſorum rixātium propter incertitudinem debet puniri pœna mortis. in ſing.217. inci. Ter vel quater.

Incertitudo licet regulariter vitiet omnem diſpoſitionem tñ de equitate canonica cōpelli poteſt promiſſor in arbitrio boni viri vt adimpleat promiſſa incerta. in ſing.223. incip. Nonnulla.

Incertitudo operatur vt qñ plures fuerunt in rixa, & vnus fuit mortuus vel vulneratus & neſcitur a quo ꝙ nemo puniatur. in ſing. 403. incip. Superioribus annis, quod limita tamen vt ibi.

¶ Inconſtantia reprobatur in qualibet perſona maxime in principibus. quod amplia vt in ſing.166. incip. Inconſtantia.

¶ Indefinita nō equipollet vniuerſali in dicto teſtium. & in alijs de quibus in ſing.171. incip. Audiuiſti.

¶ Inditio debet apponi in inſtrumentis, alias non valet inſtrumētum, attamen ſi ſit appoſita & corrupta valet. in ſing.431.

¶ Indicium. Per ſola indicia probatur mala fides alicuius. in ſing.34. inci. Mala fides.

Fama ſola regulariter non facit indiciū ad torturam fallit in vehementi fama & in fama quæ habuit originem ab honeſtis perſonis. in ſing.97. incip. Fama.

Laicus contra clericum facit indicium ad torturam, licet eius dictum non admittatur ad faciendam plenam probationem. in ſingul. 98. incip. Laicus contra clericum.

Varietas facit indicium ad torturam. in ſingu. 103. incip. Varietas.

Mendacium facit indicium ad torturam. in ſingu.103. inci. Varietas. in fi.

Teſtis qui non debet examinari, an examinatus facit indicium. in ſing.198. incip. Teſtis qui non debet.

Minor qui ratione ætatis non debet examinari, examinatus facit indicium. in ſingul. 198. incip. Teſtis qui non debet.

Dictum ſocij criminis non facit indicium ad torturam etiam in caſibus in quibus ſocius poteſt interrogari de conſocijs niſi contra reum alia ſint indicia. in ſing.209. incip. Socius criminis.

Vnus teſtis integer deponens de ipſo maleficio facit indicium ad torturam, ſecus ſi deponat ſuper remoto a maleficio. in ſingulari 279. incipien. Alias dixi &c. quod limita vt ibi.

Licet confeſsio extraiudicialis faciat indiciū ad torturam, cautela eſt ꝙ reuocetur talis confeſsio quia tunc non faciet indicium. in ſing.310. incip. Credo te ſcire.

Locus a communiter accidentibus ſeu a ſolitis facit indicium ad torturam. in ſing.336. incip. Argumentum a ſolitis &c. in fi.

Teſtis omni exceptione maior ſi eſt ſolus non facit indicium ad torturam niſi concurrant ſecum alia indicia. in ſingu.342. inci. Quando teſtis.

Si res furatæ reperiantur pœnes hominem bone conditionis & fame talis inuentionis talium rerum non facit contra eum indicium ad torturam, ſecus autem eſt ſi reperiantur pœnes alium hominem qui non ſit bone cōditionis & fame, quia tunc facit indicium ad torturam. in ſingul.392. incipien. Aduertas ad vnum.

Præſumptiones poſſunt eſſe tales ꝙ facient indicium ad torturā, & econtra poſſunt eſſe ita leues ꝙ nihil operantur. in ſingu.451. incip. Decreui.

Illud quod dicitur ꝙ dictum vnius teſtis de viſu facit indicium ad torturam eſt verum ſi eſt omni exceptione maior, alias non. in ſingul.476. incip. Audiuiſti.

Teſtes non omni exceptione maiores probāt indicium remotum a maleficio. in ſing.476. incip. Audiuiſti.

¶ Inducie. Inducie deliberatorie licet dentur reo in cauſa ciuili tamen non dantur reo in cauſa criminali, in ſingula. 437. incipiente In cauſis.

¶Infamis, & infamia. Infamie effectus durat etiam finita cauſa infamie. in ſing. 107. inci. Priuilegium.

Infamis infamia facti in totum non repellitur a teſtimonio in cauſa ciuili, fallit in cauſa ciuili ardua in qua totum repellitur. in ſingu. 109. quod incip. Infamis.

Licet teſtimonium infamis infamia iuris vel facti non ſit ſufficiens ad aliquem condemnandum, tñ eſt ſufficiens ad inquiſitionẽ & torturam. in ſing. 457. inci. Teſtimonium.

¶Inferior. Inferior a principe non poteſt committere cauſam cognoſcẽdam ſummarie de plano ſine ſtrepitu et figura iudicij ẽt ſi ſit legatus de latere. in ſing. 102. inci. Clauſula.

¶Ingratitudo. Ingratitudo eſt vitium enorme & deſiccat fontem pietatis & operatur plures effectus, vt habetur in ſingul. 413. incip. Ingratitudo.

Pater poteſt reducere filium legitimatũ in priſtinam illegitimationem propter ingratitudinem. in ſing. 413. inci. Ingratitudo.

Iudex ordinarius ſi ſit ingratus põt propter ingratitudinem tanq̃ ſuſpectus recuſari. in ſingu. 413. incip. Ingratitudo.

Filius ingratus non ſuccedit patri in feudo. in ſing. 413. inci. Ingratitudo.

Gratitudo ſuperueniens tollit ingratitudinem præcedentẽ. in ſing. 413. inci. Ingratitudo.

Ingreſſus religionis tollit ingratitudinẽ, adeo ꝙ filius ingratus patri ſi ingrediatur monaſterium non poterit propter præcedentem ingratitudinem exhæredari. in ſing. 413. incip. Ingratitudo.

¶Inhabilis. Inhabilis ſuſtẽtatur per habilem. quod amplia vt in ſingul. 180. incipien. Plura & plura.

Caſum in quo inhabilis non ſuſtentatur per habilem. vide in ſing. 196. inci. Cõfirmatio.

¶Inhibitoria. Ille qui nõ dedit iuriſdictionem iudici non poteſt ipſi iudici inhibere ne ꝓcedat in aliqua cauſa. in ſingula. 490. incip. Mos iudicum.

Inhibitoria an poſsit fieri parte non citata, & an & qñ iudex eccleſiaſticus poſsit inhibere iudici ſeculari. in ſingul. 490. incip. Mos iudicum.

¶Initium & non finis in delictis ad fauorẽ rei attenditur. in ſing. 225. inci. In delictis.

¶Iniuria. Iniuriarũ remiſsio facta in foro conſcientie licet non operetur in foro contẽtioſo, tñ fallit quando iniuriam paſſus dicit ſe facere plenam remiſsionem iniurie. in ſing. 246. incip. Remiſsio iniuriarum.

¶Inimicus. Inimicus repellitur a teſtimonio ꝙ habet locum nedũ in inimico publico & manifeſto, ſed ẽt in eo apud quem eſt cauſa inimicitie contra illũ cõtra quem producit, licet ipſe contra quem producitur neſciat illã cauſam. in ſing. 178. inci. Inimicus.

¶Iniuſtitia equiparatur nullitati. in ſing. 473. incip. Memini.

¶Iniuſtum. Iniuſtum videtur ineptum. in ſing. 473. incip. Memini &c.

¶Innocens, & Innocentia. Innocentibus iura ſubueniunt & ſtatutũ excludens oẽs exceptiones non excludit exceptionẽ innocentie. in ſing. 59. incip. Innocentibus.

Si poſt confeſsionem & condemnationem liquet de innocentia rei non debet fieri contra eum executio corporalis. in ſing. 72. incipien. Per totam.

¶Inquiſitio. Ad hoc vt inquiſitio poſsit formari per iudicem cõtra aliquem de delicto oportet ꝙ fama ſeu diffamatio pręcedat. q̃ limita vt in ſing. 14. incip. Ad hoc.

Inquiſitio vel accuſatio de furto non procedit ſi ſimpliciter in ea dicitur ꝙ res furata pertinebat ad talem, ſed eſt neceſſe quod dicatur iure dñij vel quaſi, alias debet ſequi abſolutio. in ſing. 275. inci. Statui omnino.

Inquiſitio non valet niſi primo iudex antequã eam formet citet offenſum et interroget eũ, an velit accuſare reum necne. in ſingul. 305. incip. Iudex maleficiorum.

¶Inſtantia. Inſtantia cauſæ appellationis currit a die interpoſite appellationis ſi tñ ſtatutum dicit ꝙ debeat eligi certus iudex non currit tempus appellationis anteq̃ eligatur dictus iudex ẽt ſi pars ſtaret per xxx. ann. in ſing. 51. incip. Inſtantia cauſæ.

Perempta inſtãtia fideiuſſor qui promiſit pro reo ſi ſuccubuerit eſt liberatus. in ſing. 313. incip. Diligenter.

¶Inſtrumentum. Inſtrumentum ſine teſtibus non valet quod tñ fallit in vno caſu poſito. in ſing. 56. incip. Ad validitatem.

Inſtrã debent produci parte præſente vel citata alias non probant. in ſing. 81. inci. Aduertas &c. itẽ debet peti dari copia parti cũ termino ad opponendũ, alias non ꝓbat. vt ibi.

Inſtrumentum confeſsionis debiti non habet executionem paratam ſtante ſtatuto ꝙ inſtrumentum debiti habeat executionem paratam. in ſing. 135. incip. Quæro.

Inſtrumentum in quo eſt appoſitum iuramentum habet executionem paratam. in ſingul. 356. incip. Iuramentum.

Inſtrumentum in quo non eſt indicium nõ valet ſi tamen ſit appoſita & corrupta valet. in ſing. 431. inci. Dixi tibi.

Inſtrumentum guarentigiatum habet execu-

tionem paratam.in ſing.452.inci.Inſtrm.

Inſtrm habēs executionem paratam ſi ſit perditum,& examinati ſint teſtes de continentia dicti inſtri, & factum ſit de hoc inſtrumētum an tale inſtrumentum ſi factū habebit executionem paratam ſicut primum inſtrumentum.in ſing.484.inci.Verſi.loqui.

Intruſus. Etiam intruſus non debet priuari poſſeſsione ſua niſi primo citetur. in ſingul. 195.incipien.Nemo &c.quod amplia & limita vt ibi.

Inualidū.Inualida ſeu nulla non ſunt in conſideratione & nihil operantur. in ſing.274. incip.Licet.

Inualida non ſunt in conſideratione & nihil operantur, quod tñ fallit in tribus caſibus. in ſing.386.inci.Inualida.& in alio caſu poſito in ſing.431.inci.Dixi.

Ipſo iure. Priuatus ipſo iure nō debet expelli ſine citatione & ſine cauſæ cognitione. in ſing.195.inci.Nemo priuandus.

Irregularitas.Quo ad irregularitatem incurrendam ratihabitio non equiparatur mādato.in ſing.184.inci.Ratihabitio.

Iudei. Iudeorū priuilegia ꝙ poſsint mutuare ſub vſuris ēt ſuper rebus alienis & nō teneantur illa pignora reſtituere veris domtnis ſine pecunia & vſuris limitantur & reſtringuntur non habere locū in Iudeis ſcientibus talia pignora & bona eſſe aliena,quia tunc ſi præſtant pecuniam ſuper talibus rebus nō gaudent priuilegio de quo ſupra ſed tenētur illas reſtituere vere domino ſine pecunia.in ſing.13.inci.Volo tibi.

Iudeus non poteſt eſſe teſtes contra Chriſtianum nec ei poteſt deferri iuramentum in litem,vel in ſupplementum probationis contra Chriſtianū.in ſing.41.inci.Iudeus.

Iudeus conuerſus ad fidem Chriſti & baptizatus non poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianū ſicut antea non poterat.in ſing.107.inci.Priuilegium. poſt med.& in ſing.273.incipien. Notiſsimum.

Iudex ex officio poteſt & debet recipere ꝓbationes innocentie inquiſiti.in ſing.59.incip.Innocentibus.

Iudex.Quando nihil conſtat iudici ipſe iudex non poteſt aliquid mandare reo. in ſingu.83.incip.In ore vulgi.

Iudex vnius territorij mandat executioni ſententiam iudicis alterius territorij literis mediantibus.quod limita & reſtringe vt in ſingu.138.inci.Iudex.

Iudex non debet eſſe clementior lege. in ſing. 182.incip.Iudex.

Iudex ex cauſa poteſt augere vel minuere pœnam.in ſing.182.incip.Iudex.

Iudices debet habere manus puras & nitidas. in ſingul.190.incip.Iudices.

Iudici in forma teſtis non creditur de geſtis coram eo in cauſa in qua iudicauit. i ſing.197. incip.Quo ad hoc.

Iudex extra territorium ſuum non habet aliquam iuriſditionem fallit tñ in caſu no.poſito in ſing.203.inci.Iudex extra.

Iudex ordinarius ſi proceſsit ut delegatus non valet eius ſententia.in ſingul.262.incipien. Quod potui &c.

Iudex debet iudicare ſecundum allegata & probata.in ſing.226.inci.Iudex.

Iudex poteſt ēt moueri ad iudicandum ex aliqua confeſsione corā eo facta viua voce & nō ſcripta in actus.in ſin.266.inci.Iudex.

Iudex ſi eſt datus de voluntate partium cum clauſula appellatione remota, attamē ſi fuit in dolo vel in lata culpa poterit a ſententia ſua appellari.in ſing.289.inci.Dolus.

Iudex maleficiorum qui habet plenas probationes delicti contra reum &. voluit etiā habere confeſsionem rei ex quo fecit reū torqueri,tunc ſi ipſe reus perſeuerat in tortura negando,debilitantur probationes quę erāt contra reum,adeo ꝙ iudex amplius non poterit eum condemnare ex dictis probationibus vt antea poterat.in ſingu.262.incipien. Quod potui.

Si iudici maleficiorum vt priuato conſtat de maleficio, an poſsit illud punire.in ſingula. 266.incip.Iudex.

In poteſtate iudicis eſt non condemnare homicidam pœna mortis ſed eum deportare,qñ iracundia orta etiā aliter q̄ ex facto offenſi ipſum homicidā impulit ad committeñ.homici.in ſing.270.inci.Homicida.

Iudex laicus de cauſis ſpiritualibus nō poteſt cognoſcere,fallit tñ vbi ſummaria eſt cognitio.in ſing.70.inci.Iudex laicus.

Si coram iudice laico oppoſite ſint exceptiones reſpicientes forum eccleſiaſticū poteſt ipſe iudex laicus remittendo opponentem ad forum eccleſiaſticum ſtatuere ſibi terminum ad producendum coram eo capitula q̄ vult probare in curia eccleſiaſtica, & ſic vt videat an talia capitula releuent & ſi nō releuant poteſt ad vlteriora procedere.in ſingu.70.incip.Iudex.

Iudex & iudex delegatus. Iudex delegatus ſi moriatur tñ cauſa illa non reuertitur ad ordinarium loci,ſed delegās habet ſe intromittere & de illa cauſa diſponere.in ſingul. 301.incip.Dixi tibi &c.

Iudex ſi reperit ſe deceptū in interpoſitione

decreti pōt proprio motu ex ſuo mero officio illud reuocare.in ſing.320.incipien. Sępe contingit.

Iudex ſi tenet̄ ad aliquid facien. ſub pœna nō cadit in pœnam ſi nō fecit quia non fuit interpellatus.in ſingu.341.incip.Ille qui tenetur.ꝙ limita vt ibi.

In dubio pręſumitur pro iudice, quod eſt verum,qn̄ ſeruauit debitum iuris ordinem in procedendo,alias ſecus.in ſingu.354.incip. In dubio &c.

Iudex procedens extra ordinē dr̄ procedere de facto.in ſing.354.inci.In dubio &c.

Iudex laicus pōt cognoſcere de nullitate abſolutionis a iuramento factæ per iudicē eccleſiaſticum nec tenetur ſtare dictæ abſolutioni.in ſing.367.inci.Nemo prudens &c.

Iudex laicus non tenet̄ exequi præceptū iudicis eccleſiaſtici ſi ſcit uel ſuſpicat̄ de eius iniuſtitia.in ſing.367.inci.Nemo prudēs &c.

Iudex cui commiſſa eſt cauſa ſecundum veritatem & equitatem non debet ferre ſuiam pro vtente pręſidio vſucapionis vel pręſcriptionis.in ſing.370.inci. Vſucapio &c.

Iudex ſi ſuſpicatur ꝙ vna pars per calumniā petat terminum ad producendum teſtes de longinquis partibus vltra tempus ſtatuti datum ad finiendū cauſam debet dare talē terminum comminatione quod ſi nō probauerit mulctabit̄.in ſing.184.inci.Dixi tibi &c.

Iūdex qn̄ interponit authoritatem in cōtractu minoris vel mulieris debet adhibere cauſę cognitionem & dicere in contractu ꝙ reperit illum contractum cedere in vtilitatē minoris vel alterius alias non valet. in ſingul. 399.inci.Multi ſunt iudices &c.

Ille cui cōmiſſa eſt cauſa ſola facti veritate ſuſpecta poteſt credere probationi perſuaſiue & non concludenti neceſſaria.in ſing.494. incip.Probationes &c.

¶Iudicium. Filiusfamil.nō poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris.in ſing.40.incip. Filiusfa.non poteſt.

¶Iudicium ſummarium. Acta facta in iudicio ſummario non nocent in plenario. in ſingu. 257.inci.Nemo audiendus.qđ limita vt ibi.

¶Iudicare. Iudicandi munus neceſſarium eſt, quod limita vt in ſing.127.inci. Iudicandi.

¶Iuramentum. Quis non tenetur obſeruare iuramētum in quo promiſit ſtare in cōione cum aliquo.in ſing.9.inci.Nemo cogitur.

Iuramentum non defertur in ſupplementum probationis in cauſis magne quantitatis,qđ tn̄ fallit niſi ſit pluſquam ſemiplene probatum.in ſing.27.inci.Iuramentum.

Iuramentum præſtitum a filiofamilias ſine cō ſenſu patris an ipſum obliget.in ſing.40.incip.Filiusfamil. non poteſt.

Iuramentum in litem vel in ſupplementū probationis non poteſt deferri Iudeo contra Chriſtianum.in ſing.41.inci.Iudeus.

Iuramentum nō refertur in ſupplementū probationis qn̄ ſemiplena probatio nō probat vere vel neceſſario, ſed præſumptiue, vel quādo ipſa ſemiplena probatio eſt eliſa aliqua præſumptione in contrarium.in ſingul. 83.inci.In ore vulgi.

Iuramentum in ſupplemētum probationis nō tm̄ venit deferēdum vbi eſt ſemiplene probatum ſed ēt vbicunq; acto habet pro ſe tales teſtes qui ſolum præſumptionē inducūt vel aliquas coniecturas propter quas iudex inducatur ad ſuſpicandū vel opinandū pro parte actoris.in ſingul.83.incip.In ore &c.

Iuramentū fugientis tollit indiciū ſeu præſumptionē fuge reſultantē ex ipſa fuga cōtra ipſum fugientē.in ſing.115.inci.Fuga.in fi.

Iuramentum operatur ꝙ poſsit probari contractus per teſtes, licet ſtatutum prohibeat probationem fieri per teſtes.in ſing.126.incip. In multis.

Iuramentum perpetuat actionē & operatur ꝙ ſi eſt oppoſitum in inſtrō facit ꝙ non currit præſcriptio.in ſing.141.inci.Audiuiſti.

Iuramentum ꝙ præſtatur in ingreſſu iudicij eſt magis iuramentū calumnie, q̄ iuramentum probationis.in ſing.170. incipien.Animaduertant.

Super iuramento iam præſtito non poſſunt diſponere laici, ſed ſecus eſt ſuper iam præſtādo.in ſing.184.inci.Magna eſt.

Ad hoc vt peruenire poſsit ad deferendū iuramentum in ſupplementum probationis factæ per vnum teſtem neceſſe eſt ꝙ ille teſtis ſit integer & omni exceptione maior.in ſingu.83.incip.In ore vulgi.ante fi.& in ſingu. 197.incip.Quo ad hoc.

Pars in cuius fauorem depoſuit iudex vel arbiter de geſtis corā eis poteſt iurare in ſupplementum probationis licet dictum ipſius iudicis vel arbitri non probet.in ſing.197. incip.Quo ad hoc.circa med.

Quilibet minimus defectus in teſte impedit ut non poſsit parti deferri iuramentum in ſupplementum probationis. in ſing.197.incip. Quo ad hoc.poſt prin.

Si quis petit iuramētum deferri aduerſario caſu quo iudex nolebat eū deferre iū ex quo pars voluntarie petijt tale iuramentum deferri non poteſt poſtea reſcindere ſniam ex nouis probationibus ſuperuenientibus , in ſing.213.incip.Viam.

Iuramētum requiritur in teſte & in omni alio cuius dicto ſtandū eſt, alias nō valet eorum dicto. in ſing.214.incip.Ad validitatem.

Quando committitur aliquid conſcientie alicuius ad hoc vt eius ſnīa valeat requiritur ꝙ ante eius ſnīam iuret ꝙ ita dictat ſibi conſcientia ſua, alias non ſtatur ſententiæ ſuæ. in ſing.214.inci.Ad validitatem.

Iuramentum, an & qn̄ & in quibus reguletur ſecundum naturam contractus, in ſing.226. incip.Emphyteota.

Iuramentum calumnie eſt tante importātie ꝙ ille qui recurrat prǣſtare ipſum iuramētum perdit cauſam. in ſing.252.inci.Iuramentū.

Iuramentum in ſupplementū probationis non poteſt deferri ſpurio qui ſemiplene probauit.in ſing.273.incip.Notiſsimum.

Iuramentum ſupplementum probationis non defertur feneratori q ſemiplene probauit. in ſing.273.inci.Notiſsimum.

Iuramentum aſſertorium minoris poſitum in cōtractum excludit ipſum a reſtitutione in integrum non autem a beneficio nullitatis allegando.In ſing.299.inci.Aduertas,ſecus autem eſt iuramento confirmatorio. vt ibi.

Iuramentum non intelligitur prorogatū prorogato compromiſſo vbi erat appoſitū iuramentum niſi de nouo ſit iuratum.in ſingula. 300.incip.Prorogatio.

Iuramentum in ſupplementum probationis licet non deferatur non præcedente ſemiplena probatione, tn̄ fallit in caſu noſtro poſito.in ſing.322.incip.Iuramentum.

Iuramentum excludit exceptionē non numerate pecu.in ſing.327.inci.Exceptio.

Iuramentum non validat contractum ſimulatum..in ſing.327.incip.Exceptio.in ſi.

Iuramentum habet executionem paratam.in ſing.356.incip.Iuramentum.

Ex iuſta cauſa poteſt qui iurauit venire cōtra iuramentum & valet quod agitur.in ſingu. 359.incip.Iuramentum.

Vbi tractatur de iuramēto illa cauſa debet agitari coram iudice eccleſiaſtico & non ſeculari.in ſing.367.incip.Nemo prudens.

Iudex ſecularis poteſt cognoſcere de nullitate abſolutionis a iuramēto facta a iudice eccleſiaſtico nec tenetur ſtare dictæ abſolutioni.in ſing.366.inci. Nemo prudens &c.

Quando ex aliqua diſpoſitione debet ſtari dicto alicuius non ſtatur ſine eius iuramento. in ſing.401.inci.Quante vtilitatis.

Iuramentum debet habere formalem expreſſionem & ideo non ſufficit ꝙ iurans referat ſe ad illud iuramentum quod fecerit, in ſingu.415.inci.Iuramentum.

Iuramentum an requirat tactum ſcripturarū. in ſing.415.incip.Iuramentum.

Quis poteſt propria authoritate venire cōtra iuramentum abſq; abſolutione qn̄ periculū eſt in mora & non poteſt haberi copia ſuperioris a quo petatur abſolutio.in ſingu.421. incip.Quando periculum.

Iuramentū iniuſtum vel captioſum debet per epiſcopum relaxari.in ſingu.450. incipien. Simplicitati.

Iuramentum licet repreſentet quem maiorem non tn̄ fingit eum prudentem & ſagacem. in ſing.450.inci.Simplicitati.

Iuramentū in ſupplementū probationis nunꝙ̄ defertur vbi præſumptio eſt contra probantem per vnū teſtē.in ſing.451.inci.Decreui.

Iuramentum in ſupplementū probationis non defertur etiam ſtante ſemiplena probatione quando veriſimiliter debent poſſe inueniri plures teſtes illius rei.in ſing.461.incipien. Regulariter.

Iuramento non creditur niſi in defectum aliarum probationum.in ſingula.461.incipien. Regulariter.

¶Iuriſditio.Exceptio proueniens ex defectu iuriſditionis poteſt quandocunq; opponi.in ſing.10.incip.Tu ſcis.

Papa de plenitudine poteſtatis pōt ratificare ſententiam latam a iuriſditione carente. in ſing.10.incip.Tu ſcis.

Iuriſd.tio delegati poteſt præueniri per ordinarium dūmodo litere delegatorie non fuerint primo pręſentate iudici delegato.in ſingu.296.incip.Alias practicaui.

Iuriſditio ordinaria eſt fauorabilis ſed delegata eſt extraordinaria & reſtringenda.in ſingu.296.incip.Alias practicaui.

Iuriſditio eſt fundamentum fundamentorum iudicij.in ſing.10.incip.Tu ſcis.

¶Ius, Magna differentia eſt inter ius quæſitū & ius quærendum.in ſingu.194.incip. Magna eſt differentia.

Iura ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt, quod amplia,vt in ſing.210.Iura.

¶Ius dicere.Sibi ius dicere quando liceat, in ſing.405.incip.Ius ſibi dicere.

¶Ius naturale.Statutum tollens exceptiones non tollit exceptionem deſcendentem ſeu prouenientem a iure naturali.in ſingul.79. incip.Confirmatio.

¶Iuſtitia.Iuſtitia non debet eſſe venalis.in ſingul.190.incip.Iudices.

Dans pecuniam iudici non cauſa eum corrumpendi, ſed cauſa iuris ſui conſeruandi poteſt ipſam repetere, in ſingulari 190.incip. Iudices.

¶Ignorantia. Ignorantia probatur iuramento quod intellige ſolum vbi tractatur de modico præiudicio ſecus vbi tractaꝛ de magno iudicio. in ſin.635.inci. memorie teneo &c.

¶Incontinenti. quæ incontinenti fiunt videntur ineſſe quod amplia. vt in ſingul.614.incipien. vulgata.

¶Inhabilis. licet inhabilis ſuſtentetur per habilem qñ ſimul concurrunt hoc intellige verum qñ inhabilis non eſt in totum inhabilis qm̃ ſi in totum eſt inhabilis non iuuatur per habilem in ſingu.554.incip. memini &c. de qua materia etiam habetur in ſing.617.incipien. memor ex iſto &c. Item limita etiam prædictam regulam niſi ſtatutum requireret ambos habiles, quia tunc ſi eſſet vnus inhabilis non iuuaretur per habilem. vt in ſing.676.inci. dixi tibi alias &c.

¶Iudicium licet in cauſa propria nemo ſit teſtis idoneus iſtud eſt verum quo ad faciendum probationẽ, ſed ſecus eſt quo ad faciendum iudicium quod intellige in conſtituto in mortis articulo. in ſing.516.incip. teneas perpetuo fixum cordi.

¶Iniuria ille qui iniuriaꝛ aliquem coram iudice in forma iudicij põt ſtatim ab ipſo iudice puniri in ſing.549.inci. litigantes.

Iniuria quæ fit a coniuncto vel a propinquo grauius toleratur quam illa quæ fit ab extraneo & ignoto in ſing.573.inci. grauior.

Dicens verba iniurioſa alicui ſi eum penitet ſibi non nocent talia verba. in ſing.626.incip. calor iracundie.

¶Immunitas. immunitas conceſſa hominibus certi loci comprehẽdit etiam iudeos ibi habitantes in ſingula.540. incipien. hodie fui interrogatus.

Immunitas alicui conceſſa propter numerũ liberorũ non expirat ſi aliqui ipſorꝫ filiorum moriantur in ſing.657.inci. plura notabilia.

¶Iracundia. calor iracundie multa operaꝛ vt in ſing.626.inci. calor iracundie.

¶Inſtrumentum. idem operatur promiſſio faciendi inſtrm̃ quod operatur ipſum inſtrumentum in ſing.666.incip. pendet nunc.

Quando inſtrumentum deficit ratione ſolennitatis ꝓbatorie tunc nõ iuuatur prætextu iuramenti in eo poſiti in ſing.700.inci. quanuis iuramentum.

¶Iudicium. idem debet eſſe iudex iudicij pręparantis & iudicium præparati. in ſingula. 654.incip. multos iam vidi.

¶Inualidum. inualida qñq; ſunt in conſideratione in ſing.503.incip. ex pace.

¶Iudex inquirens ſuccedit loco accuſatoris in ſing.524.inci. inquiſitio &c.

Iudex põt ſtatim punire iniuriantem aliquem coram ipſo ſedente pro tribunali in ſingul. 549.inci. litigatens.

Iudici vt iudici debet conſtare delictum alias non poteſt delictum punire in ſing.549.incip. litigantes.

Iudex originis non poteſt in terris eccleſię inquirere cõtra ſubditum ratione originis de delicto per eum commiſſo extra territoriũ ipſius iudicis in ſingul.576.incip. retroactis temporibus.

Si iudex reperit ſe deceptũ in interpoſitione decreti põt motu proprio ex mero officio ſuo illud reuocare ĩ ſin.641.inci. deceptus.

Iudex poteſt conueniri in ſindicatu pro ſentẽtia iniqua licet talis ſententia fuerit bis confirmata item licet deſerta ſit appellatio itẽ non obſtante quod non fuerit appellatum a tali ſententia in ſingula.646.incip. iudices inique agentes.

Iudex non debet audire reum condemnatum pro crimine ad ſoluendam pœnam pecuniariam vel fuſtigationem ſi ipſe reus eſt ſoluẽdo & velit fuſtigari ſed ipſe iudex debet cogere ipſum reum ad ſoluendam pœnam pecuniariam & debet pro hoc capere de bonis ipſius rei & illa vendere pro tali condẽnatione ſoluenda in ſingulari 651.incipien. puto te ſcire.

Iudex præparati debet eſſe iudex præparãtis ne iudiciorum cõnexitas diuidatur in ſing. 654.inci. multos iam vidi.

Iudex incompetens non poteſt facere executionem delicti notorij etiam per confeſſionem in ſing.659.inci. ſatis notum.

Si iudex facit aliquem ſuum locumtenentem quotiens eum abeſſe contigerit & veniat caſus quo ipſe iudex principalis vna die abſens ſit & vna die ſit præſens valent acta coram ipſo locumtenente facta ẽt illo die quo ipſe iudex principalis præſens fuerit ne ex iſta modica variatione partes decipiãtur in ſing.671.inci. in repeti. mea.

Præcipitata voluntas iudicis dicitur nouerca iuſtitie in ſingu.680.incipien. dicit vulgare prouerbium.

Iudex debet habere ſalarium ſuum etiã ſi partes non expectata ſententia ſe concordarũt inſimul in ſing.693.inci. vulgariter &c.

¶Iudeus. iudeus comprehenditur in immunitate conceſſa hominibus certi loci ubi habitat ipſe iudeus in ſingu.540.incip. hodie fui interrogatus.

Saluus conductus conceſſus alicui & ſocijs cõprehendit etiam iudeum ſecum euntem in ſing.540.inci. hodie fui interrogatus.

Priuilegia

Priuilegia iudeorũ quę hñt q͛d credatur libris eorũ intelligũtur ſolũ ſuper pignoribus & nõ circa alia in ſing.560.incip.habemus.

Iudæus petẽs vſuras ſibi debitas non auditur niſi reddat vſuras ab alijs extortas in ſing. 609.incip.aduertas ad vnum.

¶Iudicium ſummarium probationes facte in iudicio ſummario nõ probant in plenario niſi in iudicio ſummario facte fuiſſent plenarie nã tunc probationes & ſententia præiudicãt in plenario. in ſingu.555.incipi. Tu ſcis &c.

¶Interpellatio. interpellatio extraiudicialis cõſtituit debitorẽ in mora.itẽ facit reũ teneri ad expenſas.in ſing.538.inci.per interpellationem.

¶Interpretatio, interpretatio ſemper fiẽda eſt vt actus magis valeat quã pereat. in ſingu. 662.incip. fienda &c.

¶Iuriſditio.iuriſditiones & poteſtates ſunt diſtincte.in ſing.599.inci.poteſtates &c.

¶Iuramẽtũ.iuramentũ habet vim clauſule codicillaris adeo q͛d veniẽtes ab inteſtato ĩtelligũtur rogati.ĩ ſing.504.inc.virtus iurĩ &c.

Iuramentũ non eſt legitima probatio. in ſing. 570.inci.aduertas.

Iuramentũ præſtitum die feriata non valet.in ſing.624.inci.aduerte quæſo.

Iuramentũ in ſupplementũ probationis nõ defertur in cauſis criminalibus.in ſing.635.incip.memorie teneo.

Iuramentũ in ſupplementũ probationis non defertur in cauſis magni præiudicij.in ſing. 635.incip.memorie teneo.

Iuramentũ in ſupplementũ probationis nõ defertur in cauſa præſcriptionis cum ſit odioſa.in ſing.635.inci.memorie &c.

Vbi petita eſt abſolutio vel habilitatio iuramẽti poſiti ſuper aliquo inſtrumẽto ibi etiã debet diſputari de viribus ipſius inſtrumenti & non corã alio iudice ne continẽtia cauſe & iudicij diuidatur in ſingu.654. incipi. multos iam vidi &c.

Iuramentũ non obſtat vbi interuenit enormis leſio.in ſing.672.inci. nonnulla.

Quãdo actus vel cõtractus vel inſtrumentum deficit ratione ſolennitatis probatorie tunc nõ iuuatur ex iuramẽto ſuper eo poſito. in ſing.700.incip. quamuis iuramentum.

Iuramentum nõ ſupplet conſenſum. in ſingu. 700.incip.quamuis iuramentum.

L

LAicus cõtra clericum non admittitur in teſtem in cauſa criminali quod limita ad plenã probationẽ faciendã, ſecus quo ad indiciũ ad torturam, in ſing.98.incip.Laicus.

Laicus contra clericũ admittitur ad probandũ famam.in ſing.98.incip.Laicus.in fi.

Laicus exiſtẽs in communione vel ſocietate clerici gaudet priuilegio clerici. in ſingu. 180.incip.Plura & plura.

Laici nõ poſſunt diſponere ſuper iuramento præſtito,ſecus ſuper iuramẽto præſtãdo.in ſing.194.incip. Magna eſt differentia.

Laici licet non poſſunt diſponere ſuper iure quæſito eccleſie tamen poſſunt diſponere ſuper iure querẽdo ipſi eccleſie.in ſing.194 incip.Magna &c.

¶Laudũ.Ille qui emologauit laudũ nõ poteſt poſtea venire cõtra ipſum ꝙ tamẽ fallit in eccleſia.in ſing.161.inci.Emologatio.

¶Legatum.In gaudimentũ alicuius rei trãſit ad hæredes.in ſing.414.inci. Teſtator.

Legatum factum alicui de aliqua re in gaudimentum tranſmittitur ad hæredes.in ſingu. 414.incip. Teſtator.

Legatum reuocatur ſi teſtator voluntarie alienat rem legatã.in ſingu.136.incip.Longa.

Legatum reuocatur ſi inter teſtatorẽ & legatariũ ſuperueniãt inimicitie.in ſing. 136.inci. Longa.in fi.

Legatum ſi eſt factũ monaſterio nec apparet cui in dubio, intelligitur factum monaſterio monialium & non monachorũ.in ſing.248. incip.Conditio.

¶Legatus nõ committit cauſam ſublato iuris ordine.in ſing.295.inci.Clauſula.

Legatus de latere nõ poteſt apponere clauſulam appellatione remota niſi hoc habeat ex ſpeciali commiſsione.in ſingu.295.incipiẽ. Clauſula.

Legatus de latere non põt cõmittere cauſam cognoſcendam.ſimpliciter & de plano. in ſing.295.incip. Clauſula.

¶Legitimatio.Filij naturales pluribus modis legitimantur.de quibus.in ſingu.121.incipi. Credo te ſcire.

Licet pater contrahat matrimoniũ cũ matre filij naturalis non legitimatur nepos qñ tale matrimoniũ contraxit pater poſt mortem filij.in ſing.121.incip.Credo te ſcire.

Filius naturalis quoties poteſt legitimari per ſubſequens matrimoniũ nunquã poteſt legitimari per reſcriptũ principis.in ſingu.130. incip.Dixit tibi.

Filius naturalis nõ legitimatur per ſubſequẽs matrimoniũ qñ alij legitimi & naturales adſunt niſi tẽpore ſecuti matrimonij fiant inſtrumenta dotalia.in ſingu.256. incipien.In materia.

Statutum dicens ꝙ ſtantibus filijs maſculis fi-

lie femine non ſuccedāt, an habeat locū in filijs maſculis ſpurijs legitimatis, in ſingu. 303.incip.filiorum appellatione.in fi.

In ſupplicatione quę fient pro aliqua perſona legitimāda debent exprimi oēs qualitates il legitimatis,alias legitimatio tanquā ſubreptitia non valet.in ſingu.492.incip.In legitimatione.

¶Lex,quoties.C.de rei vendi. limitatur pluribus modis.de quibus.in ſing.82.inci.Volo tibi dare.& an.d.l. habeat locum in donatione,vide ibi in fin.

Lex,manifeſte turpitudinis.ff.de iureiur. quō intelligatur & quomodo limitatur. in ſing. 83.incip.In ore.

Lex,ſi.ff.de iuriſ.omn.iudi.limitatur vt in ſingu.124.inci.Vidiſtis &c.

Lex,edem.C.loca.volēs ꝓ dominus rei locate poſsit rem locatam ad ſe aduocare propter ſuam neceſsitatē, an habeat locū in re data in emphyteoſim. in ſing. 94. incipien. Tu habes.

Lex,ſi quis in tantam C.vnde vi.limitatur vt in ſing.167.inci.Violentus.

Lex,ad ſolutionē C. de re iudi. nedum habet locū in principali ſed ēt in procuratore. in ſing.186.inci.Tu ſcis.

Lex vel ſtatutū puniens facientē violentiā in veſtibus alicui non habet locū ſi talis violētia fiat in veſtibus dormientis.in ſing.188.incip. Capitulum.

Lex,plerique ff.de in ius vocan.limitatur niſi domus minetur ruinam,in ſing. 186. inci. Audiuiſti.

De materia l.fina.ff.de rei vēdicat. vide in ſingu.242.inci.Text. habes &c.

Lex, ait pretor.§.ſi debitore ff. quæ in fraudu credi.limitatur aliquibus modis. de quibus in ſing.245.incip. Satis notum.

Lex,Quod non dixit lex nec nos dicamus.in ſing.389.inci.Tu ſcis.

Lex.ij.C.de iure emphy.limitatur vno modo de quo in ſing.409.incip.Tu ſcis.

¶Libellus.ineptitudo libelli vitiat libellū & de ipſa ineptitudine poteſt opponi, nedum vſque ad ſententiam,ſed ēt poſt ſententiam in ſing.119.incip. Ineptitudo.

¶Libellus generalis & incertus non admittitur ſi a parte opponatur,ſecus ſi nō opponatur.in ſing.348.inci. Libellus &c. quod eſt verū in cauſis ciuilibus,ſecus aūt in criminalibus quia tunc ēt ſi pars nō opponat non admittitur.in ſing.348.inci.Libellus.

Quando requiritur libellus in aliqua cauſa ſi actor vadit ad notariū & dicat ſcribas quod ego peto a Titio centum ex tali cā tūc quāuis notarius hoc ſcribat in actis per hoc nō videtur libellū in ſcriptis obtuliſſe. in ſing. 364.incip. Libellus.

¶Liber rationū debet habere diē & conſulē alias non probat quod eſt verū vt' ꝓbet ꝓ ſcribēte,ſed ſecus eſt cōtra ſcribentē q' contra eū probat licet nō habeat diē neq; conſulē.in ſing.429.incipi. Liber rationum.

Liber mercatoris,an & qn̄ faciat fidem pro ſe vel contra ſe in ſingu. 458. incipien. Liber mercatoris.

Si ex forma ſtatuti vel cōſuetudinis debet ſtari libro mercatoris tale ſtatutū vel cōſuetudo debet intelligi accedente conſenſu iudicis,& ſi iudici videbit conſiderata qualitate mercatoris & quantitate & conditione cauſe.in ſing.458.incip. Liber.

¶Libera poteſtas.Si data eſt alicui libera poteſtas procedēdi ꝓut ſibi videbitur intelligitur tn̄ iuris ordine ſeruato.in ſing.328.

¶Liberatio. Fauorabiliores ſumus ad liberādū quā ad condēnandū.in ſing.90.incip. Fauorabiliores.& in ſing.151.inci. Semper.

¶Litera.Si ſcribo tibi literam in qua dico te eſſe debitorē meū,& tu lecta litera taces & nō contradicis probata eſt intentio mea. in ſing.344.inci. Taciturnitas.

Si ſcribo tibi literā in qua cōfiteor me eſſe debitorem tuū in mille, ſed antequā iſta litera tibi præſentetur ego moriar, hoc caſu talis litera non nocebit hæredibus meis. in ſing. 373.incip.vt noſti.

¶Litis conteſtatio. Reus conteſtans litē per verba generalia dicendo nego narrata ꝓut narrantur non cadit in pœnam negantis. in ſingu.242.

¶Locatio rei rumpitur ſuperueniēte vēditione dicte rei.quod tamē fallit in vno caſu, in ſing.321.incip.Credo te ſcire.

¶Locus non tutus excuſat citatū a comparēdo in loco vbi citatur, itē operatur qđ promittens ſoluere vbicunque non poterit tn̄ conueniri in loco ſibi nō tuto.in ſingu.261. incip.Exceptio.

Laicus ſi committit delictū & poſtea ſtatim ingrediatur religionē.attamen poterit puniri per iudicē laicū quod tamen fallit niſi ante delictum feciſſet votū intrandi religionem, quia tunc non poſſet puniri a iudice laico. in ſing.534.inci. attende ad vnum.

Laicus poteſt cognoſcere de cauſa clerici quādo clericus comparet vt tertius & non vt principalis. in ſingu. 694. incipien. apud omnes &c.

¶Legitima pater in vita ſua poteſt aſsignare legitimam ſuam filijs ſuis.in ſing.674.inci.

aliqui ſunt patres.

Legitimatio & legitimatus.illegitimus cōtrahens matrimoniū cū legitimo efficitur legitimus.in ſing.501.incit.iritum.

Comes palatinus habens priuilegiū legitiman di ſpurios nō poterit legitimare ſpurias.in ſing.536.inci.habuiſti iam.

Legitimatio quæ fit per ſubſequens matrimoniū eſt nobilior & potētior alijs legitimatio nibus.in ſing.542.incip.tex.in c. primo.

Legitimari nō pōt clericus a comite palatino ſeculari.in ſing.667.incip. ſepiſsime.

¶Liga,ſi aliqui ſunt in liga inſimul & debent ſe adiuuare adinuicem tunc poſſunt ſe adiuuare antequam offendantur ſi eorū inimici præparant ſe ad offenſam eorum. in ſingu. 638.incip.præparatio &c.in fi.

¶Locator,& locatio ſi alicui fiat locatio alicuius fundi ſterilis ad tēpus tunc ſi conductor laborat taliter dictū fundū quod ex labore ſuo efficiatur fructuoſus tunc talis locatio facta ad tēpus efficitur ꝑpetua & trāſi bit ad hæredes extraneos nec finietur tertia generatione licet hoc in inſtrumēto non dicatur.in ſing.550.incip.ſtatui tibi tradere.

Neceſsitas ſuperueniēs locatori rumpit locationem domus locate & ita in neceſsitate ſuperueniente conductori. in ſing.615.inci. neceſsitas.

¶Locūtenēs.locumtenens licet poſsit omnia quæ pōt principalis eū cōſtituēs tamē non poteſt imponere pœnā mortis nec membri mutilationē.in ſing.649.inci.ſepe contingit quod tamen limita vt ibi.

¶Ludus.tantū punitur qui ſtat ad videndum ludere ad ludū prohibitū quantum ille qui ludit.in ſing.552.inci.ſepius.

M

Magiſtratus minores magiſtratus nō poſſunt imponere pœnā corporalem nec bona confiſcare licet eis ſit datū arbitriū in criminalibus. in ſing.397.inci. Arbitrium.

¶Maior pars.Quod maior pars facit valet qa omnes facere videntur, & ideo ſi committitur aliquid poteſtati antianis quod facit poteſtas cū vno vel duobus antianis tanquam factum a maiori parte valet.in ſingu.376.incip. Quod maior.

¶Mala fides alicuius ꝓbatur per ſola indicia in ſing.34.inci.Mala fides.

¶Maleficiū. Volūtas & propoſitū diſtinguūt maleficia.in ſing.176.incip. Voluntas.

¶Malitia.Malitijs hominum eſt obuiandum nedum recta via ſed ēt cū malitijs. in ſingu. 177.incip.Malitijs.

¶Malus. Semel malus, ſemper præſumitur malus.in ſing.217.incip.Ter vel quater. & in ſing.74.incip.Tu habes.

¶Malus. Regula ſemel malus. habet locum econuerſo, vt ſemel bonus ſemper præſumatur bonus.in ſing.393.inci.Regula.

¶Mandās & mandatarius eadē pœna puniūtur.in ſing.181.incip. Mandans. in prin.

¶Mandatū.Re integra finitur morte mandantis,quod tamē fallit in tribus caſibus poſitis in ſingu.44.inci.Mandatum &c.

Mandatū non finitur morte mandantis quādo mandās tenebatur de neceſsitate facere illud quod mādauit mādatario. in ſingu. 44. incip.Mandatum.in fi.

Mandatū de ſoluēdo pōt reuocari re integra, quod tñ fallit niſi creditor acceptauerit pro debitore mandatarium,quia tūc ēt nulla facta ſolutione non poteſt tale mandatum reuocari.in ſing.56.inci.Si dedi.

Quando dubitatur de mādato admittitur agēs cū cautione de rato,quod fallit niſi dñs pro quo quis vult agere ſit intra ciuitatē vel in loco propinquo,ita ꝙ faciliter poſsit haberi eius præſentia & poſsit ipſe tollere dubitationē circa mandatū, nā tūc agens nō admittitur ēt cū cautione de rato.in ſing.228. incip. Agens.

In mandato alicui facto intelligitur contineri connexum. in ſing.251.

Fines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi. in ſing.265.incipien.Fines mandati.quod ampliа vt ibi.

Mandatum ad vendendum, emendum, compromittendum vel ſimilia, nunquam prǽſumatur ex diuturnitate temporis etiam ex curſu centum annorum.in ſingu.323.incipi. Diuturnitas.

Exceptio mandati poteſt quandoque opponi ēt poſt ſententiā,quia reddit iudicium retro nullum.in ſing.323.inci.Diuturnitas.

Mandatū ſuperioris factū alicui vt aliquid faciat intelligitur ſeruatis ſeruandis & cā cognita.in ſing.328.inci. Multi ſunt.

¶Maritus.Si maritus diu ſtetit quod non petijt vſuras dotis mulieris non poterit vlterius eas petere ꝑ tpe prǽterito. in ſin.360.

¶Maſculinū genus cōcipit femininū.qd tamē limita vt in ſing.20.inci.Maſculinum.& in ſing.39.incip. Capias vnum.

In contractibus maſculinū nō concipit femininū.in ſing.191. incip.Sepius.

¶Mater non petens intra annum tutorem filijs ſuis priuatur ſucceſsione eorum , quod tamen fallit in vno caſu poſito in ſing. 302. inci.Mater non petens.

❡Matrimoniū. In cauſa matrimoniali poſſunt produci teſtes ēt poſt didicita teſtificata, qđ eſt verū ſi pars iurat illos teſtes quos vult producere nō ſubornaſſe, alias non poſſunt produci. in ſing. 128.

Vbicunq; matrimoniū eſt illicitum non habet locū pactum de lucrāda dote ſecundū ſtatutum. in ſing. 129. incip. Dum eſſem.

Filius præſens & tacēs obligatur ex matrimonio cōtracto per parētes ſuos, qđ tñ limita niſi cū cognita conſtaret filiū vel filiā ob reuerentiā parētū vel alterius ipſorū tacuiſſe in ſing. 147. inci. Filius præſens.

Matrimoniū perfectū licet nō poſsit ēt a papa dirimi, tñ ſi vir duxit ſciēter vxorē non cognoſcibilē, licet non debeant ſeparari, ſi tñ epiſcopus videt eum ſuſpectum de incontinētia pōt prouidere vt contrahat cū alia & primam alimentet. in ſing. 165.

Validū eſt argumentū de matrimonio carnali ad matrimonium ſpirituale. in ſing. 215. incip. Validum.

Conditio reſolutiua matrimonij impedit & annullat ipſum matrimoniū. in ſingu. 286. incip. Capias.

Matrimoniū metu contractū eſt nullū & non valet, quod eſt verū qñ metus eſt talis qui caderet in conſtantē virum. in ſing. 347. incip. Matrimonium.

Matrimoniū carnale non inualidatur ꝑpter metū reuerētialem patris, quod ſecus eſt in matrimonio ſpirituali, quia illud inualidatur propter metū reuerētialē patris vel parentū. in ſing. 347. inci. Matrimonium.

Cauſa criminalis & cauſa matrimonialis in qua agitur de matrimonio diſſoluēdo equiparātur. in ſing. 437. incip. In cauſis.

❡Mendaciū facit indiciū ad torturam. in ſingu. 103. incip. Varietas.

❡Meretrix. Acceſſus ad publicas meretrices non nuptas eſt impunibilis, quod limita niſi ſint carcerate. i ſing. 150. inc. Acceſſus &c.

Licet meretrix maritata nō poſsit pro debito carcerari, tñ fallit niſi maritus ſuus ſit leno, qm̄ tūc poterit. in ſing. 279. inci. Dixi.

❡Miniſtralis. Si miniſtralis literarū ignarus facit ſibi ſcribere denunciā a notario qui illā facit falſam nō debet puniri miniſtralis, ſed ille notarius qui illam facit. in ſing. 391. incip. Pœna.

Si miniſtralis ſub pœna debet probare contēta in ſua denuncia ſi probauit per teſtes qui fuerunt reprobati ex aliqua cauſa non debet condemnari. in ſing. 444. incip. Statutum eſt in ciuitate.

❡Minor qui ratione etatis non debet examinatus facit indicium. in ſingu. 198. inci. Teſtis qui non debet.

Minor ſi confeſſus ſit delictū de quo aliter nō conſtabat niſi per ſuā confeſsionē debet reſtitui aduerſus dictam ſuam confeſsionem, quia ex ea eſt leſus. in ſingu. 445. incipien. Minor.

Minor habēs curatorē licet nō poſsit in vita alienare res immobiles ſine authoritate curatoris & ſine decreto iudicis tñ in teſtamēto poteſt dare licentiam executoribus ſuis alienandi res immobiles ſine curatore & ſine decreto iudicis. in ſingu. 465. incipi. Aliqua ſunt &c.

Statutū an cōprehendat minores ſicut maiores. vide in ſing. 481. inci. Cōmunis opinio.

Statutū exorbitās a regulis iuris communis licet generaliter loquatur non tñ comprehēdit minores. in ſingu. 481. incipiē. Communis opinio.

❡Modicum. Modica non ſunt in conſideratione. quod tamen limita vt in ſing. 276. incipi. Parum.

❡Monialis. Statutū excludens filias feminas extantibus filijs maſculis, an habeat locum in filiabus monialibus. in ſing. 303. incip. Filiorum appellatione. ante ſi.

Licet teſtis de credulitate non probet, attamẽ ſi tale dictum eſt iunctum cum ratione vel pręſumptione inferente ita credi debere, dictum talis teſtis probat. in ſing. 183. inci. Diffuſe ſatis.

Si dictum teſtis deponentis per verbum iudicio ſuo, eſt iũctum cum ratione vel pręſumptione inferente ita credi debere, probat. in ſingulari 183.

Teſtis qui facit ſemiplenam probationem ad hoc vt poſsit deferri iuramentum in ſupplementum probationis debet eſſe integer & omni exceptione maior, alias nõ poteſt deferri iuramentum in ſupplementum probationis. in ſingul. 197. incip. Ad hoc. in princ. quod limita vt ibi.

Quilibet minimus defectus in teſte impedit ut non poſsit deferri iuramentũ in ſupplementum probationis. in ſing. 197. inci. Quo &c. quod limita vt ibi.

Iudici vel arbitro in forma teſtis non creditur de geſtis coram eis in cauſa in qua iudicarunt. in ſing. 197. inci. Quo ad hoc.

Teſtis qui non debet examinari examinatus non facit indicium. in ſing. 198. inci. Teſtis.

Teſtis examinatus poſt terminum datum ad probandum facit aliquod indicium. in ſing. 198. incip. Teſtis. poſt prin.

Teſtis qui non debebat examinari examinatus facit indicium, quod limita niſi fuerit a principio oppoſita exceptio antequam examinaretur ſue inhabilitatis, quoniam tunc examinatus non facit indicium. in ſing. 198. incip. Teſtis qui non debet. circa med.

Sufficit ꝙ teſtes in eundem rei finem concordent licet per diuerſa verba. in ſingul. 206. incip. Incertitudo.

Teſtes examinati a iudice incompetenti non faciunt fidem coram competenti, quod fallit in vno caſu poſito in ſingulari 211. incipien. Teſtes.

Si teſtis dicit vnum in iudicio ſolenniter, & aliud extra iudicium, ſtatur dicto iudiciali. in ſing. 212. incip. Communis omnium.

Dictum teſtis extra iudiciũ operatur, ſi eſt factum poſt depoſitionem iudicialem, ꝙ tunc iudex non poterit procedere ad ſnĩam ſecũdum dictum iudicialiter factum. in ſing. 212. incip. Communis omnium.

Papa non poteſt diſpẽſare ꝙ dictum teſtis valeat ſine iuramento. in ſing. 214. inci. Ad validitatem.

Teſtes ſi dixerunt ſe fuiſſe pręſentes rapine interrogati in cauſa ſcientie dixerunt quia viderunt rem auferri de manibus accuſantis per accuſatum per hoc non probatur rapina. in ſing. 267. inci. Dubia probatio.

Teſtis ſi eſt ſpurius nõ facit ſemiplenam probationem adeo ꝙ in ſupplementum probationis poſsit deferri iuramentum illi, qui examinauit pro ſe illum teſtem ſpurium, in ſing. 273. inci. Notiſsimum.

Teſtis ſi eſt vſurarius non facit ſemiplenam probationem, adeo ꝙ poſsit deferri iuramẽtum in ſupplementũ ei, qui illum produxit. in ſing. 273. incip. Notiſsimum.

Iudeus non poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum, etiam ſi efficiatur Chriſtianus. in ſing. 273. incip. Notiſsimum.

Teſtis ſpurius qui alias eſt bone cõditionis & fame probat ſicut alius teſtis, in ſingul. 273. incip. Notiſsimum.

Teſtis ſpurius effectus religioſus probat plene, in ſingul. 273.

Frater religioſus poteſt eſſe teſtis pro fratre. in ſing. 273. in ij. col.

Licet non credat teſti deponenti nõ veriſimile, tñ hoc non procedat in teſtibus valde dignis. in ſing. 273. inci. Notiſsimum.

Teſtium dicta recepta inter alias perſonas faciunt quo ad alios ſemiplenam probationẽ. quod limita vt in ſing. 276. inci. Parum.

Teſtes inſtrumentarij cõtradicendo inſtrumẽto, an & quando reddant ipſum ſuſpectum. in ſing. 285. incip. Multi.

Si aliqui teſtes deſcripti in inſtrumento cõtradicunt ipſi inſtrumento tamen ſi remanent firmi tot teſtes pro inſtrumento ꝙ ſufficiant ad validitatem inſtrumenti tunc non obſtante contradictione illorum inſtrumentũ non vacillat ſed remanet firmum. in ſingul. 275. incip. Multi ſunt. & ibi etiam videas aliud not. verbum in materia teſtium.

Teſtes ſi ſint examinati ſuper aliqua percuſſione vel vulnere facta inter duos rixantes, & dicunt ꝙ non viderunt qñ fuit facta percuſsio ſeu vulnus ſed viderunt eos inuicem rixantes, & ꝙ ſtatim dimiſſa rixa dicunt ꝙ viderunt illum eſſe percuſſum vel vulneratum certe ex hoc reſultat indicium indubitatū ꝙ iſte vulnerauerit vel percuſſerit illū, ex quo deueniri poterit ad condemnationem.in ſing.288.inci.Dixi tibi.

Teſtes de nouo reperti admittuntur extra tēpus probatorium & poſt concluſionem in cauſa.in ſing.297.incip.Teſtes.

Si iudex dedit licentiam Titio producẽdi teſtes poſt concluſum in cauſa cum conditione iurauerit eos ſibi nouiter notos,et poſtea probetur eos antea fuiſſe ſibi notos, examinatio in totum corruit, quia ſub illa conditione ſi iurauerit eos ſibi nouiter notos ſubintelligitur alia conditio tacite,videlicet,& ita ſit.in ſing.297.inci.Teſtes de nouo.

Magis creditur dicto teſtis cum iuramento q̄ ſine iuramento, quod fallit niſi pro dicto ſine iuramento ſint præſumptiones,& pro dicto cum iuramẽto non ſint præſumptiones. in ſing.268.inci.Remotum.

Licet teſtis poſsit corrigere dictum ſuum ante aperturam proceſſus & antequã loquatur cum parte,hoc tamen fallit niſi ſua teſtificatio fuerit per partem acceptata.in ſing.315. incip.Acceptatio.

Teſtis non rite examinatus licet ſit omni exceptione maior in cauſis ciuilibus non facit ſemiplenam probationem , & in criminalibus non facit indicium.in ſingul.342.incip. Quando teſtis.

Teſtis omni exceptione maior non facit indicium ad torturam ſi eſt ſolus, & ſecum non concurrant alia indicia.in ſingu.342.incip. Quando.

Magis creditur paucis teſtibus veriſimiliora deponentibus, q̄ multis deponentibus non veriſimilia.in ſing.343.inci.Veriſimilitudo.

Teſtis dictum factum parte non citata,ſi nõ eſt veriſimile debet apud bonos & graues viros concludere.in ſing.eo.

Teſtis non idoneus ſi deponit veriſimilia, vel habet præſumptionem pro ſe efficitur idoneus.in ſingu.343.inci.Veriſimilitudo.& in ſing.451.inci.Decreui.

¶Teſtis de auditu.Auditus licet non probet, tamẽ facit qualemqualem præſumptionem ſeu coniecturam.in ſing.371.inci.Teſtis.

Si teſtis laborat aliquo defectu ex toto nõ repellitur, ſecus ſi contra eum plura laborãt, quia tunc in totum repellitur.in ſingul.385. incip.Dicit quoddam.

Teſtes ſeptem ſi deponunt pro teſtamento & ſint conteſtes & interrogati , an alij fuerint præſentes vnuſquiſq; ipſorum dicit ſe non recordari , nõ plene probant teſtamentū. in ſing.401.inci.Neſcio aliquem contractum.

Teſtis examinatus dicit aliquid factum fuiſſe præſente tali iſte,autem examinatus an fuerit præſens illi actui,dicit quod non, attamẽ per talem contradictionem non annullatur dictum vnius teſtis.in ſingul.408.incipiente.Attende.

Dicta teſtium ſunt adiuuanda , & non impugnanda nec cauillanda.in ſingu.418.incip. Dicta teſtium.

Teſtis qui audiuit,ſi dicit ꝙ vidit, ſaluabitur eius dictum.in ſing.418.inci.Dicta teſtium.

Si producitur in teſtem laicus cui fuit aliquid dictum in ſecreto & in confeſsione & cum iuramento tenetur illud reuelare non obſtante iuramento. in ſingula.414.incip.Accipe quæſo.

Plures ſunt caſus in quibus valet dictū vnius teſtis & facit plenam probationem. in ſing. 433.incip.Tria.

In cauſis ſummarijs & breuioribus & in iudicijs poſſeſſorijs per vnum teſtem vel per famam fit plena probatio. in ſingul.433.incipien.Tria.

Teſtis non iuratus nõ probat,nec papa poteſt diſpenſare ꝙ teſtis non iuret.quod tñ limita vt in ſing.434.incip.Alias.

Si teſtes omnes concordant in dicto ſuper quo deponunt,licet aliter non appareat ꝙ omnes eodem tempore fuerunt præſentes , tamen in dubio præſumuntur cõteſtes.in ſingu.436.incip.Pluralitas.

Dictum teſtis ſine iuramento non valet , quod limita in teſte cuius fides eſt approbata ab vtraq; parte,nam dictum talis teſtis probat ſine iuramento. in ſing.460.incip.Notiſsimum fore opinor.

In teſtibus quod deficit in fide ſupplet numerus.in ſing.477.incip.In teſtibus &c.quod tamen limita in criminalibus vt ibi.

Si vnus teſtis contradicit alteri neutri credit̃, quod fallit niſi vnus ipſorum ſit melior vel dignior altero intantum ꝙ prouocaret iudicem ad deferendum iuramentum in ſupplementum probationis, quia hoc poterit facere iudex.in ſing.488.inci.Dignitas.

¶Timor.Si apparent acta extrinſeca timoris & violentie, tunc licet timens violentiam inferri faciat actum animo leto & iocundo præſumit̃ tamen per metum facere.in ſing. 325.incip.Dixi tibi &c.ante fin.

Fuga facta per illum qui timebat accuſari vel inquiri de delicto, non facit indicium contra eum ad torturam. in ſingula. 497. incip. Sepiſsime.

Idem operatur timor rei quod operatur ipſa res. in ſingul. eo.

¶ Tortura probatur a communiter accidentibus. in ſing. 1. inci. Argumentum.

Reus poteſt poni ad torturam præcedentibus indicijs contra eum, quod tñ fallit in clerico. in ſing. 55. inci. Aduertas.

Ad torturam peruenrri non poteſt niſi indicia præcedant, quod tamen fallit in uno caſu, de quo in ſing. 117. inci. Ad torturam.

Torture nemo ſe ſubijci debet nec carceribus. in ſing. 164. inci. Nemo debet. in princ.

Si iniuſte tortus occidit iudicem qui eum torſit, non punitur pœna mortis. in ſingul. 455. incip. Difficillimum.

Tranſactio generalis facta ſuper re de qua litigabatur licet extendatur ad cõnexa & acceſſoria, non tamen extenditur ad expẽſas. in ſingul. 251.

Tranſuerſales agnati vltra decimum gradum non admittuntur ad ſucceſsionem, quod tamen fallit in ſucceſsione illuſtrium perſonarum, puta Comitum & Baronum. in ſingul. 422. incip. Agnati.

¶ Tutor. Quando tutores vel curatores faciũt aliquem actum in rebus pupillorum debent eſſe cauti & illa facere cum cõſenſu matris pupillorum & attinentiũ, quoniam licet maleſuccedat ipſe tutor non tenebitur. in ſingu. 417. incip. Præſentia.

Terra. ſi terra arida efficiatur lacus uel ſtagnũ ex aliqua cauſa tunc præſcriptio incepta dicitur interrupta quia prima qualitas eſt mutata mutato elemento & ita econtra ſi primo erat aqua & poſtea ſit terra in ſing. 520. incip. qualitas.

¶ Terminus. aſsignatio termini facta per iudicem parti quod agat vel quod doceat de iure ſuo non arctat niſi fuerit bina aſsignatio in ſing. 616. incip. ſolent iudices.

¶ Teſtator. ſi teſtator legat uxori ſue vſumfructum fundi cum hoc quod proprietatẽ alienare nõ poſsit tunc eiuſdem fundi etiã proprietatem cenſetur reliquiſſe eidem vxori in ſingul. 561. incip. captas &c.

Quod teſtator non loquitur velle non præſumitur & non ſufficit teſtatorem velle niſi diſponat in ſing. 577. inci. mulier.

Coniecturata voluntas teſtatoris tacita habetur pro expreſſa & attendenda eſt in ſingu. 577. incip. mulier.

¶ Teſtamentum. ſi aliquis facit teſtamentũ & inſtituit ſuum hæredem puta titium & aliquis alius puta gayus blandis verbis induceret dictum teſtatorem ad reuocandũ illud teſtamentum & ad eum inſtituendum hæredem tunc primus inſtitutus reuocabit a ſecundo hæreditatem per actionem de dolo vel in factum in ſingul. 526. inci. licitum eſt.

Vltimum teſtamentum tollit primum nõ obſtante quod in primo fuerit facta inſtitutio vel legatum ad pias cauſas in ſing. 566. incipi. regula eſt trita.

Teſtamentum ad pias cauſas non requirit ſolennitates ſtatutorũ in ſingulari 569. incipien. pia cauſa.

Teſtamẽtum patris inter filios licet ſit imperfectum tamen valet ſed teſtamẽtum filij inter patrem vel alios aſcendentes imperfectum non valet in ſing. 579. incipien. correlatiuorum &c.

¶ Teſtis in teſtibus plurimum conſiderantur qualitates perſonarum & ideo illi qui aſcẽdunt cacumina edificiorũ pro illis reficiendis ſi examinantur in teſtes eis diminuit' de fide in ſing. 506. inci. in teſtibus.

Teſtimonium fratris contra fiſcum valet ad purgandum eum a delicto in ſing. 508. inci. tractant doc.

Renuntiatio teſtium examinandorum nõ extenditur ad teſtes quos tempore renũtiationis renuntians ignorabat poſſe producere in ſing. 512. incip. adduxi.

Duo teſtes non probant metum qñ contractus eſt factus in præſentia coniunctorum. in ſingu. 528. incip. dixi tibi.

Plus creditur duobus teſtibus affirmantibus quam decẽ negantibus quod tñ fallit in criminalibus quia plus creditur duobus negãtibus me deliquiſſe quam totidem affirmantibus in ſing. 541. inci. abſolutio.

Licet teſtis inhabilis ſubſtineat per teſtem habilem quando ambo ſunt examinati ſuper eiſdem capitulis iſtud eſt verum quando ille teſtis inhabilis nõ eſt in totum inhabilis ſed ſecus ſi ſit in totum inhabilis quia tunc non ſubſtentatur per habilem in ſing. 554. incipien. memini.

Teſtis de audita licet non probus tamen facit indicium & præſumptionem quæ transfert onus probandi in aduerſarium in ſing. 557. incip. tu ſcis quod teſtes.

Teſtis ſi primo dixit quod tali actui fuit præſens titius & gayus poſtea in fine ſui dicti dicit quod nemo aderat illi contractui non cadit in pœnã falſi quia debet intelligi quod nemo aderat exceptis illis quos primo dixit ad fuiſſe i ſing. 571. inci. adiuuaui ſemel.

Si vnus teſtis deponit de veritate & de fama alius deponit de fama tm̄ tales teſtes cōiunguntur vt plene probent quaſi ſint duo teſtes de fama in ſing.585.inci.probationes.

Teſtis non iuratus non probat quod tñ fallit in perſonis in dignitate conſtitutis.in ſingu. 606.incip.in pluribus.

Teſtis dicens falſum non poteſt puniri de falſo ſi illud quod depoſuit audiuit ab homine bone conditio.& fame in ſing.608.inci. cumulaui alias.

Fœmina nō poteſt eſſe teſtis in cauſa feudi in ſing.611.incip.adduxi tibi.

Maſculus præfertur fœminæ inferendo teſtimonio in ſing.611.inci.adduxi tibi.

Variatio teſtium ſuper acceſſorijs & non ſuper principali non vitiat dictum teſtis quod fallit in teſtibus ſuſpectis in ſingul.618.incipien.variatio.

Variatio teſtis ſuper acceſſorijs & non ſuper principali facit ut minus credat talibus teſtibus in ſing.618.incip. variatio.

In teſtibus magne importantie eſt redditio rationis in ſingulari 621.incipien.magne importantie.

Redditio rationis facta per teſtem reſtringit declarat & ampliat dictum ipſius teſtis in ſing.621.incip.magne.

Teſtis deponens de valore rei non probat niſi reddat rationem dicti ſui in ſing.621.incipi. magne importantie.

Teſtis non reddens rationem dicti ſui nō debilitat dictum teſtis reddentis rationem dicti ſui adeo quod non poſsit deferri iuramentum in ſupplementum probatio.ei qui produxit teſtem reddentem rationem dicti ſui in ſing. 621.incip.magne.

In cauſis criminalibus nō creditur teſtibus niſi reddant rationem dicti ſui etiam non interrogati in ſingulari 621.incipien.magne importantie &c.quod amplia vt ibi & limita vt in ſing.658.incip.teſtis.

Inſtrumentarij teſtes vel non inſtrumentarij non præiudicant inſtrumento niſi reddant rationem dicti ſui etiam non interrogati in ſing.621.incip.magne.

Teſtes vlterius produci non poſſunt publicatis atteſtationibus quod habet locum nō ſolum ſi ſint examinati teſtes ſed etiam ſi non ſunt examinati dummodo iurauerint dicere veritatem in ſingula.623.incipien.ex diſpoſitione.

In dicto teſtis ſemper præſumitur ratio viſus ſi teſtis non eſt interrogatus in cauſa ſcientie quia ſemper tacite ſubintelligitur efficax cauſa ſcientie in teſte vt eius dictū magis valeat quam pereat in ſingu.644.incip. tradidi tibi ſupra &c.

In cauſis criminalibus teſtes debent reddere rationem etiam non interrogati alias non probant quod eſt verum qñ deponunt contra reum ad offenſam ſecus ſi deponūt pro reo ad defenſam ſuam quia tunc probant licet non reddant aliquam rationem dicti ſui in ſing.658.inci.teſtis in cauſis.

Creditor poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui debitoris nec dr̄ ſuſpectus in ſing.662.inci.accipe.

V

Varietas eſt maxime importantie in teſte.de quo in ſingul.103. incipien. Varietas.

¶ Vaſallus perdit feudum ex pluribus cauſis.de quibus in ſingu.122.incipien. Vaſallus.

Vaſallus propter delictum domini non priuatur feudo,imo vaſalli propter delictum domini efficiuntur frāchi.in ſingulari 122.incipien. Vaſallus.

Vaſallus qui non petijt inueſtituram debito tempore non tñ eſt priuandus feudo ſine citatione.in ſing.195.inci.Nemo.

Vaſallus non poteſt occidere dñm impune,ēt ſi ſit bannitus dominus,& ſtatutum permittat bannitū occidi a quocunq;.in ſingu.210. incip.Iura ſanguinis.in ſi.

¶ Vehemens opinio conſona veritati idē operatur quod certitudo.in ſingula.205.incipi. Vehemens.

Vehemens adminiculum ſupplet ſemiplenam probationem.in ſing.205.inci.Præterito.

Vehemens infamia etiam ſine alio indicio ſufficit ad torturam.in ſing.eo.

¶ Venditio.Aliud eſt vendere & aliud facere pactum de vendendo.in ſing.469.inci. Dixi profecto.

¶ Venditor rei licet promittat in venditione pro dicto & facto ſuo tantum,attamen tenetur etiam de facto illius cuius eſt hæres. in ſing.475.inci.Non eſt tibi nouum.

¶ Verba.Cui non conueniunt verba legis nō conueniunt eius diſpoſitio.in ſing.339.inci. Cui non conueniunt.

Verba enunciatiua emiſſa propter aliud non probant nec diſponunt.in ſingul.442.incipien.Vulgata iuris regula &c.quod fallit in dote.vt ibi.

¶ Veriſimile. Remotum a veriſimili dicitur quædam falſitatis imago, & veriſimilitudo eſt magne importantie.in ſingula.298.incipien.Remotum.

Vnum veriſimile additum pluribus veriſimilibus facit plenam probationem.in ſingula.

ti 396.incip.Veriſimilitudo.

Magis creditur paucis teſtibus ueriſimilia deponentibus q̃ multis deponentibus non veriſimilia.in ſing.343.inci. Veriſimilitudo.

Veriſimilitudo eſt magne importantie, vt in ſing.343.incip.Veriſimilitudo.

¶Veritas vbi haberi nō poteſt ſtatur præſumptioni.in ſing.451.incip.Decreuit.

¶Via publica.Appellatione vie publice non venit flumen publicum.in ſing.68.inci.Statuto cauetur. ſecus autem eſt in pōte ipſius fluminis vt ibi.

Viam quā quis eligit ſibi patere debet. quod amplia vt in ſing.213.inci.Viam.

¶Vice gerens papæ non pōt diſpenſare contra ius poſitiuum ſine cauſa licet papa hoc poſſet facere.in ſing.230.inci.Antiqua.

¶Victus victori debet condemnari in expenſis.quod amplia vt in ſingula.207.incipien. Victus.

¶Victualia. Incantans victualia & offerens plus debito vt alij plus emans punitur crimine ſtellionatus. in ſingula.441.incipien. Licet de iure &c.

¶Vidua committens ſtuprum ita perdit dotē & actionē ad repetendam dotem ſicut vxor committens adulterium viuente marito. in ſing.416.incip.Plures profecto.

Vidua habens tutelam filiorum ſi committit ſtuprum ita perdit tutelam filiorum perinde ac ſi tranſiret ad ſecundas nuptias.in ſingu.416.incip.Plures profecto.

¶Vindicta.An ille cui permittitur facere vindictam poſsit illam alteri demandare. in ſingu.175.incip.Conceſsio.poſt med.

Habens poteſtatem a lege faciendi vindictam in aliquo caſu,non poteſt illam mandare alteri,quod tñ fallit in filijs quibus pater poteſt mandare talem vindictam.in ſing.448. incip.Habens.

¶Violētus inuaſor punitur pœnis de quibus in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.quod limita vt in ſing.167.inci.Violentus.

¶Votum.Si alicui ſint aſsignata cōfinia & ipſe promittit non exire de cōfinibus ſub pœna,ſi tamen exit de confinibus vt vadat ad complendum votum non cadit in pœnam. in ſing.149.incip. Vouentes.

¶Vox viua,eſt dignior voce mortua, & illi præfertur.in ſing.459.inci.Vox viua.

Vſurarius eſt infamis. in ſingulari 273.incipi. Notiſsimum.

Vſurario inſtituto dicitur inſtituta turpis perſona.in ſing.273.inci.Notiſsimum.

¶Vulneratus. Si vulneratus moriens dicat ſe mori ex defectu medici talis eius confeſsio non prodeſt vulneranti.in ſingulari 22.incip.Confeſsio.

¶Vendere, ſi princeps habet rem communē etiam diuiſibilem cum alio poteſt vendere ad libitum partem ſocij cum parte ſua,tenetur tñ dare pretium partis ſue illi cuius erat pars rei in ſing.655.inci.dicit quoddam.

Venditor an & quando teneatur de euictione in ſing.656.incip.venditor.

Si venditor vendidit pluſquam fuerat ſibi dictum a domino rei illud plus ad quem ſpectat an ad venditorem an ad dominum rei quando per dominum fuit promiſſum venditori quod illud plus eſſet ſuum in ſingula. 664.incip.audias quæſo.

¶Verba,verba in dubio ſunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam in ſingul.510. incipien. verba.

Verba illa appoſita in literis papæ videlicet nulli igitur hominum liceat contra has literas auſu temerario contraire alioquin indignationem apoſtolorum Petri & Pauli nouerit ſe incurſurum &c. important pœnam arbitrariam in ſing.559.in cip.ſæpe.

Cui non conueniunt verba legis nō conuenit eius diſpoſitio in ſing.582.incip.accipe nota.verbum.

Verbum nullatenus appoſitum in lege ſtatuto vel diſpoſitione importat clauſulam decreti annullatiuam & tollit facultatē diſpēſandi in ſing.675.inci.anno præterito.

Verbum integre intelligitur ſine aliqua diminutione in ſingulari 687.incipien. verbum integre.

¶Veriſimile ſicut non veriſimilia non attenduntur ita veriſimilia ſunt magne importãtie in ſing.594.incip.ſicut &c.

Confeſsio extraiudicialis veriſimilis non ſolum facit indicium ad torturā ſed etiam facit plenam probationem in ciuilibus & in criminalibus in ſingul.594.incip. ſicut non veriſimilia.

Vice gerens quamuis vice gerens poſsit facere ea quæ facere poterat principalis eū conſtituens tamen nō poteſt imponere pœnam mortis nec mutilationem in ſing.649. inci. ſepe contingit &c.quod limita vt ibi.

¶Violator, violator priuilegiorum eccleſiæ poteſt impune occidi vigore ſtatuti permittentis bannitum poſſe impune occidi perinde ac ſi eſſet bannitus in ſingu.650.incip. bannitus.

Violator priuilegiorum eccleſiæ habetur pro bannito in ſing.650.incip.bannitus.

¶Vis.vim vi repellere licet cū moderamine inculpate tutele in ſing.692.inci.vim vi.

¶ Vltima, vltima derogant prioribus adeo quod ſi aliquis fecit teſtamentum coram ſeptem teſtibus & in eo fecit aliquod legatū pium poſtea ingreſſus religionē fecit aliud teſtamentum coram duobus teſtibus valet vltimum non obſt. quod in primo fuerit factum aliquod legatum pium in ſingul. 566. incip. regula eſt.

¶ Vniuerſitas, vniuerſitas caſtrorum & villarum habent reſtitutionem in integrum ſicut minores & res publica in ſing. 699. incipien. priuilegia.

¶ Vſusfructus ſi vxor ſit relicta a marito vſufructuaria bonorū ſuorum non perdit vſum fructum ſi tranſit ad ſecunda vota in ſingul. 577. incip. mulier.

Vſufructuarius non priuatur vſufructu quem habebat ad vitam per ingreſſum religionis in ſing. 668. incip. ingreſſus quod tamen limita in vſufructu quē pater habebat in bonis filij reſpectu patrie poteſtatis vt ibi.

¶ Vſura. vſurarius petens vſuras ſibi debitas nō auditur niſi ipſe reſtituat vſuras ab alio extortas in ſingulari .609. incipien. aduertas ad vnum.

¶ Vtilitas publica, vtilitas publica eſt magne importantie & magne potentie in ſing. 531. incip. vtilitas publica.

¶ Vxor. vxor poteſt conſtituere procuratorem pro marito capto & carcerato ad agendum & defendendum pro eo in ſingu. 636 incip. clarum eſt &c.

FINIS.

EXCELLENTISSIMI V. IVR.

INTERPRETIS D. HIPPOLYTI DE MAR-
ſilijs Bononienſis omnia Singularia noua & vetera, cum Additionibus eiuſdem
ad Singularia vetera alias impreſſa, ſuo loco vbiq; poſitis, & hæc vltra
Singularia Ludo. Roma. Matth. de Matheſi. Franc. de Crema,
do. Ant. Corſe. & vltra cautelas d. Bartho. Cæp. & finali-
ter vltra Singularia & notabilia omnium antiquo-
rum & modernorum, fœliciter incipiunt.
Ad laudem & gloriam clementiſ-
ſimi Dei, ac beatiſsimæ
Virginis Mariæ.



D. HIPPOL. DE MARSI

1 ARGVMENTVM a communiter acciden-
tibus validum eſt in iu-
re. l. certi condictio. §. ſi
nummos. ff. ſi cer. pet. l.
certi iuris. C. de iud. l. iu
riſgētium. §. pactorum.
ff. de pac. l. palā. §. ſi qua
cauponam. ff. de ritu nu
ptia. notab. eſt tex. in l.
in fideicommiſsi. poſt princ. ff. de vſur. & in
l. ſi pactum. in fi. ibi, plerunq;. ff. de proba. c.
prudentiam. verſi. vt ſolet. extra de offi. de-
le. gl. in l. neq; natales. C. de probat. gl. & ibi
Bal. in l. cum dotem. C. de iure dot. Bal. in l.
conuenticulam. C. de epiſ. & cle. & in auth.
habita. C. ne filius pro patre. cum ſimi. & te
reas mēti ꝙ hæc regula eſt adeo vera ꝙ nō
ſolum habet locum in ciuilibus cauſis, ſed
* etiam in criminalibus, (Vide Bal. conſi. xx.
in verſi. inci. Duo fratres vnus maior. & So
ci. conſ. xlvj. inci. In præſenti cōſultatione.)
Et ideo dixit ſingulariter Pe. de Ancha.
in eleganti conſi. ſuo xxiij. inci. Viſa inquiſi
tione formata contra Phil. in ij. col. ver. præ
terea. aduertendum ſe habuiſſe de facto ꝙ
quidam erat confeſſus maleficium per tor-
menta, & tamen poteſtas & eius curia dice-
bant ꝙ confeſſus erat ſpōte ſine tormento,
iſte autem tortus non poterat probare tor-
turam, quia quando fuerat tortus nemo ade
rat niſi famuli poteſtatis. dicit ibi Pe. de An
cha ꝙ Bald. conſuluit in contingentia facti
quem ipſe etiam ſequitur ꝙ ille fuerat tór-
tus, & hoc per argu. a cōiter accidentibus,
nam iſti poteſtatis terrarum cōiter ponunt
homines ad torturam nocturno tēpore ne-
* mine ibi exiſtente quod eſt valde no. (& fa
ciunt etiam not. verba Bald. in l. obſeruare.
in. § proficiſci. in xiij. q. v. de offic. procon.
ibi videas. & idem dixit Alexan. in conſil.
clxxxix. inci. In cauſa et lite. in iij. col. in vj.
vol.) Et illud conſilium Bald. in ordine eſt.
ccccccclxix. & inci. Pręmittendum eſt ꝙ in-
terdum tortura &c. in vj. volu. & idem con
ſuluit ipſe Bal. & melius & clarius in conſi.
ſuo clxxj. in eo. volumi. incip. Tres ſunt ca-
ſus &c. Et illud conſilium Pe. de Ancha. re-
fert & ſequitur d. Alex. in conſ. ſuo cclxxv.
ſecūdum ord. meum inci. Viſo themate. cir-
ca fi. Et d. Par. de Puteo in trac. ſuo ſynd. in
xcvj. char. in iij. col. verſic. quidam fuit tor-
tus. Et pro hoc dicto faciunt optime dicta p
Bal. in l. j. C. ne ex delic. defunc. vbi dixit ꝙ
aſſeſſores videntur homicide, quia in came
ra torquent & poſtea ad banchum faciunt
* ſcribi ꝙ ſponte confèſſus eſt. (pro quo facit
not. verbum Bald. in l. ij. C. de cuſto. reor. in
verſi. & ideo aſſeſſores. vbi dicit ꝙ qñ ſcri-
ptura dicit ꝙ reus eſt ſponte confeſſus ꝙ ta
lis ſcriptura vt plurimū eſt falſa.) Et faciūt
dicta per Barba. in conſi. ſuo lxx. inci. Viſo
puncto iij. col. in iiij. vol. et faciunt dicta per

Bal.in addi.Spe.in ti.de appel.in iiij.col.in
prin.& per Salyc.in l.in illa ſtipulatione.in
fi.ff.de verb.obli.Facit etiam, nam ad pro-
bandum torturam,& ſic confeſsionem coa-
ctam & non ſpontaneam, cum iſtud ſit diffi
cile valde,vt dixi, admittitur probatio per
coniecturas,ſecundum d.Ant.in c.veniens.
el j.extra de teſti.in vlt.col.& Io.de Imo.in
*c.veniens.de verb.ſig.(& Bal.in auth.quas
actiones.in vlt.col.C.de ſacroſan.eccleſi.&
Alex.in conſi.lxxvij.incip.In cauſa.in fi.in
vij.vol.)de quo latiſsime dixi in repe.mea.
l.fi.C.de proba.in lxvj.char.circa med.vbi
videas.quæ omnia tene mẽti,quia ſunt quo
tidiana, & ego alias pluries habui in facto
dum eſſem ſyndicator officialiũ ducis Me-
diolani &c. Et teneas etiam menti ꝙ adeo
eſt vera iſta regula,videlicet & argumentũ
a cõiter accidentibus validum eſt in iure,ꝙ
locus a cõiter accidentibus facit indicium
indubitatum.ita ſing.dixit Bal. in addi.Spe
cu.in ti.de ſenten.in antepe.col.in verſi.ad
mortem.quod eſt ſingul.not.ad multa.

2 Si plures fideiuſſores intercedunt pro ali
quo oẽs pariter ſunt obligati niſi renuncia-
uerit beneficio epiſtolæ diui Hadriani, vel
bñficio noue conſtitutionis de duobus reis,
vt habetur in l.iij.C.de fideiuſſ.in auth.hoc
habita.C.de duo.reis.& per Spe.in ti.de re
nun.fi.concluſione.circa med. Scias tñ ꝙ ſi
plures rei debendi conſtituerentur, attamẽ
ſi in rei veritate ad vnum tm̃ peruenit pecu
nia, alij habentur in loco fideiuſſorum, &
gaudent beneficio fideiuſſorum,ita ſingula-
riter dixit Guil.de Cu.in l.ſed iulianus.§.
idem ait ſi duos.per illum text.ff.ad Mace.
ad quod alle.etiam gl.in auth.de fideiuſſ.§.
j.quod dictum refert pro valde nota.refert
& ſequitur Lud.Ro.in cõſi.ſuo cxiiij.inci.
Viſis ſupra conſultis &c.in princi.quod eſt
no.& idem firmat Ioan. de Ana.in cõſi.ſuo
ix.incip.In quæſtione iſta,vbi no.loquitur,
& alia in hac materia ibi dicit quæ videas
omnino,& idem tenet Alex.in l.marcellus.
ff.de fideiuſſ.& d.Franciſ.Aret.in conſi.ſuo
xxxiij.incip.Conſultatio præmiſſa.in j.col.
quod dictum tñ limita & reſtringe vt per
eundem do.Fran.Are. in prædicto conſilio
ſuo xxxiij.in v.col.in verſi. prima eſt ꝙ li-
*cet &c. (Et vide quæ dixi in repe.mea ru-
bri.ff.de fideiuſſ.in xij.col.poſt med.)

3 Ad hoc vt ad carcerationem debitoris
peruenire poſsit eſt non ſolum neceſſaria
excuſsio ipſius debitoris,ſed etiam fideiuſ-
ſoris eius,cum ei fideiuſſoris facultates quo
ad effectum ſolutionis eius debiti pro quo
fideiuſsit facultates ipſius debitoris aggre-
gate cẽſeatur.iſte eſt tex.valde no.in l.ſi plu
res, in.§.præterea.el ij.ff.de fideiuſſ.quem
tex.ad hoc propoſitum allegauit Lud.Ro.
in conſi.ſuo cccxx.inci.Hæc iſtorum quin-
que &c.in prin.

4 Quanuis aliquo caſu ſentẽtia contra vnũ
lata præiudicet alteri,tamen tene mẽti per-
petuo ꝙ talis ſententia nunꝗ̃ præiudicabit
alteri ſi lata fuerit in cõtumaciam partis ſe
non defendentis, quia tunc prę́ſumptio iu-
ris eſt ꝙ talis ſententia ſit lata propter con-
tumaciam,non aũt propter ius.iſte eſt text.
in l.præſes.C.de pig.& in l.ſi ideo.ff.de eui.
& in l.papinianus.§.meminiſſe.& in l.repu
diantis.§.fin.)de inof.teſt.& in c.fi.de emp.
& vendi.quæ iura ad hoc alleg.Lud.Ro.in
conſi.ſuo cccxxix.incip. Præſens conſulta-
tio.in pe.col.& alle.etiam Bart.in l.ſæpe.ff.
de re iud.& Bal.in l.res inter alios.C.quib.
res iudi.non nocet.& d.Anto.in c.quanuis.
de re iudi.pro quibus optime faciunt dicta
per d.Fely.in c.fraternitatis. in ij.col.verſi.
Tertio fallit. de here.)vbi videas. Et per
eundem in c.in literis.in x.col.verſicu. Pro
quo optime facit de conſti.& per Bal.in l.j.
circa fi.C.de calum.quem vide.& per Soci.
in conſi.ſuo xviij.incip. Proſequendo &c.
*in vj.col.(Vide omnino Bal.in l.fi.in verſi.
quæro hic ſi tabellio.C.de fide inſtr.& om
nino Bal.ſuper ſtatutis.in verbo, bannitus.
in viij.col.in vlt.verſi.vide Cor.in conſilio
xlij.inci.Videtur.in j.vol.in vlt.col.& quæ
dixi in conſi.meo inci. Scientiarum omniũ
elargitor &c.in iij.& iiij.char.& d.Alex.in
repe.l.ſæpe.in xix.col.ff.de re iudi.vbi no.
loquitur in materia.) Quæ omnia tamen li-
mita & reſtringe,vt per Pau.de Caſt.in con
ſi.ſuo cccxxv.incip.Dicta ſubſtantia. circa
fi.& per Nellum in trac.banni.in j.par.pri-
mi tempo.in viij.q.circa med.& in eo.trac.
in iiij.parte primi tempor.in ij.q.& in eod.
trac.in j.parte ſecundi tempo.in iiij.q.circa
med.& in eo.trac.in eadem j.parte ſecundi
tempo.q.xxxiiij.& ibidem omnino in qõ.
xlix.inci.Quæro an tales. per totam illã.q.
& per d.Fely.in c.cauſam quæ. in ij.col.de
teſti.Et per gl.in l.ij.in ver.abſens.C.de cõ-
trario iud.tut.& Ioan.de Ana.in d.c.frater-
nitatis.Et hic adde in materia iſta plura ſin
gularia dicta cumulata per d.Fely.in c.cum
Bertholdus. in ix.col.de re iudi.vbi omni-
no videas, quia prædicta limitat pluribus
modis vt ibi per eum, & vide Math.nota.
xxv.inci.Nota regulam &c.Eiuſdem.

5 Regula eſt ꝙ familiares repelluntur a te-

ſtimonio l.ij.C.de teſti.l.eos eod.titu.l.ido-
nei.& l.teſtes.ff.eo.tit. & in c. ſi teſtes.§.itē
eos.iiij.q.iij.cum ſimi.Limita tamen hāc re
gulā duobus modis.Primo,non habere lo-
cum in famulo non habente ſalarium,quia
talis famulus admittitur ad teſtificandum
pro domino,ita ſingulariter dixit Specu.in
titu.de teſte.§.j.verſi.Sed de quo mercena-
rio &c.quod dictum refert & ſequitur Lu-
do.ro.in conſi.ſuo ccccxx.incip.Præpoſita
quęſtio &c.Et non ſunt adhuc duo mēſes,
quibus ego habui in facto, hoc eſt oſtendi
Spec.& Ludo.Ro.in dictis locis, quia pars
aduerſa hoc negabat. Pro quibus faciūt op
time dicta per d.Felyn. in c.cum a nobis. in
vlti.col.circa fi.extra de teſtib.Eiuſdē. Se-
cundo limitata prædictā regulam non habe
re locum in familiaribus honeſte vitæ,quia
tales admittuntur ad teſtificandum non ob-
ſtante familiaritate.Ita dicit tex. glo.& In-
no.in c.literis.extra de teſtib.& Bald. in d.
l.ij.C.de teſti.& Lud.Ro.in d. ſuo ccccxx.
inci.Præpoſita quæſtio.in ij.colum. Ad pri
mum tamen dictum vide d.Fely.in c. in li-
teris in ij.colum.ver.Ex quo datur intelli-
gi &c.extra de teſti.Eiuſdem.

6 In principe ſemper præſumitur iuſtitia
ſeu iuſta cauſa, adeo quod non admittitur
probatio in contrarium,vt ſingulariter di-
xit Cyn.in l.reſcripta.C.de precib.impera.
offer.& in l.fi.C. ſi contra ius vel vti. pub.
& do.Anto.in c.quæ in eccleſiarum.de con
* ſti.Et ibi do.Fely.in xxj.colū. (Idem dixit
d.Floria.in l.ſi irruptione.in.§. ad officium
in ij.colum.ff.finium reg.vide latiſsime per
do.Fran.cur.in conſi.ſuo l.incip.Memoriæ,
nu.cxxx.per vnam colum.) Et Ludo. Ro.
in conſi.ſuo ccccxxxvj. quod indultum.in
iiij.colum.quod tamen intellige eſſe verum
vbi ipſe princeps ſtatuit generaliter vel vbi
aliquid facit ſpecialiter motu proprio. Sed
vbi aliquid reſcriberet ad alterius poſtula
tionem,tunc illa præſumptio ceſſat,quia ta
li caſu magis præſumitur ad importunitatē
poſtulantis ſcripſiſſe quam ex ſua volunta
te. Ita ſingulariter dixit Ludo.Roma.in d.
cōſi.ſuo ccccxxxvi. incipien.Quod indul-
tū &c. in iiij.colum. allegat quæ habentur
in l.j.C.de pet.bo.ſubla.lib.x. quod eſt no.
ꝙ etiam firmat d.Fely.in d.c.quæ in eccle-
ſiarum in xxij.col.ver. Limita quinto &c.
* (Et vide omnino Iaſ.in l.ſi teſtamentum in
j.colum.C.de teſta.& omnino Soci. in con-
ſil.lxij.inci. Vtiſis.in penul.colum.in iiij. vo
lu.& idem dixit Ludo.Ro.in repe.l.ſi uero
in.§. de uiro,in xxiiij. fallen. circa med.ff.
ſolu.matri.& Soci.in conſi.cxx.incip. Me-
mini &c.in viij.col.in iij.volu.)

7 Communiter per Italiam viget ſtatutum
quod contra inſtrumentum guarentigiatū
nulla poſſit opponi exceptio &c. Sed tu
ſcias ꝙ non obſtante tali ſtatuto fideiuſſor
ſeu correus ex eo inſtrumēto conuentus po
terit opponere exceptionem cedendarum
actionum,quia nunquam intelligitur ſemo-
ta exceptio quæ deſcendit ex eo fonte, ex
quo petitio & ipſi petitioni ineſt. Ita ſingu.
dixit Bald.in l.prædijs.C.de eui.& in auth.
præſente.C.de fideiuſ.quam doc.pro no.re
fert & ſequitur Ludo.Roma. in conſi. ſuo.
xlij.incip. Viſis &c.in ij.colum. & in conſi.
ccccclxxij.inci.In eo quod queritur. & Bar-
ba.in cap.j.in xliij.colum.de offic. ordi. de
quo latius ſcripſi in l.ij.C.de exe. rei iudi.

8 Præſumendum eſt regulariter pro facto
papæ,vt habetur in c.propoſuit.de conceſ.
præb.per do.Anto.in c. quæ in eccleſiarū.
de conſti.per doc.in l.reſcripta.C. de preci.
impe.offe.Nā ipſe ſemper præſumitur mo-
ueri ex iuſta cauſa,vt in dictis locis,hoc ta-
men limita non procedere nec eſſe verum
vbi papa facit aliquid contra conſtitutionē
reſpicientem generalem ſtatutum eccleſiæ,
nam tunc non eſt ſubſtituēdus niſi faciat cū
cauſa magna alijs no.& eſt neceſſe illā pro-
bari & ex primi,quia alias nō præſumitur.
Iſtud fuit ſingulare dictum Inno.in c.quan-
to extra de conſue.quod dictum pro ſingu.
alleg.& ſequitur Ludo.Roma. conſi.cccc-
lxxxiij.incip. Dubitatur in penul. colū.vbi
pro hoc alleg.gl.in c.literas.de reſti. ſpo. &
in d.c.propoſuit.de conceſ. præben. idē ēt
dixit ipſe Ludo.Ro.in conſi.ſuo ccccxcix.
incip.In præmiſſa.in ſi.penul.colum.vbi al-
leg.Innoc.ſed corrupte.nam hoc dicit in d.
cap.quanto de conſue.& ibi vide Barba. in
xiiij.col.Et vide ēt d.Fely.in c.nulli.de ſen
ten.excom.per totum c.

9 Nemo cogitur ſtare in communione l.ſi.
C.communi diui.l.ſi non ſorte m.§.ſi centū.
ff.de cōdi.indebi.l.in hoc iudicium.§.ſi cō-
ueniant.ff.communi diui. cum ſi. Quinimo
non valet etiam diſpoſitio teſtatoris in qua
mandat hæredibus ſuis quod ſemper ſtēt in
communione & in ſocietate d.§. ſi conue-
niat.& ita dixit Pau.de Caſt. in d.§. ſi cen-
tum & do.Alex.in conſi.cccxxxiiij. ſecun-
dum ordi.meum.incip. Circa primum &c.
in iij.colum.nec etiam cogitur quis ſtare in
communione etiam ſi iuraſſet ſtare, ſecūdū
Old.conſi.ccxlj.incip. Factum tale eſt, pa-
terfamilias. Scias tamen vnum ꝙ licet in

diuiſione bonorũ ſufficiat vnũ ex ſocijs prouocare vt habetur in dictis iuribus, & in lo to ti. ff. communi diui. Attamen in diuiſione bonorũ feudalium ſecus eſt, quia non ſufficit prouocatio iuris vaſalli, ſed debent oẽs conuaſalli conuenire & concordare, alias non poteſt fieri diuiſio. ita probat tex. vnicus & ſing. in c. imperialẽ. §. præterea ducatus. de, phi. feu. alie. per Fed. in verbo, ſi cõ ſortes voluerunt, ita illum tex. pro ſingu. ad hoc propoſitum alleg. Abb. in conſilio ſuo. lxxxij. incip. Conditor omnium in vj. colũ. verſi. Ego tñ notanter dico vbi etiam addu cit glo. iuncto tex. in cle. ſæpe. de verb. ſign. quod eſt not. Et iſtud dictũ Abb. refert & ſequitur d. Felyn. in c. quæ in eccleſiarum in xxxv. col. de conſti. ver. Secũdo limitatur. Et illũ tex. ad hoc ẽt alle. d. Alex. in cõſ. ſuo vij. incip. In conſultatione præmiſſa in princip. in v. volu.

10 Tu ſcis ꝙ exceptio prouenientes ex defectu iuriſdictionis põt quandocunque opponi, & etiam poſt tres ſententias conformes gloſſ. eſt ſingulariter in clemen. prima de ſequeſt. poſſeſ. & fruc. quam ſequitur ibi Petrus de Ancha. & Ioannes de Imola & alij, & illam dixit ſingularem, & eam ſequitur Petrus de Anchara. in conſilio ſuo cclxxij. incipien. De titulis in vltima colum. circa med. & Petrus de Ancha. in conſilio ſuo ſexageſimoprimo. incipien. Dupli ci reſpectu in fin. & illam ſequitur etiam ipſe Petrus de Anchar. in conſilio clxiiij. incipien. De viribus & efficacia in vltima colum. & in conſilio clxvj. incipien. Viſis diligenter in princi. & Petrus de Ancha. in clemen. prima de re iudica. Et Baldus in l. ſi quis filio. §. quod ſi quis ff. de iniuſt. teſtamen. & Abb. in capitu. epiſcopi in prima colum. extra de rebus eccleſijs non alienan. & Angel. in conſilio ſuo clix. incipien. Dicta interlocutoria in fin. & Angel. in conſilio ccxlviij. incipien. Super primo quæſito & illam gloſ. refert & ſequitur Abb. in conſilio ſuo xcvij. incipien. Attingẽtia iuris ordinem, & Ludo. Roma. in conſilio xlij. incip. Viſis quæ &c. & Barba. in conſil. xx. incipien. Viſo pũcto & his quæ agitata &c. in iij. colum. in iij. volumi. & Pau. de Caſt. in l. fina. C. de arbi. & Abb. in conſi. lxxxij. incip. Conditor omnium in fin. quinta colum. (Et Floria. in l. quædam mulier circa fi. ff. fami. herciſcund. & Corſe. in not. incipien. Statuto cauetur quod quod a ſenten tijs &c. ſub verbo, ſtatutum.) Et Angel. de Aret. in rubr. inſti. de excep. in xv. colum. & in. §. appellantur in ix. colum. eodẽ titu. quem omnino vide Alexand. in l. j. §. & parui in j. colum. circa med. vbi late loquitur ff. quod vi aut clam. pro qua glo. & eius materia vide Ludo. Roma. in d. conſil. xlij. & in conſil. cxv. in fin. Ioan. de Ana. in conſi. l. in penul. colum. Bald. in addi. Spec. in titu. de ſenten. in ij. char. verſicu. ſententia lata a iudice incompetenti &c. Alexan. in conſil. lxxvij. in v. vj. & vij. colum. in ij. volum. Barba. in c. cum in iure. in penul. char. in viij. col. de offic. deleg. d. Franc. de Are. conſilio xlv. incip. Diligenter & mature in vij. column. verſicu. Primo quidem Bald. in l. prima C. ne liceat in vna eademque cau. Angel. in l. j. C. quando prouo. non eſt neceſ. Angel. & Imo. in l. de pupillo. §. qui opus ff. de operis noui nunciatio. Lanfranc. in capitu. quoniam contra. de proba. Bald. ſuper ſtatutis in verſicu. bannitus in xij. colum. in iiij. verſicu. Bald. in l. teſtamenta omnia in principio C. de teſta. Et domi. Fely. in cap. paſtoralis in fin. iij. colũ. & in principio iiij. colum. de excep. vbi alleg. plures alias gloſ. dicentes illud idem ꝙ glo. in dicta clemen. j. de ſequeſt. poſſeſ. & fruc. & alia dicit in hac materia de quibus ibi per eum, quem omnino videas. (Et adde quod dicta exceptio incompetentiæ poteſt opponi non obſtante ſtatuto excludente omnes exceptiones, ſecundum Bald. in l. exceptionem circa fin. verſicu. ſed pone ſtatutũ C. de probationib. & alios quos adducit do. Philip. Decius in conſil. xxxviij. incipien. Circa primum in penul. colum.) Quinimo dicit Innocen. in capitulo ex ratione de appellatio. & Bald. in Marga. ſua, in verſicu. agens, quod etiam poſt exceptionem ſententiæ poteſt hoc ventilari. Et ratio prædictorum poteſt eſſe quia iuriſdictio eſt fundamentum fundamentorum iudicij, ſecundum Bald. in conſilio ſuo xv. incip. Iſta cauſa &c. in principio in primo volumi. & Ludo. Bolo. in ſuo conſilio viij. in ſi. prima colum. Tene tamen ſingulariter mẽti vnum in hac materia ꝙ papa de plenitudine poteſtatis poteſt ratificare ſententiam latam a iuriſdictione carente ſecundum Innocen. in cap. prudentiam de offic. deleg. in gloſ. quæ incip. ſed quid ſi iudex. quam doctrinam pro valde nota. refert & ſequitur Angel. in l. obſeruare in. §. poſt hęc ff. de offic. præſid. vbi ad hoc etiã alleg. glo. no. in capitu. nullus el j. ix. quæſtio. ij. & text. in cap. hoc quippe tertia quæſtio. vj. & etiam eam refert & ſequitur do. Felyn. in capitu.

ea quæ.circa fin. de re iudic. Et vide omnino quæ dixi infra in ſingu. ccj. incip. In confeſſum &c. poſt med. vel circa. Et circa ſupradictam materiam faciunt dicta per domi.Felyn. in c.cum cauſam in xiiij. colum. in verſicu. Fallit ſecundo &c. de teſtib. vbi dixit quod licet alias atteſtationes inualide poſſunt conſenſu partium valıdari, tamen hoc fallit niſi ſint inualide, quia recepte a iuriſdictione carente, ad quod alleg. d. de Rota & aliā de quibus ibi per eum. Quæ omnia tene menti quia materia dicte gloſſa eſt quotidiana, & ego infinitis vicibus eam habui in facto, & forte non facile alibi inuenies ad materiam dicte glo.tot ſimul cumulata.

11 Regula vulgata eſt apud omnes ꝙ ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, de qua in l. ſi quis a ſe fundum C. ad leg. iuliam de vi. & late per Alexand. in l. naturaliter.§. nihil commune ff.de acquirend.poſſeſ.vbi ponit multas fallentias & limitationes ad hanc regulam, de quibus etiam late per Bertha. in reper. ſuo in verſicu. ſpoliatus. Sed tene menti quod inquantum docto. dicunt dictam regulam non habere locum quando apparet ſpoliatum nullum ius habere, de quo in capitulo cum eccleſia. de cauſ. poſſeſ.& proprie in capitu. ſuper eo. eodem titu. & in capitu. decimas de reſtitutio. ſpolia.in vj. & per Bald. in l. penul, in vlti. colum.C.ſi a non compe. iudi. hæc ſua limitatio limitatur & reſtringitur habere locum in ſpiritualibus tantum, ne detur materia peccandi, ſecus in profanis.ita ſingulariter dixit Oldr. in conſilio ſuo j. incip. In cauſa in ij. column. alleg. ad hoc cap. ſignificaſti.de diuor.& not. per Innoc. in c. conſtitutus de filijs præsby.& capitu. literas de reſtitu. ſpolia. & alia de quibus ibi per eum,ad quod vide etiam Angel. in l. paulus.§.primo ff.quib. modis pign. vel hypo. ſolui.

12 Noſti ꝙ nemo poteſt venire contra illud quod ore proprio confeſſus eſt text.eſt in l. generaliter C. de non nume. pecu. & in capitulo pertuas de probationib. Et tene menti quod iſtud habet locum nedū in confeſſione ore proprio facta, ſed etiam habet locum in confeſſione præſumpta puta ex contumacia, vt ſi ſtatutum dicit quod contumax habeatur pro confeſſo. ita ſingu.dixit Oldrad. in conſilio cccxx. incip. Breues allegationes &c.in prima colum.ad quod allegat l. conſiliarios C. de aſſeſſo.& l. locorum C. de omni agro deſer. libr. xj. &.§.ſi vero quidam in authenti. de exhiben.reis &c.

13 Volo tibi dare auream & ſingularem doctrinam, quæ, vt puto, poſſet tibi dare de lacte & lana, ideo animaduertas, Tu ſcis quod communiter per totam Italiam ſunt ſtatuta & priuilegia Iudeorum volentia quod ipſi Iudei poſſint mutuare ſub vſuris pecuniam ſuper re furto ſubtracta, nec teneantur illam reſtituere vero domino niſi ſibi ſoluatur pecunia ſua vna cum vſuris. Sed ſcias tu quod tale ſtatutum ſeu eorum priuilegium limitatur non habere locum in Iudæis mutuantibus pœcuniam ſuper re aliena ſcientibus ipſis Iudæis illam rem eſſe alienam vel furto ſubtractam, quia tunc tenentur illam reſtituere vero domino ſine pecunia per eos exburſata & ſine vſuris iſte eſt caſus valde ſingulariter in lege ſeruus cuiuſdam ff. de conditione indebi. vbi Baldus & doctor.hoc volunt quod etiam melius & apertius firmat Ioannes de Anania in conſilio ſuo ſeptuageſimo incipien. Viſis & ponderatis &c. vbi ſingulariter loquitur,& idem firmat Baldus in conſilio nonageſimoſecundo incip. Tria poſſunt &c. in quarto volumine. Et dominus Felynus in capitulo cauſam quæ. in nona columna poſt medium verſicu. interpretatio priuilegij &c. de reſcriptis. Et illum text. etiam magnificauit Baldus in l. eos C. de furt. dicens eum eſſe nota. contra receptantes res furtiuas ſcienter,& illum textum etiam ſumme nota. ipſe Baldus in rubrica C. de conditione ob turpem cauſam, & Angelus de Aretio in tractatu maleficiorum in verſic. & veſtem celeſtem in quinta charta verſicu. quid ſi quis emit ſcienter. ✳ (Et vide Iaſo. omnino in dicta l. ſuus, vbi nota. loquitur in materia, & vide quæ dixi in practica mea cauſ. criminal. in.§.aggredior.numero xxxj.) Limita & ſecundo dictum ſtatutum, ſeu priuilegium Iudæorum, videlicet niſi bona furto ſubtracta eſſent eccleſiæ vel alicuius forenſis qui non eſſet ſuppoſitus iuriſdictioni ſtatuentium vel eius qui fecit tale priuilegium Iudæis, quia tales non obligantur tali priuilegio vel ſtatuto, ſed ſunt in terminis iuris communis, ita ſingulariter dixit do. Abb. in capitu.quod clericis de foro competen. in ix.colum.verſi.Et hoc infero, & Barba. latius in conſilio lxxv. incipien. Viſo puncto circa tertia charta in verſicu. iiij. facit in tertio volumi. vbi alia plura allegat in ✳ propoſito.) Vide do.Rochum in cap.fin.

In cxxv.col.circa fi.de conſue.) Ad quæ ēt optime faciunt dicta per do.Alex.in conſil. ſuo xliiij.incip. Videtur &c.in iij.& iiij.colum.in v.vol.vbi videas.Et vide etiā Abb. idem tenentem in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti.in repe.in vlti.char.in ver.ex hoc infero &c. & ibi do.Fely.in xlvj.col.circa me.& Barba.in d.ſuo conſi.lxxv.inci.Viſo puncto.in vj.col.in iij.volu.Quę omnia tene perpetuo mēti,ego alias in ciuitate Cumarum practicaui primā limitationē,& ex ea conſecutus ſum decus & lucrum.

14 Ad hoc vt inquiſitio poſsit formari per iudicem de delicto cōtra aliquē oportet ꝙ fama ſeu diffamatio,præcedat,aliter iudex non poteſt procedere cōtra aliquem, vt habetur in c.qualiter & quando.& in c.inquiſitionis.de accuſ.& ibi hoc no. Inno. & Io. And.& alij,& voluit Ange.in repe.l.ſi vacantia,C.de bo.vac.& Bart.in l. de minore .§.tormenta.ff.de quæſtio.& in l.fi.& in l.j. ✱ in princip.eo.ti.(Vide omnino Alex. cōſi. clxxix.incip. In cauſa Angelorum in pen. col.in ij.vol.& vide in meo reper.ad literā I.in xxv.char.in iij.nota.) hoc tamen ſcias non procedere nec locum habere qñ inquiſitio emanat de conſcientia principis, quia tūc non requiritur quod procedat fama ſeu diffamatio vel indicia,nam cōſcientia principis ſupplet omnem ſolennitatem. ita dixit ſingulariter Inno.in c.cum oporteat.de accuſ.& Bal. eum ſequendo in l. nullus.C. ad l.iul.maieſt.& Angel. Are.in tracta. maleſi.in verſi.fama publica.verſic.aduertēdū autem &c.& do.Bartho.Cæp.in conſil.ſuo xvij. incip. Viſa.in vlti.col.Quam tamen limitationē ſane intelligas quando inquiſitio formatur de mandato ſeu ex conſcientia principis ex motu proprio ipſius principis nam tunc nō requiritur diffamatio nec alia ſecus ſi ad poſtulationem alterius princeps hoc mandat.iſta eſt glo.ſing. in c.ij.de accu. lib.vj.alias etiam limitationes ad prædicta vide per Spe.in tit.de inquiſitio.§.nunc tractemus.verſic. hoc autem nota.& ibi Ioan. And.in addi.& vide latius per Domini. de ſancto Gemi.poſt Io.And. & Archi. in d.c. ij.& per docto.in d.c.cum oporteat.& in c. fi.de accuſ.

15 Statuta communiter extant per Italiam diſponētia ꝙ præbētes auxilium, conſiliū, vel fauorem maleficio,puniantur eadē pœna qua cōmittentes,quod etiā videtur cautum de iure ciuili,vt habetur in l. ſi quemquam C.de epiſ.& cle.& in l.quiſque C.ad l.iul.maieſt.& in l.iij.ff.ad l.corne.de ſicca, cum ſi.Attamen tene menti ꝙ ſi quis pręſtiterit opem,auxilium, vel fauorem maleficio,non debet puniri eadem pœna qua ipſe principaliter cōmittēs maleficiū, ſed debet mitius puniri.ita ſingulariter dixit Saly.in l.j.C.de rapt.virg. quem refert & ſequitur d.Barth.Cæpo. in conſil. ſuo xxvij. incip.Requiſitus.in vlti.colū. vbi ſubdit ꝙ talia ſtatuta ex quo loquuntur ſimpliciter de præſtantibus auxilium,conſiliū, vel fauorē,debent interpretari ſecundū ius commune,per l.ij.C.de iure.deli.& ſic vt teneātur eadem pœna in caſibus in quibus de iure communi tenerentur eadem pena,videlicet ſi dediſſent cām morti,& quando nō eſſet nedū auxiliū vel conſiliū,& quādo hoc expreſſe conſtaret & nō per præſumptiones.Secus ſi nō dediſſent cām morti vel eſſet auxilium vel cōſilium nudū, quia tunc nō oportet ꝙ teneretur eadē pœna per prædicta quod eſt mēti tenendū propter prædicta ſtatuta quæ communiter vbiq; vigent. Pro quibus facit nota.verbum Bal. in l. cū ancillis in j.col.verſicu.item not.ex hac lege &c.C.de ince.nup. vbi dicit ꝙ mitius punitur ille in cuius domo fit aliquid eo patiēte quam ipſe deliquēs principalis. & faciūt dicta per Ioan.de Ana.in c.ad falſariorū.de crimi.fal.in fi.ij.colum. Et optime ēt faciunt dicta per Gandi.in ſuo trac. maleſi. in ti.de homi.in ij.colum.in verſi. Itē pone quod Titium &c. Et illud idē quod tenet Saly.in d.l.j.& Cæpo.in d.conſil.xxvij.tenuit Gandi.in trac.ſuo malefic. ſub rub. de furt.& latro.in v.col.circa med. ver. Et ſic no.&c.Et pro iſtis optime facit glo.ſing.in c.periculoſe.de peni.diſti.j.quæ dixit ꝙ vbi factum ſequitur grauius eſt peccatum. quā glo.refert & ſequitur Bald.in l.data opera. in xvij.colum.C.qui accu.non poſ.& ibi di ✱ xi latius.(Et vide Alex.in conſi.clx.incip. Viſis.in vlti.col.in vij.volu.)

16 Proditores ſunt odio nedū deo & hominibus,ſed ēt ſunt odio iuri,adeo ꝙ eorū filij ſunt incapaces ſucceſsionis tā ex teſtamēto ꝙ ab inteſtato,vt hr̄ in l.quiſquis C.ad l.iul. maie.Itē ille qui incepit adminiſtrare bona alicuius ſtatim ipſo effecto ꝓditore perdit dictā adminiſtrationē,ſecūdū Cyn.in l.fi.C. ad l.iul.maie.Et dixit Bal.per illū tex.in l. ſi quos.C.de poſtli.reuer.ꝙ proditores reipublicæ nō gaudēt beneficijs iuris. Et dicit ēt Bald.in c.j.in ti.an ille qui interfe. fratrē dn̄i ſui in j.co.ꝙ proditor nō debet ſtare ante principē nec pōt ſtare in curia principis. & dicit tex.valde not.in c.careat iij.q. ix.

53 Ad hoc vt quis conſtituatur ſeu dicatur contumax requiritur ꝙ citetur ter vel ſemel peremptorie l. conſentaneum C. quomodo & quando iud.l.tres denunciationes eo.titu.cum ſimi. Scias tamen ꝙ iſtud non habet locum vbi par citat ſeu requirit parem,quia tunc ſufficit vnica requiſitio generaliter,& non perēptorie.ita ſing.dixit glo. in cle.j.de hære.in verſi.requiruntur.& idē dixit Bald,allegans eandem glo.in l.ad peremptoriē circa fi.ff.de iudi. & ideo ſi ſunt duo arbitri & vnus velit ferre laudum vel facere aliquem actum debet requirere ſeu citare conſocium arbitrum & ſufficiet vnica citatio generalis & non peremptoria. ꝗ̄ glo.etiam refert & probat do.Lanfran. brixien.in ſuo trac.de arbi.ſub rubri.quot modis compromiſſum ſeu arbitramentum annulletur in xj.col.circa med.quod ſepe cōtingit in facto.& vide quę dixi infra in ſingu.xcj.incip.Regulariter.

54 Compromiſſum finitur per mortem litigatorum vel vnius ex litigantibus, niſi dictum ſit ꝙ tranſeat ad hæredes litigatorum l.diem proferre §.j.ff.de arbi.& in c.fin. de arbi.habetur etiam in l. ſed & interpellatū §.j.ff.de arbi.& no.Innoc.in c.fin.extra de arbi.Aduertas tamen ꝙ hoc procedit vbi compromiſſum eſt factum in merum arbitrium,quia tunc finitur morte vnius ex litigantibus,ſed ſecus eſt ſi ſit factum in arbitratorem,quia tunc compromiſſum nōn finitur morte vnius ex litigatoribus,ſed tranſit ad hæredes etiam extraneos. ita dixit Vbertus de bobio quem refert & ſequitur Spe.in titu.de arbi.§.finitur verſi.ſed nunquid arbitramentum ꝙ etiam voluit Ang. in c,quintavallis de iureiur, quos refert & ſequitur do. Lanfran. brixien. in tract. ſuo de arbi.ſub rub.quot modis finitur compromiſſum in j.colum.alios etiam modos quibus finitur compromiſſum vide per Spec. in d.titu.de arbi.in d.§.finitur in d.trac. de arbi.ſub dicta rub.quot modis finitur compromiſſum.vbi videre poteris, & ſcias diuerſum eſſe in compromiſſo facto per prælatum nomine ſue eccleſie,quia non finitur per eius mortem ſed tranſit ad eius ſucceſſorem in dignitate.Caſus eſt ſing. & not. in c.præſentia.extra de teſti.& ibi hoc no.ſcribeniesde quo etiam in d.trac.ſub dicta rub. in j.columna.

55 Aduertas ad vnum ꝙ forte paucis eſt notum ꝙ vere iam mihi bis fecit honorē. Tu ſcis ꝙ qn̄ procedunt legitima indicia cōtra reum poteſt ipſe reus ſeruatis ſeruandis poni ad torturam,vt habetur in toto tit.ff. & C.de quæſtio.& late per Angel. de Are. in trac.maleſi.in verbo,fama publica. hoc tamen limita & reſtringe procedere & habere locum in laicis, ſecus autē in clericis, nā contra clericum non poteſt procedi ad torturam exiſtentibus contra eum quibuſcunque indicijs,niſi ipſe clericus alias ſit infamis.ita ſing.dixit Abb.antiquus in c. grauis. extra de depoſito. & ibi eum ſequitur Pau.de Leaza.& eum etiam refert & ſequitur Ioan.de Ana.in c.j.circa v. colū. de cle. percuſ.& d.Abb.in c.cum in contemplatione de reg.iur.& do.Alex.in l.ſi.ff. de quęſt. in apoſtil.ver.veniamus ad indicia. & in l. milites.C.eo.de queſt.Et idem tenet Barba. in c.ſi conſtiterit in iij.col.de accuſ.quod dictum habui in facto,& practicaui in ciuitate Cumarum, ex quo conſecutus fui apud peritos maximum honorem ſed parum lucri,quia ille clericus quem liberaui a tortura erat pauper,& promiſit mihi ſatiſfacere de miſſis & orationibus, Nuper autem inueni.d.Fely.referentē illud dictum Abb.& eum ſequentem in c.veniens in ij.col.extra de teſti.vbi etiam ipſe alleg.Abb.& Ioā. de Ana.in dictis locis & dicit iſtud dictum eſſe ✳ in ſingu.(Et pro hoc dicto facit optime qd voluit Bald.in l. presbyteri in princ.C. de epiſc.& cle.) Idem tenet do.Fely. in c. vniuerſitatis de ſenten.excom. & in c. de hoc in j.colum. verſi.ſecundo limita.de ſimo. & in c.cum oporteat in penul.colum.de accu, Ideo tene eum perpetuo menti, licet ipſe do.Fely.teneat opinionē Abb.cōtrariam in d.c.grauis in c.olim in iij.col.verſic.tertius caſus de reſcrip,

56 Ad validitatem inſtrumenti requirūtur

teſtes,alias inſtrumẽtum eſſet inutile & nullam fidẽ faceret,vt habetur in l. contractus C.de fide inſtr. & per glo. in l. generali.C. de tab.lib. x.& in toto ti.de fide inſtru.Sed ego volo tibi dare vnum caſum not. in quo valet inſtrumentũ ſine appoſitione teſtium qui caſus eſt quando aliquod inſtrumentũ fit in publico parlamento vel coram populo.Nam tunc valet ſine appoſitione teſtiũ, iſtud fuit ſing.dictum Vberti de bobio, qđ refert & ſequitur Spe.in ti.de inſtru.edi.§. reſtat in vij.col.ver.ſed cũ literis quod dictũ refert & approbat Abb.in c.j.in iij. colum.de fide inſtr.& Barb.in repe.rub.de fide inſtr.in xxiiij.char.in ij.colum. vbi ipſe adducit in ſimili dictum Ioan.And. in addi. Spec.in ti.de aſſeſſore.§.officiũ in prin.vbi dicit aſſeſſores electos a populo habere iuriſditionem ordinariam, ſed electos a poteſtate habere delegatum,de quibus ibi latius per eum.

57 Non præſumitur donatio in dubio, maxime qñ verba poſſunt trahi ad alium ſenſum l.ſi cum aurũ.ff.de ſol.l.cũ de indebito ff.de proba.Et hoc eſt adeo verũ ꝙ etiã pater in dubio vř potius committere filio quã donare,ſecundũ Bal.in l.executorem in x. col.ver.modo quæro quid ecõtra.C.de exe. rei iudi.& ideo ſi tu petis a me ꝙ ego donẽ tibi talem rem,& ego reſpondeo & dico nõ tantũ iſtud ſed quicquid tibi placet,an intelligatur ꝙ tibi donauerim dictam rem per dictam reſponſionẽ.dicas ꝙ nõ.iſtud fuit ſingulare verbũ Bal.in c.cũ veniſſent de inſtitutio.circa fi.quod dictũ provalde ſingulari refert & approbat Ludo.Ro.in repe. rubr. de arbi.in j.char.in iij.col.verſi. nono pone * & do.Fely.in c.cũ iuramento de homi. (Et Iaſ.in l.dedi.in.§.ſi liber.ff.de condi.cau.data cauſa non ſequu.)Et do.Alex.in l.ita ſtipulatus in j.col.vltra med.ff.de verb.obli. & in materia vide bonũ text. & ibi Bar. in l.ſi mercedem.§.fina.ff.de actio.emp. quod tene menti quia in prima facie quilibet diceret contrarium.

58 Si dedi tibi mandatũ de ſoluẽdo creditori meo poſſum illud reuocare re integra.l. ſi cum cornelius ff.de ſol.Teneas tamẽ mẽti perpetuo ꝙ ſi dedi tibi tale mandatum, & tu illud ſignificaſti creditori meo qui acceptauit te pro debitore,ꝙ licet non ſolueris ſibi pecuniam vt tibi mandaui,attñ poſt talem acceptationẽ ſuã non poſſum reuocare tale mandatum tibi factum,ita ſingulariter dixit Ioan.And.in addi.Specu.in tit. de depoſi.quem ſequitur Angel.in l. qui vſumfructum ff.de verb.obli.& Pau.de Caſt. in d.l.ſi cum cornelius.& do.Alex.in d.l.qui vſumfructum.vbi de hoc dicto facit magnũ feſtum,& dicit ꝙ non poſſet eſſe notabilius verbũ.ideo tene mẽti, & vide quæ dixi infra in ſingula.cclxv.incip.Fines mandati.& in l.nomen quoque C.quæ res pigno.oblig. non poſſ.poſt prin.

59 Innocentibus iura fauẽt & merito. Ideo ſcias ꝙ ſtante ſtatuto excludente oẽs exceptiones innocentiæ,ita dixit ſing. Bal. in l. edita.in repe.Paduana in pe.col.C. de edẽ. quod dictum refert & ſequitur pro valde eleganti Io.de Ana.in conſi.ſuo lix.inci. Viſa inquiſitione in j.col.& do.Alex.in conſi. ſuo cxiij.inci.Viſo themate in ij. colũ. in v. volu.vbi dicit ꝙ hoc ẽt voluit Bal. in l.j.§. officiũ in penul.col.ff. ne quis eũ qui in ius voc.eſt vi exi.& Ange.in conſi.clxxxiiij. incip.In facto proponitur ꝙ Baldaſeri. & idẽ firmat Alex.in apoſtil.ad Bar.in l.j.§.& parui.circa fi.ff.ꝙ vi aut clã.& ſubdit Ioan. de Ana.in d.conſi.ꝙ etiam ipſa innocẽtia põt probari per domeſticos, & ꝑ teſtes minus idoneos.ad quod alleg.Spe.in titu.de inquiſitione.§.j.verſic.Sed nunquid eas &c.(Et * voluit Alex.in conſi.ſuo xxiiij.incip. Animaduerſis in xiij.col.in fi.in ij.vol. Et dicit ꝙ imo iudex ex officio ẽt inquiſito nõ petente põt & debet recipere probationes ad probandã innocẽtiam. alleg.Bar. in l.j.§. ſi quis vltro ff.de queſt.& in l.ſi non defendatur ff.de pe.pro quibus etiam facit ſecundũ eũ,quod hř ij.q.v.c.omnibus ad fi. ad quod not.in c.cũ in iuuentute.de purg.cano.& in c.cũ P.ex tra de accuſ.in quibus habetur ꝙ clericus põt probare innocẽtiã ſuam ẽt per laicos & etiã per feminas, quæ omnia tene menti ad adiuuandum innocentes, & vide quæ dixi infra in ſing.lxxij. inci.Per totam fere Italiam.

60 Titius conſtituit procuratorem & ei in inſtrumento mandati non dedit ſpecialiter poteſtatẽ ſubſtituendi alium , ſed poſtea in eodẽ inſtrumento quando ipſe Titius releuat procuratorẽ ab onere cautionis dicit ꝙ dictũ procuratorẽ ſeu eius ſubſtitutum releuat ab omni onere cautionis, vnde pro eis cauet & promittit,an per iſta verba videatur ſibi dediſſe mandatũ ſubſtituẽdi & quilibet diceret ꝙ ſic,quia alias illa verba procura.ſeu eius ſubſtitutum &c.nihil operarẽtur contra §.quibus in j.cõſt.C.& l. ampliorem.§.in refutatorijs.C.de app.cum ſimi.& contra doctrinam Bal.in rub.C.de contrah. emp.in ix.q. vbi dicit ꝙ vnumquodque ẽt

minimum verbũ appoſitũ in inſtrumẽto debet aliquid operari. Contrariũ tñ decidunt dñi de Rota in antiquis deci. tit. de ꝓcu. in xxiij. deciſio. inci. Si in ꝓcuratorio &c. & idem firmat Domi. de ſancto Gemi. in c. j. §. licet de procur. in vj. & do. Alex. eos referens in conſil. ſuo cxxvj. incip. Viſis his in ij. col. in v. volu.

61 Dictum ſeu teſtimoniũ duorũ teſtiũ præfertur dicto vnius tantũ ſtante paritate ipſorum teſtiũ l. iij §. eiuſdem quoque in ver. numerus ff. de teſti. hr̃ in c. veniẽs extra de teſti. & facit c. j. de treug. & pace. & auth. itaque C. commu. de ſucceſ. cũ multis ſi. Tene tñ perpetuo mẽti vnum ſingulare verbum in quo dictum vnius teſtis præfertur dicto duorum. Nam ſi duo ſunt teſtes qui contradicant inſtrumento & vnus tantũ teſtis qui deponat pro inſtrumẽto ꝙ hoc caſu nõ erit reprobatũ inſtrumentũ, ſed ſuſtentabitur ex dicto illius teſtis, & ex fide tabellionis, vnde erunt tunc neceſſarij tres teſtes ad reprobandum ipſum inſtrumentum, ita ſing. dixit Io. de Imo. in c. cũ Ioannes de fide inſtru. circa pen. col. quod dictum pro no. refert & ſequitur d. Alex. in conſil. ſuo xciij. inci. In cauſa & lite in vlti. col. in v. volu. & dicit iſtud dictum non reperiſſe dictum ſeu ſcriptum ab aliquo alio præterquã a Io. de Imo. ibi quod ipſe reputat valde not.

62 Reductio ad arbitriũ boni viri peti non poteſt, ſed intelligitur eſſe ſublata ſtãte ſtatuto ꝙ cõtra laudum non poſſit opponi aliqua exceptio ita ſing. dixit Bal. in addi. Specu. in titu. de arbi. in vij. col. in verſi. Sed qd ſi ſtatutũ, quod dictũ refert & ſequitur do. Alex. in conſi. ſuo cxiij. incip. Viſo themate in vlti. col. in v. vol. & in l. j. §. & parui. ff. ꝙ vi aut clã. in apoſtillis, ad Bar. in vlt. col. Et idẽ dixit Bald. & clarius in Margarita ſua, in verbo ſtatutũ in vlti. ver. de quo dixi in l. ſi cauſa in ix. col. C. de exe. rei iud.

63 Donatio cauſa mortis reuocatur per penitentiam, quia ambulatoria eſt volũtas defuncti vſq; ad mortẽ l. iij. in fi. cũ l. ſeq. ff. de adi. leg. Quod tñ limita niſi donãs ſine hęrede decedat, quia tũc talis donatio per penitẽtiã non reuocatur ita ſing. dixit Ang. in l. qui rome. §. flauius hermes ff. de verb. obli. alleg. l. j. iuncta glo. ff. de his qui ſine manu ad liber. perue. & idẽ dixit ipſe Ang. in diſpu. ſua incipien. Aſtenſis miles & in l. circa §. ſi cui. ff. ad l. fal. & in l. ij. ff. de leg. j. & ſubdit ipſe Ang. in d. §. flauius. ꝙ ratio huius dicti eſt quia prædicta donatio ad ſui cõfirmationem non requirit aditionẽ hæreditatis, vt no. glo. in l. fi ſie. C. fami. herciſc. ad quod eſt melior. glo. iuncta tex. ſcd̃m Io. de Imo. videlicet in l. legatũ. §. pe. ff. de his qb. vt indig. quia talis donatio nõ eſt mere vlt. voluntas, ſed ſapit naturã contractus, vt in l. tam his. §. j. cum ibi nota. ff. de dona. cau. mor. & hanc partem ẽt firmat d. Alex. in l. non omnis ff. ſi cer. peta. in d. l. qui Rome. §. flauius, vbi latius loquitur allegans prædicta. & ibi etiam ponit vnã limitationẽ & reſtrictionẽ ad hanc doctrinam de qua ibi per eũ, quã doctrinã tene mẽti, quia eſt no. & dicit Angel. in d. §. flauius. ꝙ illa doctrina ſeu iſtud dictum eſt inauditum fortaſſe &c.

64 In multis partibus & ciuitatibus Italie eſt ſtatutum ſeu prouiſio quibus cauetur ꝙ coniunctus ſeu vicinus nõ poſſit rem immobilẽ alienare, niſi primo interpellet ipſum coniunctũ vicinũ vel conſortem, an velit dictam rem emere. Et ſi dicta res fuerit alienata non ſeruata tali denunciatione vel requiſitione, venditio & alienatio ſit nulla, & nihilominus poſſit coniunctus vel vicinus dictam rẽ vendicare ab emptore dato ſibi p̃cio ꝙ exburſauit in emptione ipſius rei, qđ quidẽ ſtatutũ valet ſecũdũ Bal. in l. dudum C. de contrah. emp. & Bar. in l. ij. C. de debi. ciui. lib. xj. in fi. pe. col. ver. itẽ no. & Innoc. in c. conſtitutus. de in inte. reſti. & Alex. in conſi. ſuo lij. incip. Viſo themate in j. col. in
* j. vol (Vide in hac materia d. Phi. Dec. in conſi. ccxxij. inci. Viſo puncto in iij. & iiij. colũ.) Modo operepręcium eſt ſcire intra quantum tẽpus põt ipſe coniunctus vicinus ſeu cõſors offerre precium emptori, & talẽ rẽ venditam ſine eius requiſitione vendicare & acquirere, in quo dicas ꝙ ipſe coniunctus ſeu vicinus habet ad hoc terminũ vnius anni tantum quo elapſo non poterit dictam rem vendicare etiã precio oblato, dictum eſt ſing. Bald. non omnibus notum in c. j. §. ſi titius per illum tex. in ti. ſi de feu. fue. contro. inter do. & agn. in vſib. feu. quod dicit ipſe mẽti tenendum, quia niſi ipſi cõiuncti vel conſortes intra annum conſequantur rẽ alienatam contractus ipſe factus in extraneum ſilentio confirmatur, & ideo dicit ibi Bald. coniunctos ſeu conſortes debere eſſe circa hoc benes aduiſatos, quod dictum refert & ſequitur d. Iaſ. in l. ij. in viij. col. C. de
* iur. emph. (Et in l. prætor ait in. §. ſi aliquãdo in pen. & vlti. col. de ope. no. nuncia. & Dec. in conſil. cclxxvj. incip. In vlti. verbis, & in conſi. ccxxviij. incip. In caſu in j. colum.) Et idẽ tenet Barba. in c. plerunq; in v. colum, de reſcriptis vbi refert ſe pro hac

parte conſuluiſſe Ceſene in facti contingen tia & illud dictum Bal. etiam refert & ſequi tur domi. Felyn. in c. quæ in eccleſiarum in xxxiiij. col. verſi. tamē quia in hoc. de conſti. An autē proximior vicinus vel conſors cui cōpetit ius recuperandi talem rem poſ ſit tale ius alteri vendere vel cedere? dicas ꝙ non, ſecundū Alber. de roſa. in j. parte ſta tu. q. lxxxix. inci. Sed an proximo: & vide in materia iſtorum conſortium no. dicta So ci. in conſi. ſuo lxxiiij. incip. In præſentium in v. colum. Tene menti quia quotidia‑ num eſt.

65 Statuto cauetur ꝙ rapiens mulierem pu niatur pœna mortis vt etiam eſt cautum de iure communi l. j. C. de rap. virgi. l. raptores C. de epiſ. & cle. Modo pone aliquis ce‑ pit per vim quandam virginem, & eam pro ſtrauit in terram, & ibi eam carnaliter co‑ gnouit, an iſte ſit puniēdus pœna mortis & ſic pœna raptus? dicas ꝙ non quia ſtatutum loquitur de rapiente, ſed iſte non rapuit, qa raptus eſt quando mulier per vim capitur & transducitur de loco ad locū, vt habetur in d. l. vnica. C. de rap. virg. & in l. qui cetu §. vacantē ff. ad l. iul. de vi publi. Sed ſi per vim vigore capiatur & carnaliter cogno‑ ſcatur & non rapiatur, tūc eſt proprie ſtu‑ prū & non raptus, vt colligi poteſt inſti. de publi. iudi. §. item lex iulia de adul. & §. itē lex iulia. de vi. ver. Sinautē per vim. ita ſin gu. dicit Albe. de roſa. in iij. parte ſtatutorū in q. xxx. incip. Item pone quæſtionē quam * narrat Gandi. (Idem expreſſe dicit Pau. de Caſt. in d. l. raptores in j. col.) Et hanc partē tenuit conſulendo ſuper contingentia facti. Raph. cuma. in conſi. ſuo xcv. inci. Chriſto‑ phorus &c. vbi idem tenet & firmat per ra tiones & iura Alberi. & per alia de quibus ibi per eum. Et idem expreſſe firmat Albe. Gandi. in tract. ſuo malefi. ſub rub. de mul‑ tis quæſtio. dependen. ſtatu. in ij. char. in iij. col. ver. Itē pone quęſtionē de facto. ad quæ optime faciūt dicta per Bal. in conſilio ſuo cccvj. incip. Statuto Placentie &c. in iij. vo lu. quem omnino vide.

66 Publicatis atteſtationibus non poſſunt ſuper eiſdē capitulis teſtes recipi. cle. teſti‑ bus de teſti. c. fraternitatis eo. tt. cū ſi. hoc tñ fallit in teſtimonio medicorū deponētium ſuper cicatrice remanſura vel non, quia ſi ſunt recepti teſtes ſuper hoc an cicatrix ſit remāſura necne, & eorū dicta ſint publica‑ ta, tñ adhuc alij ſuper eodē poſſunt recipi tam ad petitionē alterius partis ꝗ ex mero officio iudicis. Ita ſingulariter dixit Bal. in c. cauſam in j. colum. de proba. quod dicit eſſe notan.

67 Mulier recipiēs dotē a patre ſuo ſciēter in fraudē creditorū tenetur illā reſtituere, tex. not. in l. fi. §. j. ff. quę in frau. cre. Sed ego quero de quæſtione quotidiana, Quidā vſu rarius qui nihil habet in bonis niſi illud qđ extorſit per vſurariā prauitatē, tradit filiam ſuā nuptui, dando ei dotē amplam, vtrum mortuo patre ipſi debētes recipere vſuras poſſint petere dictā dotē & mitti in poſſeſ ſionē dicte dotis? certe videretur dicendum ꝙ ſic, arg. illius. §. j. ſed dicas cōtrariū, ſingu laris eſt deciſio Fed. de ſe. in conſi. ſuo lxiij. incip. Queſtio talis eſt quidā vſurarius. vbi ſing. loquitur & mouetur pluribus iuribus & rationibus de quibus ibi per eum. & di‑ cit ꝙ idē voluit Hoſtien. in c. tuā. de vſur. ꝗ doctrinam Feder. refert & ſequitur Angel. in l. luciustitius ff. qui mod. pig. vel hyp. ſol. ſubdens ꝙ hoc caſu nec mulier nec etiā ma ritus poterit conueniri, & hoc dicit eſſe ve‑ rum qñ quātitas eſt data in dotē, ſi autē eſ‑ ſet datus fundus extortus ex vſuris tūc nō potuiſſet dari in dotē niſi cū cā ſua, & ideo‑ maritus tūc poterit cōueniri tanquā quili‑ bet poſſeſſor. quod eſt ſingulare dictū ſecū‑ dū Ang. ibi. tene menti, quia modernis tem poribus ſepe conſtituūtur dotes filiabus ex vſuris & rapinis quandoque etiam ex bo‑ nis turpiori modo quæſitis.

68 Statuto cauetur ꝙ offendēs aliquem in via publica vel in ſtrata, puniat pœna mil‑ le. Modo Titius offendit Semproniū in flu mine publico, an debeat puniri pena mille? dicas ꝙ non, ita ſing. dixit Bal. per illū tex. in l. fi. i fi. ff. de ſerui. ruſt. præd. Secus aūt di cit eſſe in ponte fluminis, quia offendēs ali‑ quē in ponte fluminis dr̄ eum offendiſſe in via publica ſeu in ſtrata publica, & punire tur pœna prædicti ſtatuti, quod tene mēti.

69 Tu ſcis ꝙ priuata ſcriptura regulariter nō facit fidē ſeu probōnem. Sed an conſen‑ ſu partiū fieri poſſit ꝙ priuate ſcripture ali cuius non ſolenniter confecte adhibeatur fides? dicas ꝙ nō. ita ſing. dicit Inno. in c. cū P. tabellio. de fide inſtr. quē refert Bal. in l. de quibus ff. de legi. & Lud. Ro. cōſi. cciiij. inci. Pro diſcutienda in j. col. vbi ſubdit ſe cus eſſe de conſuetudīe. de quo vide etiam per Barb. in rub. de conſue. in pe. colum. in prin. vide tñ ad prędicta ꝗ dixi circa hoc in l. inſtrumēta. C. de prob. & i repe. mea rub. C. de pba. in materia ſcripture priuate.

70 Iudex laicus de cauſis ſpiritualibus regu lariter non poteſt cognoſcere nec ſe intro‑

mittere c.decernimus & c.quãto.de iudi.& in c.bene quidẽ xcvj.diſt.l.omni nouatione C.de ſacroſan.eccl.cũ ſi.& per d.Alexã.in l.titia.ff.de ſolu.mat.Scias tamẽ ꝙ vbi ſumma ria eſt cognitio nõ eſt iudici laico de ſpiri-tualibus ꝓhibita cognitio ita no.dixit Spe. in tit.de primo decreto.§.reſtat.verſi.Quid ſi agatur actione priuilegiata,& idem nota. Bal.in l.ij.C.de carbo.edic.in auth.ẽ.ei qui iurat C.de bo.auth.iudi.poſ.& Ludo.Ro. referens prædicta in conſi.ſuo xcix.inci.In propoſita in j.col.Et teneas etiã mẽti perpe tuo ꝙ iudex ſecularis corã quo exceptio-nes reſpiciẽtes forũ eccleſiaſticum opponũ-tur,remittendo tales exceptiones ad iudicẽ eccleſiaſticũ debent opponẽti ſtatuere ter-minum ad producendũ coram eo capitula quæ vult probare in curia eccleſiaſtica, vt videat an capitula releuẽt,& ſi non releuãt poteſt ad vlteriora procedere ita conſuluit Ioã.cald.& Io.de lig.quẽ refert & ſequitur do.Alexan.in d.l.titia in ij.col.ff.ſolu.mat. & eſt nota.

71 Iuramẽtum firmat actũ ſuper quo inter-ponitur vt melius valeat quo valere poſſit l.cũ pater.§.filius matrẽ.ff.de leg.ij.& ideo tene menti ꝙ ſi ſuperior iurat ſeruare ſtatu ta ciuitatis,per tale iuramentum talia ſtatu-ta dicũtur eſſe ab eo confirmata ita ſing.di-xit Bal.in conſi.ſuo cclxxiiij.incip.Per ſta-tutum in j.vol.

72 Per totã fere Italiam viget ſtatutum,ma-xime in criminalibus, quod contumax ha-beatur pro cõfeſſo.Sed ego,quæro, aliquis fuit bannitus ex delicto per cõtumaciã,ſtan te bãno fuit captus a poteſtate qui poteſtas fecit eũ recognoſcere bannũ,ſcilicet fecit ip ſum apud acta confiteri ſe eſſe illũ hominẽ qui in illo banno cõtinetur vt ſeruat cõmu nis practica.de quo pulchre & ſubtiliter ꝑ Ang.in l.inter ſtipulantẽ.§.j.ff.de verb.obli ga.& in l.ij.ff.de lib.& poſth.& per Ang.de Are.in.§.quadrupli.in ij.col.inſti.de act.& per domi.Alexã.in d.l.ij.ff.de lib.& poſth. Vtrũ tales bãnitus ſit audiẽdus volẽs oppo nere aliquã exceptionẽ contra bannum?in quo dicẽdũ vr̃ ꝙ nõ, quia bannũ extingui-tur & bannitus auditur, qñ cõparet in ter-mino ſibi in banno aſſignato.nam tunc tale bannũ reſoluitur in vim ſimplicis citationis ſecũdũ Bar.in l.j.in ſi.ff.de req.reis & Bald. in l.j.C.de poſt.& Bar.in l.quiſquis.C.ad l. ✱ iul.maieſt.& in l.diuus ff.de cuſto.reo.(Et Alex.in conſi.xxx.inci.ex allegatis &c.in vlt.verbis in vij.volu.) Et dicit ipſe Bart. in d.l.quiſquis,ꝙ bannũ quod datur hodie ſecũdũ ſtatuta terrarũ Italie eſt mortale, & lapſo termino banni non daretur venia ve niẽti & cõpetẽti ad mãdata, pro quibus ẽt faciunt dicta per Bal.in l.ita demũ.circa ſi. C.de procu.& faciũt dicta per Bald.in ſuo elegãti conſi.clxvij.incip.Titius accuſatus denũciatus vel inquiſitus in vj.vol.Sed te-ne tũ mẽti perpetuo ꝙ licet bannitus.mil-lies cõfiteatur ſe eſſe illũ de quo in citatione & banno ſit mẽtio,tñ ſi tunc opponit exce-ptionẽ q̃ ſi fuiſſet oppoſita a principio ante bannum ipſe bannitus iudiciũ ſuſcipere nõ fuiſſet cõpulſus ꝙ tũc iudex declarabit iu-diciũ & bannũ eſſe nullũ,ita ſing.dixit Bar. in l.nõ vr̃ quæ eſt l.iij.in ſi.ff.de iudi. Quod dictũ refert & ſequitur do.Nellus in tracta. banni in ſecũda parte primi tẽporis in ij.q. in fine.Pro quo dicto faciunt adducta per Alex.ibi in apoſtillis.& vide Pau.de Caſt. in ſuo excellẽtiſſimo conſi.xxxiij.incip.ſu per primo quęſito &c.in ij.col.vbi dicit ꝙ ſi poſt terminũ banni comparet bannitus & negat ſe cõmiſiſſe delictum quod videbatur tacite confeſſus ex cõtumacia ex forma ſta tuti ꝙ ipſe eſt audiendus alleg.quãplura de quibus ibi per eũ.Et idẽ clarius dixit Iaſ.in l.is qui.in iij.col.verſi.& ex iſto tex.C.qui ✱ ſeſt.face.poſ.vbi latius loquitur.(Et circa materiã iſtã vide omnino d.Bonifacium de vitallinis in ſuo trac.maleſi.ſub rub.de for ma accu.porrecte per ſyndicũ in ij.col.ver. ſed quid mihi accuſatus &c.& Iaſo.no.lo-quẽtẽ in l.is qui.in iij.colũ.C.qui teſt a.face. poſ.) Et per d.Nellũ in tracta.bannitorũ in ✱ ij.parte ſecũdi tẽporis q.xxxuij.(Et ibi in q.lxiiij.in ſi.) Scias ẽt in hac materia aliud not.videlicet ꝙ licet ex forma alicuius ſta-tuti cõtumax debeat haberi pro confeſſo, attamen qñ iudici liquet talẽ contumacem nõ eſſe culpabilẽ,vel nullũ delictũ cõmiſiſ-ſe licet ſit cõtumax,iudex nõ p̃t nec debet eũ cõdẽnare,ita ſingu.colligitur ex verbis Bal.in rub.C.de manu.vindi.& hoc voluit Bar.in cõſi.ſuo c.inci.a dño Cy.&c.in vlti. col.in princ.& hoc per l.ſi nõ defendantur ff.de pe.& per alia iura per eos allegata,ꝓ quibus faciũt optime dicta per Iaſo.in d.l.is qui in dicta iij.col.& ſing.dixit Innocẽ.in c. ſignificantibus in ſi.de purga.vulg.ꝙ ſi poſt confeſſionẽ & condemnationẽ liquet de in-nocẽtia rei non debet contra eũ fieri execu-tio corporalis,quod ẽt tenet ſequendo Inn. Bal.in l.vnica in vlti.col.C.de confeſ.& Sa ly.in l.ſi.in iij.col.ver.ex quo colligi.C.de quæſtio.in ſi.& vide Cep.in conſil.ſuo xx. inci.Quidã dũ eſſet &c.in vlti.col.in conſi.

xx.incip.Viſo proceſſu &c.in vij.& viij.co
lum.& in conſil. ſuo xlix.incip. Quanq̃ in
fi.& eundem Cæpo.in cautela ſua ccxxiiij.
incip.Similem cautelam &c.in fi. & ſupra
in ſing.lix.incip.Innocẽtibus &c.Quę om-
nia tene menti quia ſepe occurrunt in facto
& ſunt de pane lucrando, & ego hanc vlti
mam doctrinam practicaui dum aſſiderẽ in
ciuitate Fauentiæ.

73 Plures ſunt qui allegant illã iuris regulã
videlicet vbi teſtes idonei non poſſunt ha-
beri,admittuntur inhabiles vt veritas ha-
beatur,de qua per Saly.in l.ea quidem in j.
col.ver.ad quintam quęſtionẽ C.de accu.&
per Ang.in trac.malefi.in ver. mentitor di
mal dadi in j.col.& per Inno.in c.cũ Ioã.&
And.de reiudi.& p me latiſſime forte vltra
alios in repe.mea l.fi.C.de ꝓb.in iiij. char.
circa med.ſed hanc regulam non intelligũt.
Ideo ſcias tu quod dicta regula quod teſtes
inhabiles admittuntur quando veritas ali-
ter ſciri non poteſt , intelligitur procedere
& habere locum, quando ex natura illius
facti ſeu negotij alij teſtes nõ poſſunt occur
rere,vtputa,ſi loquamur in ciuili ad probã
dum ea quæ aguntur,in c.canonicorum.nã
ipſi canonici erunt idonei teſtes,& idem in
vniuerſitate c.veniens el ij.§.fi.de teſti not.
glo.in c.dilecti in verſic. & ſi tres extra de
elec.licet alias tales teſtes non eſſent idonei
quo ad plenam probationẽ maxime quan-
do tractatur de commodo ſingularium per
ſonarum ſecundũ do.Anto.in c.cum nũcius
de teſti.Ioan.And.in addi.Spec. in ti.de te-
ſte.§.j.verſi.ſed nunquid in cauſa vniuerſi-
tatis,& voluit do.Alex.in conſi.ſuo lxviij.
incip.Viſo & diſcuſſo in ij.col.in ij.volu.&
in eo.volu.in conſi.cxxxvj.incip. In cauſa
& lite in v.colum.pro quibus facit,nam ea
quæ fiunt in domo poſſunt probari per eos
qui habitant in domo l.conſenſu C.de re-
pu.Secus autem ſi alij teſtes idonei ex na-
tura illius negotij & rei poterant adeſſe &
occurrere licet caſualiter non interfuerint.
nam tunc teſtes minus idonei non admittũ
tur etiam ſi veritas aliter ſciri nõ poteſt,ita
ſingu.dixit do.Anto.in c.tertio loco.de ꝓ-
* ba. (Idem dixit do. Philip.dec.in conſilio
cxxxiij.incip.Viſo in vIII.col.& in conſil.
cccx.viſis in ij.colum.)Et idem voluit ip-
ſe do.Anto.in conſi.ſuo xxiiij.incip.Quæ-
ſtio dubia vulgaria habet &c. circa fin. &
ibi dicit quod illa iura quæ dicunt poſſe re-
cipi teſtes qui reperiuntur vbi alia deficit
probatio,intelliguntur & loquuntur in acti-
bus in quibus habitu & actu attento com-
muni curſu alij teſtes non habentur. Sed
vbi actus actu & habitu & communi cur-
ſu ſic ſe habet quod poſſunt alij teſtes habe
ri; licet forte non habeantur actu, tunc ad
plenam fidem non ſufficiunt tales teſtes nõ
integri;alias ſequeretur ꝙ ſemper teſtes ẽt
non integri ſufficerent,quia ſemper litigan
tes allegarent ſe alias probationes non ha-
bere,ideo tales non admittuntur vt plene
probent,ſed vt faciant qualem probationẽ
vt no.etiam glo.in l.etiam in iuris ff. de ꝓ-
ba.ita formaliter dixit do.Anto.in d.conſi.
ſuo xxiiij.quẽ refert & ſequitur do.Alexã.
in conſi.ſuo lxiiij.incip. Viſo themate in j.
vol.pro quo ipſe alleg.tex.cũ glo.in c.fi.de
teſti.cog.vbi dicit Abb.ſecundũ eũ in ij.no
ta.ꝙ in defectum probationis ſi ex negotij
aut actus natura nõ põt haberi probatio,
admittitur probatio minus legitima, item
alleg.ẽt Abb.in c.decetero de teſti. vbi etiã
videas do.Felyn.in j.col. & idem dixit do.
Alex.in conſi.ſuo cliij.incip.Viſo proceſſu
in vj.col.in v.vol.& ſcias ꝙ qñ teſtes nõ in
tegri debeant admitti,quãdo veritas aliter
ſciri non poteſt,eo caſu debet primo cõſta
re ꝙ alie probationes deficiant,alias nõ de
bent admitti,ita no.dixit do.Alex. in dicto
conſi.ſuo lxiiij.in vlti.col. vbi ad hoc alle-
* gat iura de quibus ibi per eum.(Vide do.
Phili.dec.in ſuo conſi.cccxlij.inci. In cauſa
in j.& ij.col.)Quæ omnia tene menti, quia
quotidie occurrunt in facto, & ego alias fe
ci reprobare plures & plures teſtes minus
idoneos.& vide quæ in hoc latiſſime dixi
in repe.mea l.fi.C.de prob.in v.char. circa
prin.vbi latius loquutus ſum.

74 Tu habes regulam vulgatiſſimam, ꝙ ſe
mel malus ſemper præſumitur malus in eo
dẽ genere mali.de qua in regula, ſemel ma-
lus cũ concor.de reg.iur.in vj.Sed pro am-
pliatione ipſius regule volo tibi tradere ali
quas not.doctrinas,& primo ſcias ꝙ ſtante
ſtatuto ꝙ de damno dato ſtetur ſacramen-
to damnum paſſi,ꝙ ſi eſt damnum datũ ali-
cui qui alias iurauit falſum , & ſic periuro,
non ſtabitur hoc caſu eius ſacramento, ſed
erit ſibi neceſſe ꝓbare aliter de damno ſuo
quã per ſacramentũ,non obſtante prædicto
ſtatuto.Ita ſingulariter dixit Io.And.in ad-
di.Spe.in titu.de teſt.§.j.in iiij.charta in ad
di.incip.allegat Pig.quod etiam expreſſus
dicit Barba.in c.per tuas per glo. ibi extra
de ſimo.per tex.& glo.in c. paruuli xxij.q.
v.quem tex.& gl.ẽt allegauit Barba. in tra
cta.char.in ii.q.ſui tracta.in ix.colũ.ver.iiij.
limita, pro quibus etiam facit quod dixit

Bal.in auth.& qui iurat in prin.C.de bo.au
tho.iudi.poſ.vbi per illum tex.dicit ꝙ ille
qui releuatus fuit a ſatiſdatione per iurato-
riam cautionem perdit illud priuilegium ſi
ſemel præſtitit iuratoriam cautionē & fuit
periurus,quod ēt voluit Lud.Roma.in l.ij.
in prin.in ix.col.ver.ꝙ autem ſi debens ca-
uere ff.ſolu.mat.& volunt Moder.in l.ij.§.
quod diximus ff.ſi quis cau.Et iſtis adde ſin
gulare & aureum dictū, iudicio meo, Pau.
de Caſt.in conſi.ſuo cccitj.incip.Viſo dicto
ſtatuto vbi conſuluit quod ſtante ſtatuto ꝙ
rapiens mulierem per vim puniatur pœna
mortis, ꝙ ſi quis rapuit mulierem ſolutam
quæ fuit alias tacta ſeu deflorata ab aliquo
non cadit in pœnā ſtatuti, quia non præſu-
mitur ꝙ eā rapuerit per vim cū alias cōſen
ſerit alteri,quod eſt ſing. not.& idē voluit
Albe.de roſa.in ij.parte ſtatu. in q. xcij. in-
cip.Sed pone aliquis &c.& Albe.Gandi.in
tracta.ſuo maleficio.ſub rubr. de aliquibus
queſtio.in varijs maleficijs in j.col.in fi.ver
ſi.Quero de facto.Pro quo faciunt dicta per
Iac.But.in addi.ad tractatum Albe. Gandi.
de maleficijs ſub rub.quoquomodo de ma-
leficio cogno.per inquiſitionē in iij.col.ver.
vnde quāquam,& faciunt dicta per Ange.
in l.qui iudicio ff.de accu.& glo.in l.caſſius
ff.de ſenato.& glo.in l.in ciuilem C.de fur.
& in l.cum allegas C.de vſur. & faciūt di-
cta per Ludo.Roma.in cōſi.ſuo clxvij. vbi
adducit in arg.l.qui ſemiſſes de vſur.& c.il
lo vos de pigno.Et faciunt dicta nota.Bald.
in auth.cui relictū in iij.col. poſt prin.C. de
indic.vidui.tollen.& in Spec.in ti.de inſtr.
edic.§.inſtrumentum in vij.col. & per do.
Alex.in conſi.ccclxiiij.inci.In cauſa in iiij.
col.& Ludo.Ro. in conſil.liiij. incip. Viſis
circa fi.& Cazalupū in repe.l. admonendi
in prin.vij.col.de excep.ver. Limita ſecū-
do & in c.j. de officio ordina. & vide quæ
dixi in repetitio.mea l.fi.C.de probatio. in
x.char. circa fi.Contra prædicta tamen fa-
ciunt dicta per Cyn.Bal.& alios in l.j.in fi.
C.de proba. vbi videas. Et vide quæ dixi
in ſingula.ccxvij.incipien. Ter vel quater.
circa fin.& ſcias ꝙ ſicut ſemel malus ſem-
per præſumitur malus,vt in dictis iuribus,
ita econuerſo ſemel bonus ſemper præſu-
mitur bonus,& ideo dixit ſingulariter Bal.
in conſi.ſuo cxj.incip. Quidam nomine Re
ctorus de Cortonio in v.vol.ꝙ vbi habitan
tes in domo erant conſueti eſſe vigiles, ſi
alia indicia contra eos non apparent nō te
netur de incendio,licet alias incēdium præ
ſumatur ortum culpa habitantium,quod di
ctum pro not.refert & ſequitur do.Alex.in
l.ſi quis ex argentarijs in.§.prætor ait in vl
ti.col.ff.de eden.

75 Citatio eſt maximi effectus, ideo iura vo
lunt quod de vnoquoque actu fiendo pars
citetur, alias actus ſit nullus l. de vnoquoq;
ff.de re iud.l.nam ita diuus ff.de adop.cum
in ſinitis ſimilibus,& tene menti quod adeo
lex fauet citationi & eam requirit ꝙ ſtante
ſtatuto quod contra ſententiam non poſſit
opponi aliqua exceptio; poterit tñ opponi
exceptio citationis non factæ, ita ſingulari-
ter dixit Ioā.calde.in conſil. ſuo viij. quod
incipit,An ſententia lata cōtra abſentem.&
eſt in ti.de re iudi.& idem dixit Pet.de An
cha.in conſi.ſuo ccxij.incip.de iure commu
ni &c.vltra med.& idem dixit Abb.in cō-
ſil. ſuo xcij.incip.attingam iuxta ordinē in
ij.col.ante medium in iij.volu.Pro quo fa-
cit quod voluit Ludo. Ro. in repe. rub.ff.
de arbi.in vij.col.ver.xvij.&c.vbi dixit ꝙ
ſtante ſtatuto ꝙ arbiter poſſit cognoſcere
non obſtante aliqua iuris ſolennitate ꝙ ta-
men non poterit procedere abſq; citatione
partis,ad quod allegat Bar.in extrauaganti
ad reprimendum,in ver.videbitur. & in l.
j.ff.de teſta.mili. & in l. filiusfamilias ff. de
dona.& dixit no.Hoſtien.in c.veſtra de ꝓ-
cu.& ibi Io.And.quod etiam Papa non po
teſt procedere parte non citata niſi hoc fa-
cit de plenitudine poteſtatis, pro quibus
faciunt quæ ego latiſſime dixi in hac mate-
ria in repetitione l. fina.C. de probatio. in
xxxviij.char.

76 Communis cōcluſio doctorum eſt quod
teſtis in parte verus & in parte falſus in
totum reputetur falſus, vt tenuit Bartolus
Bald. & ſcribentes in l. ſi ex falſis C. de
tranſactio. Baldus in l. certi condictio.§.
quoniam ff. ſi certum peta.in penul.colum.
verſicu. Decimus.Bald. in capitulo primo
in ſecunda colum.de conſtitutio. Baldus in
capitu.cum adeo in prima colum.de reſcri-
ptis Abb.in capitu.tertio in fin. de fide in-
ſtrumen.Cardi.in clemen.prima in fin. de
teſtib.gloſ.in capitu.ſi ad ſcripturas ix. di-
ſtinctio. Baldus in l. fina.in iiij. contrario.
C.de edicto diui Hadria. tollend. Bald. in
l. ſecunda C.de fideicom.liber.Bald.& An-
gel.in l.prima in.§.ſi quis ſimpliciter ff. de
verbo.obliga.& ibi Imo.in vlti.colum.Bal
dus in l.ſi vteris C.de fide inſtrumen. circa
finem glo.in capit. quid ergo xxiij.q.v.In-
nocen. in cap. fraternitatis de hæreti. Sed
tene tamen menti vnum ſingulare ver-
bum, videlicet quod licet teſtis in parte

falſus in totum reputetur falſus, vt dictũ eſt attamen ſi teſtis in ſuo teſtimonio negat illud & dicit falſum ſuper eo quod ſi cõfeſſus eſſet eum nõ repelleret a teſtimonio qd hoc caſu eius dictũ valet & nõ reprobatur, ſed probat, ita ſingulariter dicit Iac. But. in l. lucius. ff. de infa. vbi dicit qd ſi aliqs ſit meus affinis aliqua affinitate qua no. & manifeſta nõ repelleret eũ a ferẽdo teſtimonio ꝑ me, ſi tñ in eius depoſitione dictã affinitatẽ negauit mẽtiẽdo, nõ tñ per hoc eius dictũ annullatur, licet propter mẽdaciũ poſſit puniri crimine ſtellionatus. quod dictum pro valde no. refert & ſequitur Ange. in conſil. ſuo cxciiij. incip. viſis proceſſibus cauſe. in fi. ij. col. quod dicit eſſe no. dignum. (Et laſ. in l. ſi ex falſis. in vlti. col. C. de tranſac. & in l. ſi quis nec cauſam in pe. col. verſi. adde ẽt xxv. ff. ſi cert. peta. & in l. ſi duo patroni in .§. idẽ iulia. in vlti. co. ff. de iureiur. vide omnino Alex. in conſi. cliiij. incip. viſo themate in ij. col. in v. volu.) De quo dixi latius in repeti. l. fi. C. de prob. in xlv. char. poſt prin. vbi videas, & faciunt dicta per do. Felyn. in c. ſuper literis in ij. col. de reſcri. ver. Prima concluſio, & ibi in vj. col. ante finẽ. & faciũt ẽt dicta per eundem in c. in noſtra in xvj. col. circa princi. de reſcrip. (Et faciũt optime dicta per Ludo. Roma. in conſilio ſuo cccixix. incip. circa primum in penul. colũ. ante finem.

77 Patiẽtia ſeu tolerãtia cũ taciturnitate inducit conſenſum ſecundũ Bal. & Ange. in l. filius C. de peti. hære. & in l. qui in aliena. §. quod ſi nõ adierit. ff. de acquirẽ. hære. & Inno. in c. illud de præſump. & per Bar. in l. ſiue poſſidetis C. de probat. & in l. poſt mortẽ ff. de adop. & in l. j. C. qui admitti. & per Archi. in c. nemo de cõſecra. diſtin. j. & per do. Cardi. in c. requiſiſti. de teſta. per Ludo. Ro. in l. ſciendum ff. de verbo. obl. & Abb. in c. licet hely. de ſimo. per Pet. de Anch. in cle. j. de priuile. & per doct. in d. c. illud per Barba. in repe. rub. C. qui admitti in iij. col. ver. limito. & per eundem in repe. rubri. de fide inſtrumen. in xxix. char. in ij. iij. & iiij. colũ. (Vide ſingu. verbum Alex. in conſilio cxxviij. incipien. ſentio inſuper ad fi. in vj. vo.) Et ex hoc tene mẽti nota. & ſing. verbũ Saly. videlicet quod ſtãte ſtatuto ꝙ banniti poſſint impune offendi quod bannitus qui toleratur per ciuitatẽ a ſuperiore nõ poterit impune offendi, quia talis patientia & tolerantia ſuperioris inducit conſenſum ipſius principis ſeu ſuperioris volentis ipſum haberi pro non bannito. (Vide Decium in conſi. cccxxvij. incip. viſo caſu. in vlt. colũ. Iaſ. in l. omnes populi nu. xlvij. de iuſti. & iure.) Ita ſing. dixit Saly. in l. nullus C. de iudæis. quod dictum refert & ſequitur Ioã. de Ana. in c. ſicut iudæi. in iiij. colũ. de iude. & ibi do. Fely. in penul. col. & illud dictum ẽt refert & ſequitur do. Alex. in conſi. ſuo primo in viii. col. in ij. vol. ad quod alleg. l. j. §. ſcientiam ff. de tribu. & l. j. §. magiſtrũ. ff. de exercito. per quem tex. dicit Gul. de cu. ſecũdũ eũ in l. j. in prin. ff. de exercito. quod ſi quis geſſit ſe pro locũtenente alicuius ſuperioris ſciente & patiente ipſo ſuperiore, quod videtur ſibi tacite mandaſſe vt ſe gereret pro ſuo locumtenẽte, pro quo facit ẽt ſecundũ eũ ibi quod voluit Innocẽ. in c. ex parte decani. in princip. de reſcrip. & in c. in noſtra. de procurato. Archi. in cap. qui ad agendũ de procu. in vj. itẽ illud dictũ Saly. in d. l. nullus refert & ſequitur do. Alexan. in conſi. cvij. incip. Pro inueſtigatione in vlti. col. vbi ẽt pro hoc alleg. not. glo. & doct. in c. quia circa de conſan. & affi. & illud dictum etiam & ſequitur do. Alexã. in l. fi. ff. de adul. (Et in conſi. ſuo viij. in ij. col. in vj. volu.) Et do. Fely. in c. quæ in eccleſiarum in iij. ver. Quartus caſus de conſti. & in c. j. in vij. col. de treug. & pace. (Et laſ. in l. omnes populi. in vlti. char. in fi. ff. de iuſti. & iure. & in l. vbi pactum in vj. col. verſi. aduerte etiam C. de tranſac.) Pro quo dicto facit glo. quam nemo allegat ad hoc in c. cũ Ioã. & And. in verſi. potuerunt de re iudi. & faciunt dicta per Ang. in l. ſi duo ff. de acquirẽ. hære. & dicta per Salyc. met in l. j. ante fi. C. de teſta. quẽ refert & ſequitur Barba. in repe. rubri. de fide inſtru. in xxvij. char. in iij. col. ante fi. & facit ſing. verbum Archi. in c. nemo. de conſecratio. diſtinct. j. vbi dicit quod quando dubium eſt an in fundatione eccleſiæ interuenerit authoritas epiſcopi quod tunc præſumendum eſt ꝙ interuenerit quando locus pro eccleſia longo tempore culta fuit, quod dictum refert & ſequitur plura addendo Soci. in conſi. ſuo cclxx. incip. conſyderatis &c. in ij. col. in fi. & facit not. verbum Bal. in l. ij. in ij. col. ver. Iſta regula eſt vera C. quæ ſit lon. conſue. vbi dixit quod patientia principis habet vim priuilegij ſeu confirmationis, & faciunt optime dicta per domi. Nellum in tracta. bannito. in tertia parte ſecundi tempo... quæſtio. lxxxiiij. quem videas omnino, & faciunt etiam dicta per Abb. in conſilio ſuo vij. incipien. Tria circa princ. in ij. columna. & ibi in iij. col. ver. imputandum eſt .n. &c.

Vide quæ pro iſto dicto Saly.ego vltra om
nes cumulaui in repeti.mea.l.fi.C.de proba
tio.in xlvij.char.& in ſeq.char.ibidem, &
vide infra in ſing.cclxxxiiij.incip.tolle mo
* ras.(Vide infra in ſingu.cccxxx.inci.ſi be-
ne.& in materia iſta patientię cum taciturnitate,
vide d.Phil.Deci.in conſil.ſuo lxvj.
inci.de duobus.in vj.col.in fi.vbi poni ſin-
gu.verbum.& do.Fran.de Are.in conſil.xj.
inci.procedēdum.in pe.col.poſt prin.& vi-
de Inno.in c.illud.& ibi Ioan.And.de præ-
ſump. quos refert & ſequitur Bald.in l.ſiue
poſsidetis.in iiij.oppo.C.de probat.& vide
quę dixi in reper.meo,in litera P.in xxviij.
char.in v.not.Soci.conſi.lxiij.inci.in cauſa.
in ij.col.in iiij.vol.& quæ dixi in l.j.in.§.ſi
quis dicatur.in pe.col.de quæſtio.& Socin.
in conſil.lxvj.incip.viſo compromiſſo.in j.
colum.in iiij.volu.

78 Plures ſunt cauſæ propter quas pater po
teſt exhæredare filiū, de quibus in.§.aliud
quoq; capitulum.in authen.vt cum de app.
cog.& per gl.in c.quintauallis.de iureiurā.
ſed vltra cauſas enumeratas in dictis locis
ſcias quod ſi filius aliquem cauſam maiorē
illis committat contra patrem poterit exhę
redari licet talis cauſa non numeretur in di
ctis locis,ita ſing.dixit Ang.in l.lex cornel.
in prin.ff.de iniur. quod eſt no.nec memini
me alibi vidiſſe hoc dictum,de quo feci mē
tionem in repe.mea.l.fi.in lxxiiij.char.C.de
proba.& in l.vnius.in.§.cognitorum. circa
fi.ff.de quæſtio.& vide etiam Bal.in l.pen.
C.de ſponſa.& do.Fely.in c.paſtoralis.in j.
col.ante medium.de reſcrip.

79 Cōfirmatio ſuperioris ſupplet defectum
forme,ſupplet defectū perſonæ, ſupplet de-
fectum ſolennitatis,& alios defectus,ſecun-
dum Bald.in l.fi.ff.de teſta.tu.& ſecundum
Oldra. latius in conſil.ſuo cclvij.inci.Factū
tale eſt.in iiij.col.quod tñ intellige omnem
defectum, ſcilicet iuris ciuilis, non aūt iuris
naturalis,ita dixit Ang.in l.adoptio nō iure
facta.ff.de adop.quem refert & ſequit' Ale-
xan.in conſi.ccccclxix.incip.viſo puncto.in
vij.col.idem dixit d.Cardi.in cle.j.in pe.co
lum.verſi.xxiiij. de elect.idem dixit Spe.in
ti.de lega.§.nunc oſtendendum.verſi.xviij.
& Ioan.de Imo.in l.quidam conſulebant.in
viij.col.ff.de re iudi.& d.An.in c.j.de tran-
ſa.& voluit d. Alex.in conſi.ſuo lxxxix.in-
cip.Circa primum &c.in vij.col.in j.volu.
ubi dicit de hoc eſſe tex.in cle.paſtoralis.in
§.cæterum.de re iudi.& in c.illa.& ibi no.
Ant.de Bu.de elec.hanc etiam partē firmat
do.Fran.de Are.in conſi.ſuo viij.inci.Abū-
de fatis.in ij.col.& Bal.in addi.Spe.in dicto
ti.de leg.in ij.col.verſi.ſupplentes.vbi dicit
illud dictum Spec.ibi eſſe no.dignum. hanc
etiam partem tenuit Pe.de Ancha.in conſi.
ſuo clxvj.incip.viſis diligenter.in fi.pe.col.
& d.Barth.Cæp.in conſi.ſuo xvij.inci.viſa.
in fi.verbis.pro quo faciunt optime dicta p
Ang.in conſi.ſuo cxvij.inci.in facto propo-
nitur.circa fi.vbi dixit quod ſtatutū exclu-
dens oēs exceptiones non cōprehendit ex-
ceptiones cauſatas ſeu prouenientes a iure
naturali. quod conſilium refert do.Alex.in
conſi.ſuo cxiij.incip.viſo.in ij.col.in v.vol.
& in materia iſta etiā vide aliquid per Bal.
in l.& ſi certarum.ff.de teſta.mili.& in l.j.
C.de teſta.tu.& late per d.Fely.in c.ſciſcita
tus.in iiij.col.de reſcrip.& adde idē eſſe in
his quæ ſunt de iure diuino ſecundum Bal.
Ang.et Imo.in l.filius a patre.§.fi.ff.de libe.
& poſthu.quos refert & ſequitur d.Fely.in
c.poſtulaſti.in xviij.col.de reſcri.Et ſcias &
quod confirmatio ſuperioris licet cōfirmet
omnia & ſuppleat omnem defectum, vt ſu-
pra dixi. attamen hoc fallit qñ in re confir-
mabili eſt vitiū non purgabile etiam a prin
cipe,puta defectū citationis, ita dixit Abb.
in c.ea quæ. de re iudi.quem ibi in vlti.col.
refert & ſequitur do.Fely.allegans pro hoc
dictum Hoſti.in c.j.de tranſa.& dicit de hoc
eſſe tex.in cle.paſtoralis.ad fi.ibi,nec prædi
cta ſuppletio,de re iudi.& facit no.verbum
Ioan.And.in addi.Spe.in ti.de reſcri.pręſen
tatione.in.§.ratione quoq; impetrantis.ver
ſi.item quod impetrauit.vbi dixit ꝙ impe-
tratio facta ab excōicato eſt nulla etiā ſi im
petraſſet de conſenſu aduerſarij.quod dictū
refert & ſequitur d.Fely.in c.venerabilem.
in j.col. in fi.de excep.vbi dicit ꝙ idē dixit
do.Ant.in c.cæterum.in vlt.col.de reſcri.&
vide quæ dixi infra in ſing.clxiij.incip.cri-
men falſi.circa fi.& infra in not.hic ſeq.

80 Tu habes ꝙ curſus tanti temporis cuius
initij memoria non extat operatur idem ꝙ
priuilegium c.ſuper quibuſdam. de verbo.
ſig.Iſtud tñ fallit niſi præſcribens eſſet inca
pax,ita ſingul.dixit Ioan.monachus in c.ij.
de præben. in vj.quem ſequitur Abb.in c.
cauſam.de præſcrip.& in c.quanto.in j.no.
de conſue.& in c.nouit.in xij.col.de iudi.et
in c.ad aures.de præſcri.& d.Ant.in c.per-
uenit.in vj.col.de cenſi.& Bal.in l.oēs.in fi.
C.de præſcrip.xxx.anno.& Domi.in c.ca-
tholica.xj.diſt.& Abb.& Ioan.de Ana.in c.
ad hæc.de ſimo.& Cardi.in conſi.lviij.inci.
propoſita quæſtio.& do.Fely.qui prædicta
ponit in d.c.cauſam.de præſcri.in j.col.ver

ſicu.ſigna theoricā.& vide dicta in præcedē ti no.Hippo.de Marſi.I.V.D.&c.

81 Aduertas ad vnum ad quod pauci ꝓcurā tores & aduocati animaduerterunt, & ſcias ꝙ oēs ſcripturæ & inſtrumēta vel aliæ probationes debēt produci parte præſente vel citata,alias non probant.iij.q.ix.c.charte.l. iudices.& ibi Bal.in iiij.no.C.de fide inſtr. l.properandum.§.ſinautem reus.& ibi not. Ang.C.de iud.no.Bal.in l.item illa.ff.de cō ſti.pecu.& Ang.in l.omnium.C.de teſta. & facit l.ſi quem.& ibi Bald.C.de teſti.voluit d.Alex.in conſi.ſuo cclxxxviij.incip. Et ſi celeberrime &c.in pen.col.& faciunt dicta per do.Alex.in conſi.ccccxvij.incip. Circa id &c.Sed fortius ſcias quod ad hoc vt ſcripturæ,inſtrumenta, vel aliæ probationes ꝓductæ in iudicio probent & fidē faciant non ſolum eſt neceſſe quod producantur parte præſente vel citata,vt tam dixi,ſed eſt etiā neceſſe ꝙ detur copia parti cū termino ad opponendum,ita ſing.dixit Bar.in extrauagant.ad reprimendum,ſuper verbo, de plano.quod dictum refert & ſequitur Ange.de Are.in.§.appellantur.in vltimis verbis. inſti.de exceptio.& Lud.Ro.in l.qui ante calendas.ff.de verbo.obli.& idem Ludo.Ro. in conſi.ſuo clvj.inci.Honorande dñe.vbi alle.Bal.in duobus locis approbantem hoc dictum Bar.& pro eo allegantem tex.in d. c.charte.iij.q.ix.quod dictum Bar. etiam refert & ſequitur Ludo.Roma.in conſil.ſuo cccccxix.inci.In caſu propoſite &c.d.Alexan.in ſiſt.in apoſtillis.C.de fide inſtru.quæ omnia tene mēti,quia vt dixi, pauci ad hoc animaduerterunt,& iſta tñ quotidie ventūt in facto.Et alias de hoc dicto Bar.& ſequacium cōſequutus ſum maximum honorem in ciuitate Ianuę,nō tñ inter ruſticos & imperitos ſed profecto in cetu peritiorum, & aliqui fuerūt qui admirati ſunt de dicto Barto.dum ſibi illud oſtendit.Et in hac materia productionis inſtrumentorum, vide Gemi. in cōſil.xcviij.incipien.ſaluatoris &c.quaſi per totum.

82 Volo tibi dare aliquas notabiles & vtiles limitationes. Tu habes.l.quoties.C.de rei vend.quæ vult ꝙ ſi vendita eſt res duobus,ille præfertur qui eſt in poſſeſsione.(Vide Bal.in l.ſenatus.ante ff.C.qui accuſ.non poſ.& Bar.& Alex.in l.ſepulchri uiolati.ff. de ſepul.viola.) Attamen d.l.limita primo non habere locum in feudis, quia ſi datū eſt primo vni aliquid in feudū, & poſtea illud idem detur alteri,& iſte vltimus apprehendat poſſeſsionem,tñ non obſtante quod habeat poſſeſsionē admittitur primus. Ita per plura iura concludit Lud.Ro.in conſil.ſuo lxx.incip. Viſo themate &c.in ij.col. Secundo limita.d.l.non habere locum in perſona eccleſiaſtica vendente,quia primus emptor primo habuerit poſſeſsionem.ita ſing.dixit Ioan.And.& Hoſti. in c.cōtinebatur.de his quæ fiunt a præla. ſine conſenſu capi.allegant c.cum autem. de iure patrona.& c.cū inter canonicos. de elect.quod dictum pro valde nota.refert & ſequitur Lud.Rom.in dicto conſi.ſuo lxx.& illud etiam refert & ſequitur pro valde notabili,idem Lud.Ro. in conſil.ſuo cccxcviij.incip.Circa præmiſſam &c. in viii.col.vbi dicit ꝙ ratio huius dicti eſt ſecundum Ioan.And.quia eccleſia quæ tutrix & auctrix debet eſſe iuſtitiæ, vt in c.j.§.ſed diuerſum.de alie.feu.non debet in ſuis contractibus fraudem adhibere . de donatio.c.per tuas.de renuncia. cle.cum illulio.nec alicui laqueum præſtare.xxvij.q. j.c.de viduis.el ij.& illud dictum etiam pro valde not.refert & ſequitur Lud.Ro.in repeti.authen.ſimiliter.in iij.char.in j.col.ver ſicu.duodecima.C.ad l.falci.vbi dicit quod iſtud dictum eſt cōiter incognitum legiſtis & canoniſtis,& illud etiam refert & ſequitur do.Fely.in c.cum olim , in iij.colum.de re iudi.Vide tñ d.Alexā.in conſi.ſuo cxxij. incip.Viſo proceſſu &c.in vlt.col.in v.vol. *(Et in conſil.lxxxiij.incip.in cauſa & lite. in ij.col.in vij.vol.)Et do.Fely.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſti,in xxiiij.col.verſi. ſimiliter per prædicta &c. Tertio limita.d. l.quoties.quando venditor in prima venditione conſtitueret ſe præcario nomine primi emptoris talem rem vendītam poſſidere,nam iſto caſu licet realiter non tradiderit poſſeſsionē primo emptori,ſi poſtea vni alteri vendidit & tradidit poſſeſsionem ipſius rei,attamen primus emptor propter dictam clauſulam erit potior, & ita d.l.quoties.nō ſolum habet locum in traditione naturali,ſed etiam in ficta. Ita ſingul.dixit Io. And.in additio.Spe.in ti.de empto.& vendi.in.§.ſciendum.in xvj.col.in additio.incipi.Hic dubitatur ſi iſte vendat &c. & idem expreſſe firmat Bal.in cōſi.ſuo cccccvj.incip.venditor conſtituit &c. in iiij.volu. de quo etiam per Bal.in rub.C.de contrahen. emptio.in xvj.q.Quarto limita d.l.quoties, quando primo vendita eſſet res perſonę priuilegiate, etiam ſi ſecundo emptori eſſet facta traditio,quia tunc præfertur ipſa perſona priuilegiata vt eſt eccleſia vel eccleſiaſtica perſona,Ita dixit glo.not.in l.ſiue aūt.§.

ſi duobus. ff. de publiciana. et idem tenet gl. & Bar. in l. fi. C. de ſacroſan. eccle. & Bar. & doctor. in d. §. ſi duobus. Quinto limita. d. l. quoties. non habere locum in pauperibus Chriſti, quia ſi tales pauperes primo emerũt, & poſtea alius emit, licet iſte poſterior emptor adeptus fuerit poſſeſsionem ipſius rei, attamen ipſi pauperes ſunt potiores & præferuntur ſecundo emptori. Ita not. dixit Bal. in d. §. ſi duobus. & ibi Ange. poſt eum. Sexto limita d. l. quoties. nõ habere locum in matrimonio, quia ſi vni promittitur puella conſentientes per verba de præſenti, & alteri ſecundo promittatur & tradatur, valet primus contractus. tex. eſt in c. fi. de ſpõſa. quem tex. ad hoc allegat do. Felyn. in c. j. in ij. colum. vt lite nõ conteſta. Item alias limitationes ad l. quoties. vide per do. Alex. in dicto. §. ſi duobus. & in d. l. quoties. & p Bertha. in repertorio ſuo. in verſic. emptor primus. Vnum tamen nõ omitto in hac materia, videlicet ꝙ ſi venditor tempore primæ venditionis nullum ius habuiſſet in re, ſed poſtea facta ſecunda venditione & traditione ius ſuperueniſſet ipſi venditori tale ius ſuperueniens proderit ſecundo emptori cui facta eſt traditio, & non primo habẽti ſolum titulum emptionis. Ita dixit Ludoui. Roma. in conſi. ſuo cclxx. in primis verbis. allegat ad hoc. ff. de rei vendi. l. ſi actio a contrario ſenſu. & l. cum vir prædium. ff. de vſucapio. & l. ſi quis alienam. ff. de actio. emp. & ad intellectum & materiam d. l. quoties. vide Ange. in conſilio ſuo xliij. incipit. Syndicus &c. Et vide Bald. in conſilio ſuo xxxvj. incip. Factum &c. in iij. vol. ¶ Et vide ad materiam. d. l. quoties. no. verbum Ioan. de Imol. in repetitione. c. cum contingat. in clxxxiiij. colum. de iureiuran. relatum a domino Anto. Corſeto in rubri. de iureiuran. in xlj. priuilegio iuramenti. An autem dicta l. quoties. habeat locum in donatione facta duobus de eadem re? dic ꝙ ſic, ſecundum domi. Alexan. in conſi. xiiij. quod incip. circa primum. in fin. in j. volu. quæ omnia tene menti, quia alibi forte ita diffuſe non facile inuenies ſupradicta.

de epiſ.& cle.& per Spe.in tit. de teſte.§.j.
ver.item quod eſt infamis de quo dixi la-
tiſſime in repe.mea.l.fi.in vj.char.C. de ꝓ-
ba. Scias tamen ꝙ talis infamis infamia fa-
cti in totum repellitur a teſtimonio, & di-
ctum ſuum nihil probat, & hoc eſt in cau-
ſa ciuili ardua. ita ſing.dixit Bal.in c.ad no
ſtram extra de proba.& allegat ad hoc c. li
cet cauſam extra de teſti.quod dictum pro
not.refert & ſequitur do.Fely. in c.teſtimo
nium in v.col.in fi.extra de teſti, allegat ra
tionem dicens, ꝙ ratio huius eſt, quia cauſa
ciuilis magna equiparatur cauſe criminali
c.j.de reſti.ſpol.in vj.l.propter litem §.j.ff.
de excu.tut.& voluit hoc Bal.in l.parentes
infra de teſti.quem refert & ſequitur Barb.
in d.c.teſtimonium in x.char.in iij.col. Pro
quibus optime faciunt quæ in hac materia
ardue cauſe dixi ſatis late in dicta repeti.
* mea.l.fi.in vj.char.in fi.C.de probatio.(Et
ſcias ꝙ infamia probatur etiam per teſtes
non iuratos, ſecundum glo.in c. tua in ver.
teſtimonio de coha.cle.& mulie. quam pro
ſing.& not.refert & ſequitur ad hoc Bal.in
reperto.ſuo.in verſi.infamis in j.colũ.vide
Iaſ.in l.j.in xiij.col.C.de ſum.tri.) quæ om-
nia tene menti, quia quotidie infames infa-
mia facti examinantur in cauſis. Et vide q̃
dixi infra in ſingu.ccxlv.incipien. quando
dubitatur.

110 Cõmunis doctorũ opinio eſt ꝙ confeſſio
non ſit probatio, ſed probationis reuelatio,
de quo per ſcribẽtes in c.j. de confeſ. in vj.
per d.Ant.in c.ſi ſacerdos in prin.de offic.
ord.& per eundem poſt Inno.ibi in rub.ex
tra de proba.per Ioã.And.in c.bone el.j.de
elec.per do.Anto.& alios in c.licet cauſam
in vj.col.extra de proba.& in c.in præſen-
tia.de renũ.in ij.col.per Bal.in c.j.§.ſi vaſal
lus in ij.col.ſi de feu.fue.cõtro. inter domi.
& agna.& in l.ij §.quod obſeruari C. de iu
ra.calum.per Pau.de Caſt.in l.j.ff.de cõfeſ.
& in l.publia.§.fi.ff.depoſi.per Ro.in l.ad-
monendi in vj.char.de iureiur.& per d.Fe-
ly.late in rub.extra de prob.in iiij.col.ver
ſi.vlterius ſecũdo loco &c.& ideo tene mẽ
ti quod poſt lapſas oẽs dilationes põt pars
probare per cõfeſſionẽ aduerſarij, ita ſing.
dixit Inno.in c.vltra tertiã extra de teſti.&
ibi eum ſequitur Bald, dicẽs ꝙ in quacũque

parte iudicij, imo poſt ſentẽtiã poſſunt fieri confeſſiones. & alleg. glo. primam in l. iulianus ff. de condi. inde. & in d. c. vltra terriã refert do. Cardi. ſe in facto cõſuluiſſe ꝙ publicatus atteſtationibus poſſunt fieri poſitiones, ẽt ſuper articulis ſuper quibus non poſſunt produci teſtes ad probandũ, per c. j. de confeſ. in vj. & per dictũ Inno. ibi, de quibus doctrinis facit feſtũ d. Fely. in d. c. vltra tertiã in fin. quibus adde Bal. in authen. ſed nouo iure, verſus fi. C. ſi cer. pet. & Lud. ro. in l. admonendi. in antepe. char. Quæ omnia tene mẽti, quia ſunt quotidiana & vtilia Hyppolytus de Marſi. I. V. D.

111 Suplicans debet ſpecifice omnia narrare & exponere principi ẽt cum omnibus qualitatibus quæ faciunt ad rẽ de qua ſupplicatur c. paſtoralis & c. ſuper eo de reſcrip. hr̃ per ſcriben. in c. ſuper literis eo. titu. alias ſi omnia ſpecialiter non exponat & obtineat reſcriptum, tale reſcriptũ eſt nullum & non valet, vt in dictis locis. & ideo dixit Guil. de cu. ſingu. verbum in l. iij. C. de epiſ. aud. Titius occidit hominem, & a principe obtinuit gratiam & indulgentiam vt nõ puniretur, poſtea occidit alium & iterum ſupplicauit principi pro gratia obtinenda, & obtinuit, ſed in ſupplicatione non narrauit ſeriem facti, videlicet ꝙ aliũ occiderat & indulgẽtiam obtinuerat. dicit ibi Guil. de cu. ꝙ tale reſcriptũ ſecundæ indulgẽtiæ eſt nullum tanꝗ̃ ſurreptitium quod dictũ pro valde no. refert & ſequitur ibi Bald. & Barba. in c. ſuper literis in x. char. de reſcrip. vbi ſubdit ſe vidiſſe hic Bononiæ decapitari vnũ qui occiderat duos homines & pro primo habuit gratiã, & poſtea ẽt habuit gratiã pro ſecundo homicidio nõ expreſſo primo in ſupplicatione, & propter hoc ſecũda gratia & indulgentia fuit nulla, ideo fuit decapitatus. Et ſubdit ẽt ibi Barba. ꝙ ſi fuiſti cõdemnatus in mille pro homicidio & ſupplicaſti principi pro cõpoſitione, & in ſupplicatione inſeruiſti ꝙ eras cõdẽnatus in mille, ſed cauſam & qualitatẽ condemnationis nõ expreſſiſti, qa veriſimile eſt ꝙ ſi expreſſiſſes te eſſe condemnatum pro homicidio ſuperior tecũ nõ cõpoſuiſſet arg. l. iij. C. de epiſ. aud. hoc caſu ſi ſuperior reſcribẽdo cõponat tecũ tale reſcriptũ cõpoſitio eſt nulla. ad quod alleg. tex. in d. c. ſuper eo. in verſi. literas quæ facti ſeriẽ non continent &c. Et idem etiã dixit Barba. in c. dilectus in ij. char. eo. ti. & in c. ad noſtram in vij. col. de appel. in c. cũ tanto in ij. colũ. de cõſue. Et d. Fely. in c. poſtulaſti in iiij. col. de reſcrip. Et vide in propoſito not. verba d. Fely. in c. veniẽs in ij. col. de præſcrip. (Et vide d. Rochũ de curte in c. fi. in ij. col. de cõſue.)

112 In ore duorũ vel trium ſtat omne verbũ c. veniẽs & c. licet vniuerſis extra de teſtib. l. vbi numerus ff. eo cũ concor. ibi alleg. & teſtimonium vnius regulariter, non probat plene, vt habetur in dictis iuribus. Tene tñ menti perpetuo ꝙ ſi teſtis ſolus productus ab eo cõtra quẽ fuerat corruptus, pecunia ne teſtimonium diceret cõtra corrumpentem eum hoc deponat plene probat. verbũ fuit ſingulare Bal. in c. j. in ij. col. ſi de inueſti. inter domi. & vaſal. lis oria. in vſib. feud. quod dictũ pro valde no. refert & ſequitur d. Fely. in c. licet cauſam in v. colũ. extra de proba. (Adde hic omnino gl. no. in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffr. in. §. nos. n. in verſi. oſtenderit. quę dicit ꝙ ẽt per ſolum iuramẽtum probatur baratarıa cõmiſſa per iudicẽ & vide Ang. i d. ti. in. §. oportet. qui no. loquitur. vide tñ cõtra hoc dictũ Bal. Pe. de Anc. in conſi. ſuo xxiij. inci. viſa inquiſi. in j. col. & Rapha. Ful. in conſi. ſuo clxxiij. incip. in cauſa inquiſitionis in j. & ij. colum. & do. Phili. dectum in conſi. clxxxix. inci. Letatus ſum in v. col. & Bal. in l. ſi quis teſtibus C. de teſtibus.)

113 Dictũ teſtis trahitur ad diẽ iuramẽti, nam ſufficit ꝙ in termino probatorio ipſi teſtes iurauerint, licet non fuerint tũc examinati ſed poſtea, & dictũ ſuũ refertur ad diẽ quo iurarũt. ita voluit Bar. & alij in l. damni. §. ſabini ff. de dam. infec. & Bald. & doc. in l. ſi qñ C. de teſti. & hr̃ per canon. in c. licet cauſam de proba. & in c. pia. de excep. in vj. de quo per Spec. in ti. de teſte. §. qualiter verſi. is quoq;. & in ti. de dila. §. rurſus. verſic. ſed quid ſi infra per Io. cald. in conſi. j. ſub rub. de teſti. per Bal. in rub. C. ſi ex fal. inſtru. & per Bal. in addi. Spe. in ti. de ſen. in pen. col. ver. pone ꝙ poſt ſententiam per Lud. Ro. conſi. ccccxliij. incip. quo ad primum in ij. col. per Alex. in conſi. cclxv. incip. in cauſa & lite in pen. colũ. in fi. de quo dixi in repe. mea l. fin. C. de proba. in xxviij. char. & teneas menti ꝙ idem eſt in termino dato ad producẽda inſtrumẽta, nam ſtatuto termino parti ad producẽda inſtrumẽta ſi in termino ſibi ſtatuto nõ producit originale ſed ſolũ producit exẽplum ipſorũ inſtrumentorum elapſo vero termino, poſtea producit originalia, talis ꝓductio ſufficit, & illa productio originalium trahitur ad diem productionis exemplorũ ita ſing. dixit Bal. in c. j. in prin. extra de fi. inſtru. vbi dicit hoc eſſe not. di-

gnum,allegat bonum text. in l. ſi donate.§.
ſi ſponſus ff.de dona.inter vir.& vxo.quod
dictū pro valde no.refert & ſequitur Fely.
in c.licet cauſam in xiij.colum.in princ. ex
tra de proba.

114 Vulgatū & tritū eſt apud oēs ꝙ teſtes ſin
gulares nō probāt,vt hr̄ in c. bone de e lec.
in c.cū dilectus eo.ti.in c. licet cauſam. vbi
per oēs de proba.in l.ob carmē ff.de teſt.in
.§.fi.in l.qui falſa eo.ti.& in c. licet vniuer-
ſis extra eo.vt hr̄ per Spe.in ti. de teſte.§.j.
ver.itē ꝙ teſtes ſunt varij.de quo plene di-
xi in repe.mea l.fi.C.de prob.in xxiij.cha.
circa med. Quinimo ēt ſi eſſent mille teſtes
ſing.non probarent, quia tantum probant
mille teſtes ſingulares quantū vnus, ſecun-
dū Bal.in l.iuſiurādi.C.de teſti. & in c. tam
literis extra eo. & in addi.Spe.in ti.de teſte
* in.§.j.in iiij.col.ver.etiam mille.(Vide De
ciū in conſil.cccx.incip.viſis in vlti. colū.)
Scias tñ & nunq̄ obliuiſcaris ꝙ licet, vt di
xi, teſtes ſingulares non probent , ſi tñ ſunt
ita nobiles ꝙ iudicē adducant ad indubita-
tā fidē,iudex nō debet curare illā ſingulari
tatē,ſed ſcd̄m eos debet iudicare ita ſing.&
mirabiliter dixit Pau.de Caſt.in l.admonē-
di.ff.de iureiurā.& in l. lucius ff. de his qui
not.infa.in ſuis recollectis Florētinis & ſub
dit illud dictū eſſe notabile & verū, licet q̄-
dā doc. proterui teneāt cōtrariū & male,&
dicit ꝙ iſtud dictū ſuū eſt de mēte Bal. in d.
l.lucius vbi Bar.ēt ſingu.dixit, & Bald. ibi
poſt eū,ꝙ ēt ſi teſtes probant ſecūdū verba
eorū,& tñ iudici videatur nō eſſe credēdū
illis teſtibus aliqua de cauſa ꝙ pōt illis te-
ſtibus nō credere,& debet cauſam expri-
mere in actis, ne forte poſtea teneretur in
ſyndicatu,quod dictū Bar.refert & ſequitur
Barb.in cōſi.ſuo incip. Præclare ſcripſit in
viij.col.quod conſiliū eſt inſertū inter cōſi-
lia d.Lau.calca.in nu.lxiiij.& Soci.in cōſi.
cclxij.inci.in cauſa magnifici in antepe.co
lum.Et illud dictū Pau.de Caſt. refert & ſe
quitur pro valde ſing.d.Io.Bap.de Cazalu-
pis in repe.l.admonēdi in vij.char.in ij.co-
lū.de iureiur.& quidā Modernus d.Franc.
brun.de S.Seuerino in ſuo nota.tract.de in
dicijs & tortura in j.char. in iij.colū. circa
princ. quod eſt perpetua memoria dignum
cū ſit valde quotidianū & practicabile &c.
Pro quibus optime facit quod voluit d.Fe-
ly.in c.quia veriſimile in prin.vlti. colū.de
* præſum.quē vide.(Vide Soci.in conſi. xc.
incipien.in cauſa in vj.col.in verſicu.confir
mat &c.in iij.volu.& in cōnſi.xcviij. inci.
iuſtiſſime iudex in iij.col.circa med.in iiij.
volu.& in conſil.xxxvij.incip. viſo &c.in
pe.col.in iij.volu.& omnino Alex. in cōſi.
ccxxxvj.inci.perſpectis in j.col.in vj. vol.
& in conſi.ij.in iiij.col.in vij.volu.

115 Fuga nō ſemper facit indiciū ad torturā,
vtputa,ſi quis aufugit poſtquā fuit accuſa-
tus vel inquiſitus,nā hoc caſu ſi aufugit du
ctus eſt iuſto timore,& talis fuga non facit
indiciū cōtra eū,ſecus ſi aufugit antequam
ſit accuſatus vel inquiſitus,quia tūc fuga fa
cit indiciū cōtra eū,ſecūdū Bart.in l.j.ff. de
bo.eorū qui mor.ſibi conſci.arg. illius tex.
* (quē refert & ſequitur Iaſ.in l. admonendi
in lxvij.col.in fi.de iureiur.in repe.& Dec.
in conſi.ccxxxiiij.incip.in effectu in ij.co.)
quod dictū ſuū refert & multū commendat
Ang.in l.fi.ff.de quæſtio.in pe.colū.& Ma-
the.in not.ſuo cxxxv.inci.nota. ꝙ tota. &
eū ēt refert & ſequitur Lud.Ro.in l.lex cor
nelia ff.ad ſylla.in ij.col.& Ange.de Are.in
lib.maleſi.in ver.fama publica in ver.an fu
* ga ſit ſufficiens &c.(Adde hic ꝙ fuga facit
plenā probationē cōtra officialē fugientem
tempore ſyndic.ſecundū Iaſ.in l.j.in fi.pen.
col.C.vt omnes iudi.tam ciui.q̄ crimi.& in
repeti.l.admonēdi in lxvij.colū.in prin. de
iureiur. & omnino vide quæ dixi in repe.
rub.C.de prob.in liiij.col.) Et alios etiā ca
ſus ponunt doc.cum aliquibus limitationi-
bus qñ fuga faciat indiciū vel præſumptio
nē,& qñ non.de quibus per eos in l.admo-
nendi ff.de iureiur. & in l. in bone fidei.C.
eo.& in l.fi.ff.de quæſtio.& in d.l.lege cor-
nel.& per Ange.de Are.in d.tracta. maleſi.
in verſi.fama publica in vj. char.in ver. an
fuga &c. & ibi per do.Aug. de Ari. & per
Bal.in conſi.cccciij.incip.quidam fuit in ij.
col.in iij.volu.& dixi late poſt alios in re-
peti.mea l.fi.C.de proba.in lxxx.char.Sed
ad vnum aduerte ac erige aures quod caſu
quo fuga inducat aliquam præſumptionem
contra aliquē ſeu indicium tunc talis præ-
ſumptio taliter inducta per fugam tollitur
per iuramentum ipſius fugiētis, ita ſing. &
mirabiliter voluit Cy.in l.fi.C.de req.reis,
quod dictū eſt nunquam obliuioni tradēdū
quod dictū pro valde no.refert & ſequitur
d.Franc.brun.de S. Seuerino in d.ſuo trac.
de indicijs & tortu.in iij char.in ij.col.in fi.
* verbis.(Et d.Catal.in tracta.ſuo ſynd.ver.
cccccxlij.incip.quia ſepe &c.ante fi.) quod
tene menti ad adiuuandum amicum contra
quem eſt indicium fuge.

116. Præſumptio iuris & de iure eſt maxime
importantie.& operatur plura, vt habetur
in l.fi.C.arbi.tut.& in l.antique C.ad velle.

& in l.fi.ff.quod met.cau.& in cap.is qui de
ſpō.cū ſi.de quibus hr̄ late per do.Felyn.&
alios in c.quanto in vlti.col. de præſum. &
inter alios effectus quos operatur talis præ
ſumptio iuris & de iure.Tene mēti ꝙ ope-
ratur vt condemnatus ex præſumptione iu
ris & de iure non poſſit appellare,quia ha-
betur pro confeſſo,& conuicto, & confeſ-
ſus & conuictus non appellat,vt l.ij.C.quo
rum app.non recip.ita ſingu.dixit Bal. in l.
ſi qui adulteri.C.de adult.quod dictum re-
fert & ſequitur pro no.d.Fran.brun.in tra-
cta.ſuo de indi. & tortura in vj. char. in ij.
col.in princi. Sed tu dicas quod idem dixit
Bald.in l.quædam mulier.ff. famil. herciſ.
in additio.& hæc doctrina ſua probatur op
time in d.l.ſi qui adulteri in fi.coniuncta d.
l.ij.C.quorum appel.non recip.

117 Ad torturā perueniri nō poteſt niſi indi-
cia præcedant,vt habetur in l.j. in princ.ff.
de quæſtio.& in l.milites C.eo.& in l.ſicut
in fi.C.de fal.& hr̄ late per Ang. de Are. in
tract.malefi.in verſicu.fama publica.& per
Alex.in conſi.lxv.incip. Habita ſuper con
tentis in j.vol.& per doc.in dictis locis p̄al-
* leg.(Et iſtud ēt habet locū in crimine leſe
maieſta.in quo nō deuenitur ad torturā ni
ſi præcedant indicia ita dixit Bal.poſt glo.
in l.ſi quis alicui.C.ad l.iul.maie.Attamē te
ne mēti vnum caſum in quo poteſt deueni-
ri ad torturam ſine indicijs,videlicet quādo
accuſatus vel inquiſitus,quia non cōparuit
fuit poſitus in banno propter contumaciā,
nam ſi poſtea comparet & vult purgare cō
tumaciam ſic forte permittēte ſtatuto pote-
rit tunc poni ad torturam abſq; alijs indi-
cijs propter præcedentē contumaciā,ſecun
dū Nico.de mata.& Bal.in l.j.in viij.col.C.
de hered.inſti. quod eſt ſingulariter not. in
practica.& iſtud dictū pro valde not.refert
& ſequitur do.Frāci.brun.in ſuo tracta. de
indicijs & tortura in xxxv.col.in prin.ver
ſi.addo aliū &c. Alios etiā caſus in quibus
peruenitur ad torturā nō præcedentibus in
dicijs,vide per glo.in c.quæſtionē xij.q. ij.
& Bal.in l.quicunq; C.de ſer.fugi. vide tn̄
tex.in l.ſi quis alicui.& ibi.glo.Cy.Bald.&
* Saly.C.ad l.iul.maieſta.(De quo etiam per
Iac.de Bel.in ſua practica iudiciaria in cau
ſis criminalibus ſub rubri.de criminoſo re
miſſo in prin.& dixi in l.penul.in fin.ff. de
quæſtionibus.

118 Stylus curie eſt attendendus & obſeruā-
dus l.labeo.verſicu.morem agentium ſequi
debemus &c.ff.de ſta.lib.habetur in c.quā
graui.de crimi.fal. & ibi late per Ioan. de
Ana.in pen.& vlti.col.per Bar.in l.iij.§.le-
ge iulia.ff.de teſti. per Bald.in l.j.in fi.C. vt
quæ deſunt aduo.par.iud.ſup.& faciunt di-
cta per do.Anto.in c.cum in tua.de ſponſa.
& in c.fi.in pen.col.de conſue. & per Cyn.
in l.ij.ver.Secūdo quæritur C. quæ ſit lōg.
conſue.& per Ang.conſi. cccviij.incip. Fa-
ctum tale eſt,Chriſtoforus &c.in vlti. colū.
& per Old.cōſil.cccxxviij.inci.ad idē &c.
in ij.col.Et ideo teneas menti ꝙ excuſatur
a contumacia citatus qui nō comparuit, qn̄
citatus non erat ſecundū conſuetum ſtylū
citandi.ita ſingulariter dixit Ang. in l. fi.C.
de cano.præſtan.lib.x.quod dictum pro ſin
gulari refert & ſequitur do.Fely. in c. quo-
niam contra in vij.col.in fi. de proba. & in
c.ex parte in viij.col.de reſcrip. de qua ma
teria ſtyli vide eundem Fely. in c. ad hæc.
de ſen.excommu.

119 Ineptitudo libelli vitiat ipſum libellum,
vt habetur in l.j.§.labeo ff.de flu. & in cle.
fi.de appel.& per ſcriben.in l.fi.ff. ſi menſ.
fal.mo.dixe.& per Bald.& alios in l. edita.
C.de eden.& per Angel.in l. titie textores
ff.de lega.j.& habetur per docto.in l.j.ff.de
offi.aſſeſ.& per Bal.in l.ij.C.de reſcin.ven-
di.in xiiij.q.& per Bar.in l.inſtar in fi.C.de
iur.fiſ.lib.x.& per Inno.& Bal.in c.j.de of-
fi.iud.& in c.ad aures de præſcrip. Et tene
menti quod de ipſa ineptitudine libelli po-
teſt ſemper opponi nedū vſq; ad ſententiā,
ſed poſt ſententiā ad eam annullandam. ita
dixit ſing.Pet.de Anch.in cle.cum a repul-
ſione in j. col.de appel.per tex.not.in c.di-
lecti de emp.& vend.quod dictū pro valde
not.refert & ſequitur do.Fely.in c. quoniā
cōtra in xiiij.col.de proba.dicēs ꝙ idē vo-
luit Bald.in l.ij.in xiiij.q.præalleg.C.de re-
ſcin.vend.& remittit ſe ad dicta per eum in
c.examinata. extra de iudi. vbi videas &
adde qđ idem dixit Angel.in cōſi.ccxcvij.
incip.quod exceptio & alleg. Guil. de Cu.
hoc dicentem in l.ſi libertus patronū ff. de
iureiu.& vide quæ dixi in repetitione mea
l.fi.C.de proba.in lix.char. & adde hic di-
cta per Pet.de Anch. in conſil. ccclxxxiiij.
incip.primo & ante omnia circa fin.

120 Nepos ex filio eſt in poteſtate aui & nō
patris viuente auo,vt eſt text.inſti. de pat.
poteſta.in.§.fin.& inſtitu.quib.mod. ius pa
trie poteſta.ſol.in princi.& habetur in l. ſic
eueniet.ff.de adul.& in l.fin.C.de legi.tute.
& in l.liber homo.§.fi.ff.de acquir.re do.&
ideo ſic non valet actus factus a filio ſine cō
ſenſu patris ſi nēpos vult facere contra-
ctum validum requiritur conſenſus aui &

non patris.l.filium habeo.ff.ad macedoni. l.filiusfamilias.ff.de acquiren.hęre. & voluit Lud.Ro.latius in conſi.cccccxij.incip. quo ad primum.Scias tñ quod licet auus habeat filium & nepotem in poteſtate, attamen filius etiam inuito patre poteſt filium ſuũ, & ſic nepotem aui tradere monaſterio & religioni.Ita ſingul.dixit Inno.in c.ij.poſt prin. de regula. & Archid.in c.addidiſtis.xx.q.j. quos refert & ſequitur Lud.Ro.in d.conſi.cccccxij.incip.Quo ad primum &c.in ij.colum.ex quo dicunt Moder.in c.ſcripturę.in vlt.col.extra de vot.quod filius poteſt vouere cum conſenſu patris,licet auus contradicat,& iſta,vt puto, procedunt fauore religionis & animæ, quæ adde ad ea quæ dixi anno præterito in repeti.rubr.ff.de fideiuſſ. vbi plura adduxi de fauore religionis ſeu ordinis clericatus.

121 Credo te ſcire ꝙ filij naturales pluribus modis legitimantur, de quibus habetur in authen. quib.mod.nat.effi.legi.in princi.& quaſi per totum.& in l.cum quis.& in l.nuper.C.de natu.libe.& inſti.de hære.quæ ab inteſta.defe.in.§.j.& in.§.fi.inſti.de nup.Et inter alios modos legitimant᷑ per ſubſequẽs matrimonium, vt habetur in dictis iuribus.

* (Scias tñ ꝙ filius inceſtuoſis non legitimat᷑ per ſubſequens matrimonium contractũ ex diſpenſatione papæ,niſi de eo ſit facta mentio, ſecundum Bald.in c.j.in.§.naturales.in vlti.col.ſi de feu.fue. contro.inter domi.& vaſal.ad quod etiam vide Bar.in l.eum qui.ff.de ſta.homi. & ibi Alex.& Bald.in l.& ſi cõtra.C.de nup.& vide Alex.in conſi.lxx.inci.magnificus.in j.col.in vj.vol.)Sed tene menti ſingulare verbum in materia iſta, videlicet,ꝙ ſi filius naturalis moriatur anteꝗ̃ pater contrahat matrimonium cum matre ſua,licet poſtea contrahat, non tñ legitimat᷑ nepos ex illo filio naturali, nec tranſibit in poteſtatem aui.ita ſing.dixit Bal.poſt Guil. de Cu.in l.benignus.ff.de legi.quod perpetuo teneas menti.& illud dictum pro valde notabili referunt quidam Moderni in apoſtil.ad do.Andr.in c.tanta.extra qui fil.ſint legiti.in iij.col.poſt princ.idẽ dixit Io.And.in c.per venerabilẽ,qui fil.ſint legi.& Pau.de Caſt.in l.j.§.cæterum.ff.de acqui.poſſ.

122 Vaſallus perdit feudũ ex pluribus cauſis, de quibus habetur in toto tit.quib.cau.feu.amit.in vſi.feud.Sed quæro ego,vtrum propter delictum dñi vaſallus priuetur feudo? dicas ꝙ non,nam hoc caſu propter delictum domini feuda non confiſcantur imo ipſa feuda per ipſum conceſſa firma manẽt, & quod plus eſt,uaſalli ipſi efficiuntur franchi.Ita ſingu.dixit Bal.per illum tex.in c.j.in v.col.in ti.hic fini.lex Corra.& inci.conſue.feudorum.in vſi.feud.quod dictum pro valde no.refert & ſequitur do.Iaſ.in l.fin.in ix.colum.in princi.C.de iure emphy.quod perpetuo tene menti.

123 In iure clarum eſt ꝙ notarius conficiens inſtrumẽtum põt in eo apponere clauſulas conſuetas,etiam ſi ſibi non ſit dictum a partibus.l.ſi prius.§.plautius.& ibi Barto.ff.de aqua plu.arcen. facit text.& ibi hoc voluit Bal.in c.cum M.Ferrarien.de conſti. in vij.col.& Bal.in c.j.§.hoc quoq;.de ſucceſ.feu.in xlvij.col.Bar.in l.ex parte.in princ.ff.de verb.obli.& in l.fi.in princ.ff.de his quæ in frau.cred.& in l.ſi procurator. in prin.ff.de iure fiſ.& in l.de die.in fi.princi.ff.qui ſatiſ.

* cog.(Vide Iaſ.late loquentem in hac materia in l.certi cõdictio.in.§.ſi nummos.in v.& vj.col.ff.ſi cer.pet.Et habetur late per d.Felyn.in d.c.cum M.Ferrarien.in iij.col.& in c.j.ix.col.verſ.Secunda declaratio.vt lit.non conteſta.de quo dixi late vbi allegaui alia plura in repeti.mea.l.fi.C.de probat.in illa quæſtione, an cõſuetudo excuſet quem a delicto,vbi videas.Sed tene menti ꝙ licet iſta ſint vera,tñ ſolum habent locum in notario qui fecit inſtrumentũ,& de eo fuit rogatus,ſecus eſt autem in alio notario qui de ipſo inſtrumento non fuit rogatus, ſed habet officium ſeu authoritatem extendendi aliquod inſtrm̃ a ſtatuto vel a ſuperiore, nã talis notarius non poterit in inſtrõ apponere clauſulas conſuetas apponi in ſimilibus inſtrumentis, ſi ille clauſule appoſite nõ ſint in originali.Ita ſingu.dixit Bal.in rub.C.de fide inſtru.in vj.col.verſi.quarto quæritur. quod dictum pro valde not.refert & ſequit᷑ d.Iaſ.in l.fi.in xij.col.C.de iure emph. quod multum not. quia fere per totam Italiã obſeruatur contrarium. Limita ẽt prædictam concluſionem ꝙ notarius poteſt apponere in inſtrumento clauſulas conſuetas apponi, etiam ſi ſibi non ſit dictũ a partibus hoc eſſe verum qñ contractus ſeu inſtrm̃ eſt in fieri, ſecus autem eſt in inſtrumento iam facto,quia in eo notarius non poterit apponere clauſulas conſuetas apponi ſi non fuerunt appoſite a partibus tempore celebrati contractus vel inſtrumenti.Ita not. dixit Barba.in c.ij.in ij.col.extra de præca.alleg. hoc voluiſſe Bart.in rub.C.de reuo.his quæ in frau.alie.ſunt.in vlti.col.pro quo facit text.in l.apud celſum.§.in hac.ff.de do.excep.de quo dixi etiam in repe.mea.l.fi.C.de ꝓba.in xxxiij.

char.circa med.Item limita etiam prædicta ꝙ talis notarius non poterit apponere iuramentum in ipſo contractu,licet ſit de cõſuetudine apponi. ita dixit d.An.& Abb.in c. pe.de iureiur. de quo latius dixi in authen. quod obtinet i lj.priui.iuramẽti.C.de ꝓba.

124 Vidiſti anno præterito.l.fi.ff.de iuriſdi. om.iudic.quæ ponit generalem regulam ꝙ nemo poteſt exercere iuriſdictionẽ ſuã extra ſuum territorium,& hoc eſt clarũ. Sed ego quæro ſtatutũ iudicis vel principis dat præmium occidenti bannitũ,an comprehẽdat ẽt occidentem bannitũ extra iuriſdictionem ſeu territorium ſtatuentis? quilibet prima facie diceret ꝙ non, per d.l.fi.Attamen contrarium determinat Bal.multum ſing.in conſi.ſuo cccxcvtj.inci.præmittendũ eſt ad euidentiam ꝙ quædam ſunt quæ requirũt. in vj.vol.quod volumen nondũ eſt ſtampatum, & non eſt apud hominẽ viuentem niſi penes me.& ibi dixit. Bal.ꝙ talis occidens bannitum extra territoriũ ſtatuentis debebit habere præmium.quod eſt not.maxime ad limi.d.l.fi.ff.de iuriſ.om.iudi.ad quod vide aliquid etiam per Bal.ſuper ſtatu.in verſi.bannitus.in ij.verſi.& vide omnino infra in ſing.ccxciiij.incip.Odia &c.

125 Tu ſcis regulam iuris eſſe ꝙ exceptiones competentes reo principali competunt fideiuſſori.l.omnes.ff. de excep.l.defenſiones.C.eo.l.ex pſona.ff.de fideiuſ.l.tam mandatori.C.de non nume.pec.cum ſi.Sed ſcias tñ vnum in practi.& ad limitationem dictæ regu.ꝙ ſi reus principalis dixit inſtrm vſurarium coram iudice eccleſia. ſuo nomine, & nomine fideiuſſo. poſtea facta fuit inhibitio iudici ſeculari per iudicẽ eccleſiaſti. ne procederet ad capturam dicti rei hoc caſu, iſta inhibitio nõ proderit fideiuſſori aliquo modo, ſed poterit ipſe capi & grauari. ita ſing.dixit Bal.in l.j.in ſi.C.de diuer.reſcri. alleg.l.creditor.in prin.in tex.& gl.ff.man. idem etiam videtur tenere Bal.cum vna limitatione,tãtum in d.l.tam mandatori.quã doctri.refert & ſequitur d.Franc.de Are.in conſi.ſuo xxxiij.incip.conſultatio &c.in j. col.in ſi.quod tene menti in practica.

126 In multis ciuitatibus extat ſtatutum ꝙ venditio ſeu alius contractus excedẽs ſummam cẽtum non poſsit probari niſi per inſtrumentum publi.Sed quæro ego, pone ꝙ factus eſt cõtractus excedens dictã ſummã, & in eo eſt appoſitum iuramentum, ſed de ipſo cõtractu non fuit factum inſtrm,ſed ſolum interfuerũt teſtes,quo caſu contractus ipſe nõ poterit probari per dictos teſtes ex prohibitione dicti ſtatuti,an hoc caſu poterit probari iuramentum appoſitum in dicto contractu per teſtes? & dicas ꝙ ſic.Ita ſing. dixit Ioan.de Imo.in repe.c.cum cõtingat. in vj.char.de iureiur.quod dictum refert & ſequitur & exclamat d.Fely.in c.ſicut conſuetudo.in vj.col.de proba.verſi. Sexto intellige. Quod dictum tene perpetuo menti, quia eſt maximi effectus, nam licet agẽs ad obſeruantiam contractus nõ poſsit directo probare ipſum contractum per teſtes, tamẽ probando indirecte iuramentum coram iudice eccleſiaſtico per duos teſtes obtinebit, quia probato iuramẽto iudex coget ipſum iurantẽ ad obſeruantiam ipſius contractus. Pro quo faciũt optime dicta per Pau.de Ca. in conſi.ſuo ccxix.incip.In cauſa quæ vertitur.ante ſi.ideo non obliuiſcaris. & iſta addes ad ea quæ dixi ſupra in ſing.xviij.incip. Acceſſorium &c.circa ſi.

127 Iudicandi munus neceſſarium eſt.l.fi.§. iudicando.ff.de mu.& hono.l.prætor.§.qui autem.ff.de excu. mu.l.ſancimus.C.de aduo.diuer.iudi.habetur in authẽ.vt iud.non expec.fac.iuſ.cum ſi. Scias tñ ꝙ hoc fallit in peritis in arte,quia tales periti compelli non poſſunt ad aſſumendum officiũ referendi ſuper aliqua re quid ſentiant. Ita not.dixit do.Abb.in c.cum dilectus. el j.extra de purg.cano.ꝙ dictum pro ſing.& valde not. refert & ſequitur ille iuris ampliſsimũ pelagus d.Fely.in c.propoſuiſti.in iij.col.ver.& ſcias.extra de probat.& ibi dicit hoc dictũ alibi non legiſſe niſi vbi ſupra.

128 Teſtes etiam produci poſſunt in cauſa matrimoniali poſt didicita teſtificata. text. eſt,& ibi habetur late per docto.in c.ſeries. extra de teſti.& hoc quia agitur de re periculoſa.& habetur etiam in c.iurauit. extra de teſti. Verũtamen ſcias ꝙ ille qui vult ꝓducere tales teſtes poſt didicita teſtificata debet prius iurare ꝙ dictos teſtes nõ ſubornauit, alias non admitteretur ad producendum dictos teſtes.iſtud fuit ſing.verbũ Bal. in c.iurauit.extra de teſti.in iij.col. verſi.nota quod matrimonium.quod not.quia forte adueniẽte caſu pauci procuratores vel aduocati animaduerterent ad hoc.Et iſtud dictum ibi magnificat d.Fely.quem vide.

129 Dum eſſem alias in partibus Ianuenſiũ vbi moram traxi in officio fui interrogatus de tali caſu.Quædam mulier intrauit monaſterium monialiũ vt Deo ſeruiret, & in eo monaſterio fecit profeſsionẽ, poſtea vt plerunq; accidit inſtigante diabolo iſta monialis exiuit monaſterium & proiecto habitu

ſe tranſtulit ad diuerſas partes, tandē incognita in terris eccleſiæ, neſcio vbi iſta ſe tradidit nuptui, & marito dedit plura bona q̃ habebat in dotē poſtea per aliquod tempus mortua eſt hæc mulier ſine filijs & ab inteſtato, modo maritus petebat dimidiū dotis ſtante ſtatuto ꝙ mortua vxore in matrimonio vir lucretur medietatē dotis, venientes aūt ab inteſtato petebāt omnia bona iſtius mulieris, dubitabat ad quē pertineret talis dos & talia bona. Reſpondi interroganti, ꝙ omnia bona ſua ſpectabāt ad monaſterium & nō ad venientes ab inteſtato nec ad maritum, nā venientes ab inteſtato erāt excluſi per aut. ingreſsi. C. de ſa. ſan. eccl. maritus aūt erat excluſus ab illa parte dimidia dotis q̃ marito dabat ſtatutū, eo quia ſtatutum vel pactū de lucranda dote non habet locū q̃n matrimoniū eſt illicitum habens perpetuam cām prohibitionis ēt ſi ignoranter ſit contractū, vt i caſu noſtro ſecundū Bal. multum ſing. in c. iurauit. in j. col. & ibi d. Fely. extra de proba. ꝙ ēt voluit idē Bal. in l. j. C. de condi. ob cau. & Ang. in. §. aſcripto. in authen. de nup. de quo per Ludo. Ro. in l. ſi cū dotē. §. fi. ff. ſo. ma. & per Bal. aliquid in l. fi. ff. de leg. j. & per Ang. qui vr̄ contrariari in l. ſi adulteriū cum inceſtu, in. §. quare. ff. de adul. Et per iſta credo ꝙ poſtea monaſteriū ſucceſſerit in totū excluſo marito & excluſis venientibus ab inteſtato q vt intellexi conabantꝰ ꝓbare qđ illa iuridice non erat ꝓfeſſa, licet morā traxiſſet in monaſterio & detuliſſet habitū, ſed quid ſecutū fuerit i d. cāme latet, qa mea quoquo mō nō intererat.

130 Dixi ibi ſuperius in ſing. cxxj. ꝙ multis modis filij naturales legitimanꝰ. Sed nūc dico tibi vnū, ꝙ filius naturalis quoties pōt legitimari per ſubſequens matrimoniū nunꝗ pōt legitimari per reſcriptum principis. Ita dixit ſing. Bal. in c. per tuas. de maio. & obedi. alleg. tex. ſing. in auth. quib. mo. nat. effi. legi. in. §. cum igitur. quod eſt notabile.

131 Tu ſcis ꝙ filius naturalis tautū excludit ſubſtitutū, vt h̄r in l. ex facto. in. §. ſi quis rogatus. ff. ad trebel. & in l. cū pater. §. volo. ff. de leg. ij. & in l. j. C. de cond. inſer. & in l. generaliter. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac. Qđ tñ limita niſi eccleſia eſſet ſubſtituta, qa ipſa eccleſi. ſic ſubſti. non excluderetꝰ per filios naturales tm̄, iſtud fuit ſing. dictū Bald. in c. in præſentia. in pe. col. extra de proba. & dicit hoc procedere ēt ſi talis filius naturalis eſſet legitimatus ab imperatore, & hoc propter dignitatē eccleſiæ. quod dictū multum cōmendat d. Fely. in d. c. in præſentia. in ix. col. & dicit ſe hoc dictum alibi non legiſſe.

132 In alienatione rerum eccleſiaſticarū immobiliū requiritur ſolennitas, de qua in c. ſine exceptione. xij. q. ij. & in authē. hoc ius porrectum. C. de ſa. ſan. eccle. Scias tñ quod duo ſunt caſus in quibus talia bona eccleſiaſtica poſſunt alienari ſine tali ſolēnitate. primus enim caſus eſt, nam fratres mendicātes ſunt incapaces bonorū immobilium, vt in cle. exiui. de verb. ſig. & legatū rerū immobilium eis factū non valet, niſi quantum ad eſtimationē, vt voluit Bar. & Bal. poſt Iac. de Are. in l. apud iulia. §. fi. ff. de lega. j. & in l. ſi res. & in l. fideicom. §. ſi ſeruo. ff. de leg. iij. & Bart. in trac. minoricarū. in j. parte. & ego latius dixi in l. ſi in ſingulos. in pen. col. ff. de annu. leg. vbi videas. Et ideo ſubdunt doct. in dictis locis ꝙ licet fundus nō poſsit ſimpliciter mendicantibus relinqui tñ poterit eis relinqui vt illū vendant, & in neceſsitatibus ſuis pretium conuertant. ad quod allegant gl. no. in c. j. in verbo, domum. de relig. domi. li. vj. & idē tenet d. An. in c. in præſentia. in vij. col. verſi. Quintus caſus. de ꝓba. & Bald. in auth. ingreſsi. in vij. col. C. de ſacroſan. eccle. & in l. cum quæſtio. in fin. C. de leg. & Ludo. Ro. in l. antiſtius. §. fin. ff. de acqui. hære. Et hoc caſu in venditione taliū bonorum immobilium non requiritur ſolēnitas. c. ſine exceptione. Ita ſingu. dixit Bal. in authen. ſi qua mulier. in iiij. col. C. de ſacroſan. eccl. poſt Guil. de Cu. in d. auth. hoc ius porrectum. & Bal. in c. cum cauſa. circa fi. extra de ſen. & re iudi. Alius eſt etiam caſus in quo dicta ſolennitas non requiritꝰ, videlicet q̃n eccleſia eſſet coacta alienare rē, vtputa ſi eſſet grauata alienare fundum per fideicommiſſum, nam hoc caſu alienabit ſine ſolennitate alias requiſita. ita dixit multum no. Lap. alleg. xxvj. incip. diſputat primo &c. poſt me. quę dicta refert & ſequitur Fely. in c. in præſentia. in xxvj. col. in fin. de proba. non tñ alleg. Bal. in d. c. cū cauſa. quē ego ſolus in hac materia allego.

133 Affinitas repellēs a teſtimonio & admittens ad agēdum ſine mandato, iuxta l. ſed & hæc. ff. de procu. & l. exigendi. C. eod. debet eſſe per lineam aſcendentem vel deſcēdentem, non autem ſufficit eſſe per lineam trāſuerſalem. Ita ſing. dixit Inno. & Ioan. Andr. in c. nonnulli. de reſcript. quod dictum pro valde nota. refert & ſequitur Ang. in conſil. ſuo cxciiij. incip. Viſis proceſsibus &c. in ij. col. vbi dicit ꝙ ita intelligitur & limitatur. l. ſed & hæc. ff. de procu. quod eſt valde *no. in practica. (Et illud dictū Ang. refert &

ſequitur Iaſ.in repeti.l.admonendi.in lxxj. col.poſt medium.de iureiur.& in hac mate ria vide Alex.in conſil.clxj.inci.viſo.in pe. col.in fi.in vj.volu.)

134 Tu ſcis ꝙ propter ſterilitatem cōducto ri fit remiſsio canonis, vt habetur in c.pro pter ſterilitatem. extra de loca.l.licet.cum vulgari.C.eo.ti.Sed pone quod augetur in troitus rei locate ipſi conductori aliquo mo do an tali caſu dñs poſsit petere maiorē pē ſionem? & videtur dicendum ꝙ ſic.primo, quia cōtrariorum eadem eſt natura,iuribus vulgaribus,ſed ſi venit ſterilitas et diminua tur introitus fit remiſsio canonis,et diminui tur penſio,vt in dictis iuribus,ergo creſcen te introitu debet creſcere penſio, Secundo, quia eum ſequuntur commoda quem ſequū tur & incommoda,& econtra l.ſecundū na turam.ff.de reg.iur.cum concor.ſed in con trarium eſt veritas ſecundū Ang.ſing.in l.le gem.C.loca.vbi ſingu.dixit ꝙ penſio fundi locati non eſt augenda,etiam ſi fundus con ductus creuerit per alluuionem. quod dicit ibi Ang.eſſe not.dignū,& dicit hoc voluiſſe ibi Cy.ꝙ teneas perpetuo menti ad limita tionem dictæ reg. eum ſequuntur commo da &c. licet contrarium teneant dicta per Ang.in auth.vt determi.ſit nume.cle.in fin. quem refert d.Fely.in c.cum M.Ferrarie.in prin.iij.col.de conſti.& vide etiam Ang.in l.ſi quo.in.§.& ſi fideiuſſores.ff.de peti.hæ redi.Et pro ampliatione huius limitationis adduci pōt quod voluit Pau.de Ca.in conſi lio ſuo xvij.incip.in cauſa quæ vertitꝰ Par me.in vlt.col.verſi.Idē ſi pretium. Et Abb. in c.quāto.extra de cenſi. vbi dixit ꝙ ſi for narius ſe obligauit coquere panem alicuius familiæ pro x.in anno: & his ſtantibus au geatur familia aliquibus perſonis ꝙ non po teſt petere maius ſalarium,ratio eſt,qa iſtud pēdebat a fortuna, & ideo ſi diminuta eſſet familia per mortem vel per abſentiam nō deberet ipſe fornarius habere minus. Ita pa ri ratione dicendum eſt in dicto caſu allu uionis & in fornario,vt dixit Cyn.in l.non modus.C.de ſerui.& in l.placet.in fin.C.de ſacroſan.eccle.& Pe.de Ancha.in d.c.quan to.de quo vide latiſsime per d.Barth.Cæp. in trac.ſuo de ſerui.vrb.prædi.ſub rubri.de furno.in ij.col.verſi.Quinta quæſtio.&c.de quo dixi ego in repeti. rub.C.de probatio. in lxxxij.col. & in l.a vobis quoque.in iij. char.ff.de ann.leg.vbi late poſui materiam incertitudinis.& faciunt optime dicta ꝑ do. Alex.in conſil.ſuo incip. In occurrēti caſu. in iij.col.ij.vol.& per Bar.in l.ſeio amico.in fi.principij.Et ibi dixi.ff.de annu.leg.

135 Quæro de notabili & quotidiano dubio, ſtatuto cauetur ꝙ inſtrm̄ debiti guarentigia tum habeat executionem paratam,pone,tu petis a me centum ex aliqua cauſa,puta mu tui uel depoſiti,ego coram notario cōfiteor me debitorem tuum, ex illa cauſa notarius facit ſolēne inſtrm̄ huius confeſsionis meæ, an tale inſtrumētum habebit executionem paratam vigōre dicti ſtatuti? in quo breui ter dicas ꝙ non, nam iſtud non dicetur in ſtrumentum debiti,ſed potius inſtrm̄ confeſ ſionis debiti quod ſumit vires tm̄ a die talis confeſsionis & nō antea.ita ſing.dixit Ang. in l.ſi fideiuſſor.poſt prin.C.de fideiuſ.quod nota.quia faciet tibi honorem ſi ſcies practi care.(Vide tamen omnino quę dixi infra in ſing.cccclxxxiiij.inci.ſi vera loqui fas eſt.)

136 Longa profecto diſputatio eſt inter do ctor.an donatio cauſa mortis ſit contractus vel vltima voluntas, de qua quæſtione ha betur per doc.in l.fi.C.de dona.cau.mor.& in l.ij.ff.de do.præleg.& inſti.de donatio.in prin.& in l.vnica.ad fi.C.de cadu.tol. & in l.quæ ſub conditione.§. hoc edictum.ff.de condi.inſtitu.& habetur late per d.Ioan.de Ana.in c.quia in omnibus.in xxj.col.in ver ſi.quarto quæritur.extra de vſur.& per d.Ale xan.in l.ij.in prin.ff.de verb.obli. Sed pro opi.ꝙ ſit magis vlti.volun.q̄ cōtractus,quę videtur communior ſecundum Lud.Ro.in conſi.lxxv.inci. Neſcio &c.tene menti no. verbum,ꝙ ſicut legatum reuocatur ſi teſta tor voluntarie alienauit rem legatam,vt ff. de adi.leg.l.rem legatam. & l.fideicōmiſſa. §.ſi rem.ff.de leg.iij.ita etiam intelligitꝰ re uocata dona.cau.mortis,ſi ipſe donans rem donatam voluntarie nulla neceſsitate cogē te alienauerit.ita ſingu.dixit Dy.in l.ſtichū qui meus erit.ff.de leg.j.quod dictum tene menti perpetuo,quia eſt aureum, ſecūdum Bal.in d.l.ſtichum.vbi dicit alibi non vidiſ ſe iſtud dictum,quod dictum etiam refert et ſequitur pro valde ſing.do.Alexan.in l.nō omnis in prin.ff.ſi cer.peta.ſubdens ꝙ eadē ratione ſi ſuperuenerint inimicitię inter do nantem cauſa mortis & donatarium induce tur reuocatio dona.ſicut cōtingit in legato, vt in l.iij.in fi.cum l.ſeq.ff.de adi.leg.

137 In iure clarum eſt quod eximens aliquē de manibus familię teneť ipſe ad illud debi tum ſoluendum ad quod tenebatur captus tanq̄ ſi pro eo fideiuſsiſſet. text.eſt not.in l. quoties.C.de exac.tribu.lib.x.& ibi doc.et voluit Bald.in l.addictos.C.de epiſ.audi.& Ang.de Are.in.§.pœnales.inſti.de act.doct.

in l.j.ff.ne quis eũ qui in ius voc.eſt vi exi. & voluit Bar.Bal.Ang.& Pau.de Caſt.in l.ſed eximendi.& in l.ſeq.per illa iura.ff.ne quis eũ qui in ius voc. Sed tene menti vnũ quod eſt fortius,videlicet ꝙ nedum ille qui de facto eximit recte captum de manibus familie tenetur creditori ad ſolutionem illius debiti tanquam ſi fideiuſsiſſet,ſed etiam ille qui notificauit debitori alicuius ꝙ aufugere deberet, quia creditor ſuus ordinauerat facere eum capi & detineri,tenetur creditori ad ſoluendum debitum illud ſi talis debitor fugam arripuit.ita notabil'r dixit Pe.de Anch.in conſi.ſuo cccxlj.incip.viſo themate.in fi.& Bar.in c.dilectis.in iiij.col.de appel.& ibi Car.Alex.& Ioan.de Ana.in conſi.lv.incip.quia dubia &c.in fi.ver.de quo dicto feci mentionem anno præterito in repe.mea. rub.ff.de fideiuſ.in vij.col.in prin. quod dictum non memini me alibi vidiſſe, ideo tene mẽti,quia quotidie occurrit in facto uide tñ quæ dixi ſupra in ſing.xliij.inci.
* debitor. (Vide Iaſ.in l.j.§.quod prætor.in ij.col.ne quis eum &c.Barb.in conſi.lxxvj.incip.ſapienter.in iij.& iiij.col.in v.vol. & vide infra in ſing.ccclxvj.inci.aliqua.)Qua autem pœna puniatur eximens reum criminis vide Bal.in l.cuiuſque.ff.ad l.iul.maieſt. & Alexã.conſi.xxxv.inci.viſo thema.in ij.colũ.in ij.volu.& infra in ſingula.cclxxiij.incip.notiſsimum.

138 Iudex vnius territorij mandat executioni ſnĩam iudicis alterius territorij mediantibus literis ipſius iudicis qui tulit ſententiã, & hoc qñ bona ſunt ſita in territorio iudicis cui litere diriguntur.ita habetur in l.a diuo pio.§.ſnĩam.& ibi per doct.oẽs.ff.de re iudi.in l.fi.ff.de iuriſ.om.iudic.in c.romana.§.contrahentes.de fo.compet.& ego alias ſententias infinitas mandaui executioni ad petitionem aliquorũ iudicum dum fui iuſdicens iñ pluribus & diuerſis locis ac ſepius ſententiæ meæ eodem modo in ſubſidiũ iuſtitie mediantibus literis meis fuerunt miſ-
* ſe executioni,quia ita iura requirunt. (Vide in materia iſta Bart.in conſi.ccccl.incip.quidam in terra Burgi &c.in ij.vol.& Iaſo.in l.properandum.in.§.ſin autem reus. in j.& ij.col.C.de iudi.)Pro quibus faciũt dicta per Alb.Gand.in ſuo trac.maleſi.ſub rubri.de cita.in maleſi.fac.in ij.col.verſi. ſed ego non puto.& vide Ang.in l.cum vnius.§.pe.ff.de bon.aut ho.iudi.poſ. Tene tñ menti ꝙ iſtud procedit & habet locum qñ iudex alterius territorij pronunciauit ſecundum leges, ſecus autem ſi pronunciauit & ſententiauit ſecundũ ſtatuta loci ipſius iudicis, quia tunc iudex alterius territorij non tenet talem ſnĩam mittere executioni iſtud fuit ſingu.dictum Bal.in l.j.in fi.uerbis.C.de cõfeſ.& eiuſdẽ Bal. licet non tam clare.l.j.in iiij.q.C.ne fil.pro pa.quam doc.pro valde not.refert & ſequitur d.Alex.in d.l.a diuo pio.§.ſnĩam.in j.addi.in iij.col.verſi.ſecundo limita.ff.de re iudic.& Paleotus in l.j.in fi.ff.de offi.aſſeſſ.quod tene menti, quia poteris impedire executionem plurium ſententiarum ad quas iudices nõ animaduertunt. Et teneas menti ꝙ talis iudex alterius territorij, cui litere diriguntur vt in ſubſidium iuris exequatur talem ſnĩam, poteſt de iniquitate talis ſnĩæ cognoſcere, & ſi viderit talẽ ſententiam iniquam, aut de hoc vehemẽter ſuſpicetur,non debet illam executioni mãdare. ita dixit Ang.in l.ſi vt proponis.C.de execu.rei iudi.quod dixit eſſe valde quotidianum. ad quæ faciunt quæ dixi in l.j.§.ſi quis vltro.in vj.char.ff.de quęſtio.& in hac materia vide Pau.de Ca.in l.omnis.in.§.nihilominus.C.de epiſ.& cle.

139 Dixi tibi ſuperius ꝙ appellatione filiorum veniunt naturales tm̃, & plures caſus in quibus tales filij naturales veniunt ponit do.Fely.in c.in præſentia. in x.col.de ꝓba. Tene tñ menti vnum not.caſum in quo appellatione filiorum non comprehendit naturalis tm̃, nam ſi pater habet inimicitiã cũ aliquo,& ſecum facit pacem & præſtat cautionem pro ſe & filijs de illo non offendendo, non tenetur de offenſa poſtea illi illata per filium naturalem tm̃.ita ſing.dixit Cy.in l.cum pater.§.volo.ff.de leg.ij.quod dictum refert & ſequitur d.Fely.in d.c.in pręſentia.in x.col.circa med.verſi.& adde ꝙ ſi pater. pro quibus faciunt optime dicta per d.Ant.in addi. Spe.in ti.qui fil.ſint legi.ſub rubri.vbi dicit ꝙ ſtatutum diſponens ꝙ pater teneatur emendare damnum datum per filium non comprehendit damnum datum per filium ſpurium. quod dictum ſequitur Albe.de Roſa.in j.parte ſtatu.q.xlix.incip.item ſuppoſito. & in q.lxj.incip.item quæro.in j.parte ſtatu.& in c.per venerabilem.in xxxij.col.qui fil.ſint legi.& Ioã.de Imo.in l.lucius.in.§.fi.ff.de leg.ij.vbi plus etiam dicit ꝙ tale ſtatutum etiam non habebit locum in filio naturali tm̃, de quo etiam per eum in l.ex facto.in.§.ſi quis rogatus.ff.ad treb.& per Lud.Ro.in l.ſi filio.la ij.ff.ſolu.matri.& per d.Alex.qui alia plura refert in conſil.ſuo lx.incip.viſa legitimatione.in v.col.in ij.vol,vbi videas,licet contrarium fa

ciant dicta per Ang.de Are.inſtitu.de hære. quæ ab inteſt.in.§.interdum, circa fi.& per Pet.de Ancha.in conſi.ſuo clxxxvij.incip. ✻ apud me quæſtio iſta. (Et dicta per Iaſ.in l. ſi is qui pro emptore.i lxix.col.ff.de vſuc.) Et vide plura ad materiam iſtam facientia per d.Alex.in l.fi.in apoſtil.C.de verb.ſig. Tene menti perpetuo quia ſingularia ſunt & de pane acquirendo.

140 Teſtis qui offert ſe ad teſtificandum cõtra aliquem præſumitur ſuſpectus, & ideo repellitur ſecundum Bar.in l.poſt legatũ.§. his vero.ff.de his quib.vt indig.Iac.de Bel. in.§.ſi vero ignoti.per illum tex.in authen. de teſt.Bal.in auth.ſed nouo iure.in j.col.C. ſi cer.peta.& in l.qm̃ liberi.in prin.C.de teſt.& Bar.in l.vxori.ff.de fal.& in l.quę omnia.ff.de procu.& Abb.in c.cũ P.circa fi.de accuſ. Attamen limita & reſtringe hoc non habere locum qñ eſſemus in materia in qua ageretur de peccato euitando,quia tali caſu teſti ſe offerenti creditur.ita ſingul.dicit Ioan.de Imo.in c.iurauit. per illum text.de proba.quod dictum pro valde no.refert & ſequitur d.Fely.in c.ij.in viij.col.circa me. extra de teſti.vbi ſubdit ꝙ ita poteſt intelligi tex.in c.cum in tua.de ſpon.in verſi.ſponte oblata.& facit ſecũdum eum.c.prętcrea. el ij.eo.ti.& ibi ponit etiam aliam limita.nota.ad illud quod teſti ſe offerenti.

141 Audiuiſti forte alias a præceptoribus tuis q̃ plures effectus iuramenti, ſed forte non audiuiſti vnũ quem volo te docere tanquam pulchriorem & vtiliorẽ cæteris,ideo aduerte & tene menti ꝙ ſi iuramentum eſt appoſitum per debitorem vel per ſe obligãtem in ipſa obligatione, tunc nunq̃ poteſt talis debitor opponere præſcriptionem, ita ſing.dixit Lud. Rom.in repe.l.j.in iij.char. verſi.& adde duas no.caute.ff.de vſuc.vbi dixit quod ad hoc vt impediatur præſcriptio cautela eſt,ꝙ in fine inſtrumenti apponatur iuramẽtum,quia tunc eſt ſublata præſcriptio, nam iuramentum perpetuat actionem,alleg.tex.quem dicit ſing.in l.nã & poſtea.in.§.ſi damnetur.ff.de iureiur.quẽ tex. dixit ipſe ibi quod allegauit ad hoc Ang.in voce.& reſpondet ibi Ludo.Ro.ad ea quæ contra hoc dictum poſſent adduci quæ non refero breuitatis cauſa. Et ita alias iam pluribus annis elapſis habui & obtinui in contingentia facti in hac ciuitate, & fuit mihi neceſſe portare Lud.Ro.in pallatio in d.l. j.quia iudex noluit mihi credere quod hoc ✻diceret Lud.Roma.(Idem dixit Baueria.in xxix.priuile.iuramẽti,quem vide,)Sed poſtea inueni.d.Iaſ.hanc partem tenentẽ in.§. ſed aliqñ.inſti.de vſucap.in ſuis addi.ad d. Chriſtofo.Por.in vj.addi.quæ incip. Adde vnum notabile in materia.Et ſubdit ibi ipſe ꝙ hoc colligitur ex no.per do.Anto.poſt Hoſti.in c.ſi diligenti.extra de præſcrip. & dicit ꝙ pro hoc faciunt not.per Bar.in l.nã & poſtea.§.ſi is qui.ff.de iureiur. & illud dictum ẽt approbat d.And.Barb.in conſi.ſuo xx.inci.viſo puncto.in pe.col.in iiij.vol.Et do.Barth.Soci.in conſil.ſuo lxxxvj.inci.in cauſa cõmunitatis &c.in v.col.verſi.ſecundo probatur dicta concluſio. Quod dictũ tene cordi,quia aureũ & vtile eſt.de quo ego etiam dixi in repe.mea.l.fi.C.de probat.in xxxv.char.vbi plures notabiles effectus iuramenti cumulaui. Et ad prædicta faciũt dicta per d.Fely.in c. quoniam.in iiij.col.poſt prin.extra de præſcrip.

142 Cautum eſt de iure ciuili ac ẽt conuenit iuri naturali ꝙ quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio,vulgata.l.de etate.§.ex cauſa.ff.de interrog.act.habetur in c.pe.de cle.non reſi.& in c.ſuggeſtum.de deci.& in l.ex facto.ff.de vulg.& pup.& facit optime tex.no.in l.ſi hominem.ff.man.cũ multis ſi. ✻(Vide infra in ſing.ccxxxiij.inci.quę de nouo &c.& omnino Deci.in conſil.cccxxxv. inci.viſo.in ij.col.)Et adeo eſt vera hæc regula,ꝙ licet exceptio excuſsionis ſit dilatoria,vt habetur in l.peremptorias.C. ſentẽ. reſcin.non poſ.& in c.inter monaſteriũ. de re iudi.& in l.ita demum.C.de procu.cũ ſi. & ſic debet opponi ante lit.conteſt.vt in dictis iuribus,attamẽ ſi prius fuit facta excuſſio contra debitorem principalẽ,& ipſo nõ reperto ſoluendo creditor velit agere contra fideiuſſorẽ vel contra extraneos poſſeſſores, & interim ſuperueniant bona de nouo debitori principali poterit ipſe fideiuſſor vel tertius poſſeſſor contra quem ageretur de hoc excipere & petere quod de nouo fiat excuſsio contra ipſum principalem, ita ſing.dixit Cy.poſt Pe.in auth.præſente. C.de fideiuſ.in pe.q.& Bal.& Pau.de Caſt. in l.fi.§.j.ff.ſi cer.pet.& Bal.in d.l.perẽptorias.idem voluit d.Alex.in conſi.ſuo c.inci. diſcuſsis.in pen.col.in v.vo.& ibi alia nor. ſubdit in materia, quæ vide. de quo latius dixi in conſi.meo lj.incip.ſuper articulo.in iiij.char.& dixi anno præterito in repe.rubri.ff.de fideiuſ.viij.col.vbi videas.

143 Filio baſtardo non poteſt recta via ſeu directe aliquid relinqui a patre.authẽ.licet. C.de natu.libe.l.ſi.co.ti.§.ne igitur.in auth. quonio.natu.effi.ſui,habetur per ſcriben.in

c.cum haberet.extra de eo qui duxit in matri.quam pol.per adul.ſecus autem eſt in nepote legitimo nato ex ipſo filio baſtardo, vt volunt doc.in dictis locis.Sed ſcias tamē quod licet legitimus natus ex ſpurio poſsit inſtitui vel ei relinqui ab auo, iſtud tñ non habet locū in nepote nato ex filio inceſtuoſo qui a nullo ex parentibus inſtitui poteſt. ita ſingu.dixit Bal.in c.in præſentia.in viij. col.de probat.vbi dicit quod de hoc eſt caſus vnicus in iure in l.ſi quis inceſti.C.de inceſt. nupti.

144 Error in nomine appellatiuo nō vitiat actum ſeu diſpoſitionem dummodo de corpore conſtet. ita habetur per ſcriben.in l.ſi quis in fundi vocabulo.ff.de legat.j.& in l. his verbis.§.fi.ff.de hære.inſti. & per doct. poſt gl.in l.quæ extrinſecus.ff.de verb.obl. Et ideo tene menti ꝙ ſi quis, puta Titius, fuit exbannitus ex ciuitate propter homicidium,& in banno iudex errauit,quia debebat dicere ꝙ bāniebat Titium de Mutina, quia erat de Mutina, & dixit Titiū de Ferraria & ſic errauit in nomine patriæ, attamen valebit tale bannum ſi conſtat de corpore & de maleficio per eum commiſſo.ita ſingul.dixit Ang.in d.l.his verbis.§.fi.ff.de hære.inſti.vbi refert alias quendam hic Boniç fuiſſe decapitatū,quia erat deſcriptus in numero bānitorum tanꝗ eſſet de vna ciuitate cum eſſet de alia,& ipſe propter hoc nō credebat eſſe bannitum,attamen fuit captus & decapitatus & iuſte.ſecundum Ang. ibi.ex quo conſtabat eum fore citatū & maleficium cōmiſiſſe. & iſtud dictum refert & ſequitur pro valde no.Barba.in c.ſignificante,in iiij.char.de reſcrip.

145 Frangenti fidem fides frangatur eidē.l. quæro.§.inter locatorem.ff.loca.cum ſimi. Attamen teneas menti ꝙ licet tranſactio ſit facta animo nouandi & ex ea pignus datum ſit, ſi tñ tranſactio non ſeruatur pignus non reſtituitur,ſed pro obligatione nouata retinetur quod eſt valde notatu dignum.ita ſingu.dixit Ang.in l.eſt differentia.ff.in quib. cau.pig.ta.contraha.& vide Ang.de Are.in §.item ſeruiana.in iij.col.verſic.quæro an inuecta &c.inſti.de act.

146 Creditor non pōt cogi ante tempus ad recipiendā pecuniam ſibi promiſſam niſi īterſit debitoris,vt habet in l.ſi pecuniam.ff. ſi cer.peta.& in l.titius.ff.quæ res pig.obli. poſ.& in l.qui romæ.in prin.ff.de verb.obl. Scias tñ in hac materia ꝙ licet aliquo caſu creditor cogi poſsit recipere pecuniam ſibi debitam ante tēpus, attamen qñ aliquis debet recipere aliquid ab aliquo ꝙ curſu temporis deteriorari pt, vt vinum,granū,oleū, & ſimilia, nunꝗ hoc caſu cogitur recipere ante tēpus.iſtud fuit ſing. dictū Guil.de Cu. in l.comparationes.C.de fi.inſtr.quod dictū pro valde not.refert & ſequitur Ang.in d. l.titius.in fi.ff.quæ res pig.obli.poſ.de quo etiam aliquid per Pau.de Ca.in l.item quia in fi.ver.vltimo quæro.ff.de pact.

147 Filius præſens & tacens obligatur ex matrimonio contracto per parentes ſuos.c. vnico.de deſpon.impub.lib.vj.& hoc pcedit & inductum eſt fauore matrimonij & fauore parentum , ſecus tñ eſt in alijs conſanguineis illius filij vel filiæ,quia licet ſit præſens & tacens nō obligatur ex matrimonio contracto per tales conſanguineos,ſecundū Ioan.And.in d.c.vnico.in nouella.& d.Abba.in c.nonne.de præſum.& in c.j.in vlt.nota.extra de matri.contrac.contra interdict. eccle.Sed hoc dictū limitatur,videlicet niſi cauſa cognita conſtaret filium vel filiam ob reuerentiam parentū vel alterius ipſorū tacuiſſe,quia tunc filius qui tacuit non obligabitur tali matrimonio.ita ſing.dixit d.Abb. in d.c.nonne.in vlti.col.de præſump. quod dictum refert & ſequitur d.Felyn.ibi in iij. col.& de eo facit magnum feſtum dicens ꝙ nunꝗ obliuiſcaris hoc dictum,quia iſtud dictum ipſe alibi nō legit, & quod iſtud dictū ✻ eſt aptum infringere mille ſponſalia.(Vide infra in ſing.ccxv.inci.validū eſt argu.& in ſing.cccxlvij.incip.matrimonium &c.)

* (Vide Socin. in conſi. xc. incip. Viſis. in iiij. col. in iiij. volu. Baueriam in lvj. priuilegio iuramenti.) Pro quibus optime facit tex. in c. j. circa med. extra de frigi. & malefi. coniuncto tex. in c. continebatur. de deſpon. impube. & facit tex. in l. comparationes. circa fi. C. de fide inſtr. & ibi dixit. Pro quibus faciunt dicta per Io. de Ana. in d. c. ſignificaſti. el ij. in vj. col. verſi. Circa ſecundum. de homi. Et faciūt optime dicta per Ang. & Paul. de Caſt. in l. de pupillo. in. §. qui opus. ff. de ope. noui nun. vbi dixerunt quod vbi committitur aliquid conſcientiæ alicuius per legem vel per principem, ſi vult cōmiſſarius ꝙ eius ſn̄ia valeat requiritur quod ad eius ſententiam iuret ꝙ ita dictat ſibi conſciētia ſua, alias non eſt ſtandum eius ſn̄iæ, quod dictum refert & ſequitur do. Alex. in cōſi. ſuo ccxvij. quod incip. Viſis verbis dicti &c. in pe. col. ver. ad prædictorum confirmationē. de quo dixi in repe. mea. l. fi. C. de proba. in

* xxvij. char. (& vide Alexan. in conſi. lxiiij. incip. Viſo proceſſu. in vj. volu.) Et in materia iſta ſeu iuramēti teſtis, tene menti quod etiam papa non pōt diſpenſare quod teſtis in ferendo teſtimonio in iudicio nō debeat iurare. ita ſingu. dixit Aug. de ancho. in lib. de poteſta. eccle. q. lv. arti. vlti. quia hoc eſt de iure diuino ꝙ teſtis iuret, vt habet̃ Geneſis lj. quod dictum pro ſtupendo & canoniſtis incognito refert & ſequitur do. Fely. in c. conſtitutus. in viij. col. de reſcrip. vbi videas & vide quæ dixi in conſil. meo incipi. Non auferas de ore meo verbum veritatis

* domine. in pe. char. (& vide omnino d. Ant. in conſi. ſuo xxj. inci. Viſo &c. in verbo, ad ſecundum. vbi ponit no. verbum.)

215 Validum eſt argumentum de matrimonio carnali ad matrimonium ſpirituale. c. ſicut vir. vij. q. j. c. quæ Chriſto. lvij. q. j. c. inter corporalia. de tranſla. epiſ. voluit Card. in cle. j. in. §. quem etiam. in iij. q. de conceſ.

* præb. (Vide iñ Bertha. in verbo, profeſsio. in xj. verſ. Et ideo dicimus quod qñ mulier ingreditur religionem quod dicit̃ tunc matrimonium contrahi cum eccleſia ſeu cum

* Chriſto, d. c. quæ Chriſto. cum ſimi. (Vide in hac materia matrimonij ſupra i ſing. cxlvij. incip. Filius præſens &c. & infra in ſingula. cccxlvij. incip. Matrimonium.) Et pro hac parte quod a pari procedat matrimonium carnale & ſpirituale optime facit illa deciſio doctorum volentium quod ſi teſtator in teſtamento ſuo reliquit filiæ mille ſi nupſerit, & ſex centum ſi religionem intrauerit, ꝙ ſi ipſa filia intrauerit religionem tñ debebit habere mille ac ſi matrimoniū carnale contraxiſſet, vt voluit Io. And. in addi. Spe. in ti. de ſtatu mona. ſub rubr. & d. An. & alij in c. in præſentia. de proba. in xx. colum. & Bal. in l. ij. vbi vide Soci. ff. de his quæ pene no. & Lud. Ro. in l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. in vij. col. verſic. venio ad idem. ff. de verb. obli. & Abb. in repe. c. eccleſia ſanctæ

Mariæ.in xxxj.col.de cõſti.& Alb.de Ro. in j.parte ſtatu.q.cv.& q.ſeq.& Bal.in d.c. j.in præſentia.in vj.col.verſic.ſed quid ſi teſtator.& Math.in not.ſuo lij.quod inci.no.

* quod ſi teſtator. (& Iaſ.late in authẽ.ſi qua mulier.in ij.& iij.col.C.de ſacroſan.eccle.) & volunt alij plures doc.quos retuli.in repe.mea rub.ff.de fideiuſſ.in xx.col.vbi poſui hanc q.& teneas mẽti quod adeo eſt verum ꝙ validum eſt arg.de matrimonio carnali ad matrimonium ſpirituale, ꝙ ſtatutũ puniens aliqua pœna cognoſcentem mulierem nuptã haberet locũ in cognoſcente monialem.Ita dixit quidã d.Dionyſius de Peru.in conſi.ſuo xx.incip.& ſi doctrina cecũ illuminet.quem refert & ſequitur d.Maria. Socin.in d.c.qualiter & q̃n.el ij.q.viij.arti. pe.quos refert & ſequitur d.Fely.in c.nõ ſatis.de ſimo.licet iſtud dictum reprobet ipſe do.Fely.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſti.in xxxj.col. Attamen opi.d.Maria.videt̃ cõmunior & fauorabilior eccleſijs & perſonis eccleſiaſticis ac iuri diuino, quam opi.ẽt firmat Bal.in c.cauſam matrimonij. in vlti. col.de probat.tene eam menti,quia eſt not. verbum. Adde tñ quod tale argumentũ de matrimonio carnali ad matrimonium ſpirituale non procederet vbi eſſet damnoſum vel contrarium eccleſiæ,per doctrinã Bald. in l.deo nobis.C.de epiſ.& cleri. Vbi dixit ꝙ ſi maritus relinquit vxorẽ ſuam dominã maſſariam & vſufructuariam donec caſte et honeſte vixerit & vitam vidualem ſeruauerit ſi ingrediatur monaſterium nõ perdit legatum,& tunc ceſſat dictum arg.de matrimo.carna.ad ſpiritua.quia eſſet cõtra eccleſiam,quod dictum pro ſingulari refert & approbat d.Fran.de Cre.in nota.ſuo cxlij.incip.Maritus reliquit.& dixit iſtud dictũ forte non eſſe alibi.Et ad ſupradictam materiã de matrimonio carnali & ſpirituali facit in arg.gl.in c.aut facta.in verbo, parentem.de pœ.diſt.j.quę dixit ꝙ eadem pœna punitur occidens patrem ſpiritualem qua punit̃ occidens patrem naturalem.quam glo.ad hoc refert & ſequitur do.Par.de Pute.in tracta.

* ſynd.in xvj.char.in iij.colũ.(Vide omnino quæ dixi & quæ poſtea addidi in l.diuus Hadrianus.in fi.ff.de parri.)

216 Vbi agitur de his quæ concernunt commodum burſæ publicæ ſententia pro delicto lata contra vnum nocet tertio, adeo quod ſine nouo proceſſu vigore dictæ ſententiæ poteſt deueniri contra tertium qui ſe tueri non poteſt,ex eo ꝙ non fuerit ad cauſam citatus,Ita habetur in l.j.C.vbi cau.fiſca.l.gl.quis.C.ad l.iul.maieſta.c.cum ſecundum.de here.in vj.& not.plene per Barto.in diſputatione ſua incip.Peruſinæ ciuitatis ſtatuto. & in l.cum filius.in prin.ff.de verbo.oblig. & per Bal.in l.j.C.ne filius pro patre.& in l.fi.§.j.C.de bo.quæ liber.& per Bal.in addi.Specu.in titu.de ſenten.prola.in xvij.colum.& per Saly.in l.ſi filius.C.ne filius pro patre.& per Canoni.in c.quanuis.de re iudi.Teneas tamen menti quod etiam in caſu iſto ſententia nulla validata per reſcriptum principis nũquam nocet tertio.Ita multum ſingulariter dixit d.Alexan.in conſilio ſuo cccviij.ſecũdum ordinem meum, incipien. In cauſa quę vertitur inter agentes.in iij.colum.quod dictum pro valde not.refert & ſequitur domi.Felyn.in c.quanuis. in vltimis verbis. de ſenten.& re iudica.quod dicit eſſe proprie notan. propter commiſſiones papæ ſanantes ſæpe nullitates ſniarum.

217 Ter vel quater iam retroacto tempore conſului & etiam quandoq; allegaui in voce & continue obtinui in hoc, videlicet ꝙ quoties occiſus ſeu interfectus non habet niſi vnicum vulnus, & plures fuerunt in rixa,vel mortuus habet minora vel pauciora vulnera q̃ꝫ fuerint numero homines contra eum in rixa,ꝙ ſi neſcitur ex quo vulnere ſit mortuus vel neſcitur quis ipſorum rixantium intulerit vulnus vel vulnera, tunc propter incertitudinem nemo ipſorum rixantium debet puniri pœna mortis. & hoc per regulam.l.abſentem.ff.de pœnis. vbi melius eſt nocentem abſoluere q̃ꝫ innocentem condemnare.Ita voluit glo.multum ſingularis in l.item mela.in.§.ſi plures.ff.ad legem Aquil. quam gl.pro ſingulari refert & ſequitur do.Alexan.in conſi.ſuo ccxxxvij. incip.Ponderatis narratis in themate.in iij. colum.& dicit quod dictam glo. ſecutus eſt Dyn.conſulendo , quod conſilium Dyn.refert & ſequitur Pet.de Ancha.in conſil.ſuo ccxvij.incipien.In Chriſti nomine, nos Bartholomeus de Salyceto . Et idem quod voluit dicta gloſ. voluit Specu.in titu.de homici.§.primo. verſicu. pone quod quatuor homines.Et idem quod nemo in dictis caſibus puniatur pœna mortis, tenuit Ioan. de Ana.in capitulo ſignificaſti . el ſecundo, in xxiiij.colum.de homicid.& domi.Alexan. in conſilio ſuo xv.incipien. Viſo proceſſu inquiſitionis.in quinta & ſexta colum.in j. volu.vbi allegat hanc partem tenuiſſe Gandin.in ſuo tractatu maleficiorum ſub rubrica de homicid.& Ludoui.Roman.in conſilio ccccj.incipien. Eo propoſito , Et idem

tenet Bal.in cõſi.ſuo lxxij.inci. Præſuppoſi
to quod in ciuitate. in v.vol.vbi remittit ſe
ad dicta per Spe.in ti.de homi.in dicto ver.
Sed pone quod quatuor homines.& in con
ſi.ſuo cccxj.inci.Quidam rumor &c.in iij.
vol.Idem tenuit Rapha.Cuma.in conſi.ſuo
cxxxiiij.incip. Vtſis.in iij.col.& Bald.in re
per.ſuo.in verbo, vulneratus pro vulnere.
in primo verſi.vbi alleg.d.gl.in d.§.ſi plu-
res. quam ibi dicit ſingularem & alibi non
reperiri.& idem dixit ipſe Bal.in d.reper.
ſuo in verbo,homicidium.in vj.verſ.Et idẽ
etiam firmat d.Alex.in conſi.ſuo cclvij.inci
pi.Ponderatis &c. & in conſil.cccxc.incip.
Copioſe.& idem tenet Spe.in tit.de diſpen.
in.§.iuſta. in pe.col.verſic.quid ſi aliquis in
rixa.& ibi Ioan.And.remittens ſe ad Spec.
in d.verſicu.Sed pone quatuor homines.&
idem ẽt tenet d.Fely.in c.ſignificaſti.el ij.de
homi.in iij.col.Pro qua opi.facit gl.in l.j.in
verſi.ſibi dño.ff.ſi quadru.paupe.feciſ.dica.
& gl.in c.nolite.xj.q.iij.& glo.in c.quieſca-
mus.xlij.diſt.Et faciunt ẽt dicta per Alb.de
Roſa.in iij.parte ſtatu.q.lxj.inci. Itẽ quærit
quinq;.& dicta per do.Ioan.de Imo.in cle.j.
extra de homi.in vlt.col.& faciũt dicta per
do.Fely.in c.dilecti filij.in vlt.col.de exce.
& per me in conſil.meo xxij.incipi.Illud in
medium.vbi conſului ſuper hoc dubio pro
hac parte. de quo etiã late dixi in l.a vobis
quoq;. in iij.char.ff.de annu.leg.dum poſui
materiam incertitudinis,& in repe.mea ru-
bri.C.de proba.in eadem materia incertitu
dinis.Ex quibus ſatis conſtat ꝙ propter in-
certitudinẽ,quia neſcitur quis intulerit vul
nus, nemo vt dixi poterit puniri ad mortẽ,
nec aliquis eorum eadem ratione non pote
rit torqueri ad veritatem inueſtigãdam qñ
aliqua indicia non ſunt magis contra vnum
ꝗ̃ contra alium, ne innocens indebite pro
nocente torqueatur.Sed omnia prædicta tñ
ſingulariter limita & reſtringe niſi vnus ip-
ſorũ qui fuerit in rixa ſit male cõditionis et
famæ, vt quia alias commiſit ſimile delictũ
ſeu intulit ſimile vulnus,quia hoc caſu non
obſtãte incertitudine poterit ad veritatem
eruendam ille talis torqueri. Ita multum ſin
gulariter & mirabiliter dixit Saly.in l.fi.in
vlt.col.in verſic.Quæro an ſufficiat.in fi.C.
de quæſtio.& idem videtur velle Guido de
Suza.in trac.ſuo de tormen.in iiij.col.verſ.
* Quæ & qualia indicia.circa fi.(Pro hac do
ctrina facit in ſimili vt no.verbum Catal.in
tracta.ſuo ſyndi.in verſi.ccccxlij.inci. Ad-
de quia ſæpe &c.in fi.ij.col.illius, verſi.vbi
dixit ꝙ fuga facit indicium contra fugientẽ
quando ipſe fugiens eſt alias malæ vitæ &
conditionis alias ſecus.) Tene menti qa eſt
verbum aureum & ſingulare,ex quo multũ
honoris & lucri acquirere poteris in cõtin-
gentia facti ſi eris aduocatus partis offenſe,
nec apud aliquem antiquum vel modernũ
ſupradicta ita diffuſe & copioſe inuenies.
Item limita ẽt prædicta alio modo, ſcilicet
ꝙ nemo punitur pœna mortis in dicto caſu
propter incertitudinem,quod eſt verum qñ
conſtat iſtos rixantes ſeu percuſsores nõ ha
buiſſe animũ occidendi,vtputa qñ talia vul
nera fuerunt facta in rixa & non appenſate
& data opera,ſecus aũt ſi conſtaret eos tra-
ctaſſe, inſultare, & percutere, & occidendi
animum habuiſſe tunc ex voluntate quã ha
buiſſent,et poſtea ex facto ſubſecuto omnes
ad mortem condemnarentur. Ita ſing.dixit
glo.Bar.& Ang.in l.fi.ff.de ſiccar & ibi ego
dixi.& voluit Gandi.in trac.ſuo malefi.ſub
rub.de homici.in iij.col.ver.Pone quæſtio-
nem quã ego multoties vidi circa med.vbi
ſatis plene examinat hanc q.& pro limita-
tione iſta adducit aliqua de quibus ibi per
eum,tene menti rogo,quia iſta uere nõ ſunt
vulgaria nec paruipendenda. Et pro prima
limitatione ſuperius data faciunt optime ꝗ
dixi ſupra in ſing.lxxiiij.inci.Tu habes re-
gulam,vbi plura not.digna adduxi circa il-
lam regulã,qui ſemel eſt malus ſemper præ
ſumitur malus &c.Hipp.de Marſi.I.V.D.

218 Regulam habemus in iure clariſsimã &
vulgatam,quod in dubijs,obſcuris,& ambi
guis ſemper debemus inclinare in mitiorẽ
& benigniorem partem, vt in l.ſemper in
obſcuris.ff.de regu.iur.& in l.factũ cuiq;.§.
fi.eo.ti.& in regula,in pœnis.de regu.iur.in
vj.cum multis ſimi.ibi in gloſ.alleg.& in c.
eos vero.l.diſt.& in l.merito.ff.pro ſoc.&
in l.arrianus.ff.de actio.& obl.de quo latiſ-
ſime locutus ſum in repeti.mea.l.fi.C.de ꝓ-
ba.in vj.char.& in ſeq.ibi.vbi ad iſtud pro-
poſitũ adduxi forſan.lxx.notabiles doctri-
nas,de quo ẽt per Iaſ.in l.fructus.in iij.colũ.
verſi.Tertio adde.cum verſi.ſeq.ff.ſol.mat.
* (Et facit quod voluit Bald.in c.duobus.in
j.col.verſi.quid ſi iudices.de re iudi.vbi di-
cit ꝙ in teſtibus pari numero diſcordanti-
bus præualet benignior pars & do.Fely.in
c.aduerſario tuo.in iij.col.per totũ, de ex-
cepti.)Sed ſcias tñ quod iſta regula non eſt
ſemper vera, ſed fallit in aliquibus caſibus
multum ſingularibus quod perpetuo tene
menti, nam primo fallit hæc regula qñ du-
bitatur, an vulneratus ſit mortuus ex vul-
nere, & ſuper hoc ſunt examinati plures
medici

medici qui diuerſimode deponunt & ſunt
in diuerſis opinionibus, nam hoc caſu iudi
catur contra percuſſorem, & ſic in duriorē
partem. Ita no. dixit Bal. in c. j. in prin. in vj.
colum. quib. cau. feu. amit. & do. Fely. refe-
rens Bal. in c. præsbyterum in j. col. in fi. de
homici. & do. Catildinus in ſuo tract. ſyndi.
in verſi. cclxxxvij. incip. Adde quod quan-
do. pro quo mihi videtur tex. formalis in c.
ſignificaſti el. ij. in . §. fi. de homi. & illud di-
ctum Bal. etiam refert & ſequitur d. Barth.
Cæpo. in conſi. ſuo lxij. incipien. Magnifice
in vlti. colum. licet nemo ad hoc alleget il-
* lum tex. in d. c. ſignificaſti. (Adde tamen qđ
contrarium tenet Bal. in conſi. ſuo cxcv. in-
cip. An vulnus in j. volu. in duobus locis il-
lius conſilij. & Raph. Cu. conſi. cxxxiiij. in-
cip. Viſis in ij. colum. ante med. & Soci. in
conſi. cxxx viij. incip. Primo aſpectu in iij.
colum. ſed cum Bald. tenet Flo. in l. ſi vulne
ratus ff. ad leg. aquil.) Alius caſus, videlicet
quando reperitur confeſſio rei de crimine,
& dubium eſt vtrum confeſſionem illā fece
rit metu tormentorum an ſponte, & ſic ex
conſcientia criminis tūc. in dubio præſumi-
tur potius ꝙ illā fecerit ex conſcientia cri-
minis quam metu tormentorum. Ita notan-
ter dixit Bal. in l. vnica in vij. col. C. de con
feſ. quod dicit eſſe multum notabile, de quo
tamen dicto dubito per ea quæ dixi ſupra
in ſing. 1. Alius eſt etiam caſus, videlicet ſi
queratur vtrum ille cui datum eſt cōſilium
vel mandatum ad malefictum committen-
dum eſſet alias illud facturus necne, & in
hoc præſumitur contra conſulentem, & ſic
ꝙ ille non fuiſſet alias facturus. Ita ſing. di-
xit Dy. in dicta regula, in obſcuris. quem re
fert & ſequitur Bal. in l. ob hæc verba. cir-
ca med. ff. de his qui notan. infa. quos refert
& ſequitur do. Alex. in conſi. ſuo ciij. incip.
Videtur &c. in vij. col. in j. volu. vbi dicit ꝙ
hoc idē voluit Bal. in l. data opera. in xvij.
colum. C. qui accu. non poſſunt. Et voluit
do. Fely. in c. ſicut dignum in iiij. colum. in
fin. verſi. Tertia concluſio. de homici. vbi
alia etiam allegat pro hoc dicto. pro quo fa
ciunt optime dicta per do. Bartho. Cæp. in
conſi. ſuo xxxiiij. incipien. Si vnquam &c.
xviij. col. verſi. Decimo &c. Item adde aliū
caſum, videlicet, in confeſſione quæ poteſt
ſe habere ad delictum & non delictum, quia
interpretatur in deteriorem partem tex. eſt
notab. quem ibi ponderat Ioā. de Ana. in c.
* cum dilecti. de accu. (Contrarium tenet d.
Anto. in c. ex literis in vlti. col. de ſponſa. &
Bar. in l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de verbo.
obli. quos refert & ſequitur Decius in con-
ſil. clxxxix. incipien. Letatus ſum in vij. co
lum. in fi.) Item adde alium caſum quem po
nit Io. de Ana. in c. dilectus filius el. ij. in vij.
colū. de ſimo. vbi dicit ꝙ ſi vniuerſitas vel
aliquod collegium deliquit & non apparet
expreſſe quis fuerit vel qui fuerint qui de-
linquerint; tamen ſtante hoc dubio omnes
puniuntur. Exemplum ponit quando poſi-
tū eſt partitū ad fabas albas & nigras, & ob
tentū eſt partitū ad delinquendū, licet non
ſciatur quis dederit fabas albas ad delictū
cōmittendū, tamen omnes debent puniri,
& hoc ne delicta remaneant impunita. ad
hoc alleg. Barto. hoc tenentē in d. l. aut facta
in. §. fi. in iij. col. ff. de pen. quod multū not.
ad materiā gl. in l. itē nulla. §. ſi plures. ff. ad
leg. aquil. de qua dixi ſupra in ſingulari pro
ximo, licet iudicio meo hoc non dicat Bar.
ſi recte ponderentur verba ſua ibi. Itē adde
ēt alium caſum in quo ſequimur ꝙ durius
eſt qui caſus eſt in notario ſcribēte falſum
inſtrumentū cui abſcindi debet vna manus
nam debet abſcindi manus dextra cū qua
deliquit & non ſiniſtra quæ eſt minus di-
gna & minus vtilis ipſi notario. Ita dixit
And. de Iſer. in c. j. §. ſcriba. de ꝓhi. feu. alie.
per Fed. in vſib. feu. quē ibi refert & ſequi-
tur Cardi. Alex. circa fin. quod dicit notan-
dum eſſe ad limitationem eorū quæ haben
tur in auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi. Et
vide Bal. in l. data opera. in vij. col. ver. Vn
de in caſibus iſtis &c. vbi dixit ꝙ in dubio
in deteriorē partē interpretanda ſunt pro-
pter rigorem iudiciorum conſeruandum.
* (Alium caſum vide per Ang. in l. verum la
ij. ante fin. in verſi. vlt. ſub die ff. de fur.)
219 Obligatio nō cōtinens cauſam eſt ineffi
cax. Ita dixit glo. in l. inſtrumēta C. de pro-
ba. & in l. generaliter. in verbo, cauſa. C. de
non nume. pecu. & voluit Bar. in l. nuda. C.
de dona. & Saly. in l. j. C. de confeſ. Bar. in l.
j. C. de eden. Spec. in ti. de confeſ. in. §. nunc
videndū verſi. Sed quæ eſt ratio in ij. parte
& ibi Ioā. And. in addi. inci. Rofredus &c.
* (Vide Alex. hoc limitantem & no. loquen
tē in conſi. clvij. incip. Viſo themate in vlt.
col. in vj. volu.) Et volunt alij quamplures
doc. in diuerſis locis quos retuli. in l. j. in. §.
præterea in viij. char. ff. de quæſt. vbi idem
probaui eſſe in diſpenſatione pape, in do-
natione quādo incipit a promiſſione, in præ
cepto iudicis, in petitione reſtitutionis in
integrum in petitione abſolutionis a iura-
mento, & in ſimilibus. Et teneas perpetuo
menti vnum de quo etiam feci mentionem

videlicet, ꝙ iſtud nedum procedit in cauſa ciuili, ſed etiã in criminali, in qua ſimiliter non valet confeſſio facta ſine cauſa. Ita ſingulariter voluit Pet. de Anch. in conſil. ſuo xxiij. inci. Viſa inquiſitione formata contra Philippũ in j. col. ver. licet nuda confeſſio. vbi inquit ꝙ confeſſio ſine cauſa in criminalibus non præiudicat confitenti ſicut nec in ciuilibus. quod dictum tãquam mirabile & aureis literis reſcribendũ teneas menti perpetuo, quia poſſet tibi afferre honorem ſimul & vtilitatem, & de hoc dicto feci mentionem in dicta l. j. §. præterea in viij. char. ff. de quæſtionib.

220 Fideiuſſor accedẽs obligationi regulariter habet beneficiũ excuſſionis in auth. pręſente. & ibi doc. C. de fideiuſ. & in authẽ. de fideiuſ. in prin. & in auth. hoc ſi debitor C. de pign. cum ſimi. Sed pone Florẽtinus vel Senenſis dat fideiuſſorẽ Bononię, qui Florẽtinus in domicilio ſuo eſt idoneus & ſoluendo, ſed hic Bononię vbi iudicium agit nihil habet, an hoc caſu abſq; eo ꝙ alia fiat excuſſio in bonis ſitis Florentie poſſit ipſe fideiuſſor conueniri? in quo dicas quod non, ſed ad hoc vt ipſe fideiuſſor poſſit cõueniri hic neceſſe eſt quod primo fuerit facta excuſſio in bonis principalis etiam ſi ſit extra iuriſdictionem iudicis vbi iudicium agitur. Ita ſingulariter dixit Iac. de Are. quẽ refert & ſequitur Bal. ibi in l. ſi. §. ſed ſi cum Seio. ff. ſi certum peta. quod dictũ refert & ſequitur do. Alex. in conſi. ſuo cccviij. incipiẽ. In cauſa quæ vertitur in vlti. col. Limita tamẽ hoc dictũ ſecundum Bald. in d. §. ſed ſi cum Seio & do. Alex. in d. conſi. eſſe verũ & procedere quando facilis eſſet exactio ſeu excuſſio bonorũ alibi ſitorum, alias ſecus, quia abſurdũ eſſet q̃d actor cogeretur peregrinare faciendo excuſſionẽ in diuerſis locis, & ad hoc plura alleg. Bal. & do. Alex. in dictis locis quæ videas per teipſum.

221 Reſtitutio in integrum retinet naturam prime cauſe & ſecundũ illã regulatur adeo ꝙ vt ſis ſicut in cauſa criminali nõ poteſt interuenire procurator, vt in l. penul. in. §. ad crimen ff. de publi. iudi. & in l. ſeruum quoque. §. publice intereſt. ff. de procu. & in c. veniens. extra de accuſ. Ita nec in petendo reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam latam in cauſa capitali poterit interuenire procurator. Ita not. dixit Bald. in l. j. §. peu. in ſi. ff. de poſthu. quod dictum pro notab. & ſingulari refert & ſequitur do. Fran. de Arc. in d. c. veniens in xxij. col. de accu. Quod dictum not. in practica quando clientulus tuus minor vellet petere reſtitutionẽ in integrum aduerſus ſententiam capitalem contra eum latam in caſu quo poſſet eam petere, vt dixi in l. prima. §. fin. ff. de quęſt. nam tunc debet eam ipſe petere & non poteſt eam petere per procuratorem. ad quæ etiam vide quæ dixi ſupra in ſing. 88. incip. Stante ſtatuto in ſi. verbis.

222 Exceptio non numerate pecunie poteſt opponi intra bienniũ l. in contractibus C. de non nu. pecu. etiã ſi in contractu ſit appoſitum iuramentũ, vt in l. ſi. C. eo. de non nu. pecu. Sed pone quod renunciatum eſt per debitorem huic exceptioni, an hoc caſu poterit opponi talis exceptio? in quo Bar. in l. ex cautione eod. titu. in ſi. poſt multa tenet quod non obſtante tali renunciatione poterit opponi talis exceptio, & mouetur potiſſime hac ratione dicẽs quod ea facilitate & fragilitate qua inducitur ipſe debitor ad ꝓmittendum, eadem fragilitate inducitur ad renunciandum. & alia dicit ibi ad hoc, de quibus per eum ibi, vbi ẽt per Bald. ſatis late. Sed tu in hac materia tene ſemper menti vnum not. verbum Bald. videlicet quod ex confeſſione partis in qua confitetur ſe habuiſſe & recepiſſe cũ renunciatione exceptionis non nu. pecu. oritur præſumptio iuris & de iure contra ipſum debitorem ꝙ vere habuerit & receperit dictam pecuniã cõtra quam non admittitur probatio in cõtrariũ niſi per confeſſionẽ partis aduerſe. authen. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nup. Ita multum ſingu. dixit Bald. in conſilio. ſuo ccccliij. incip. Duo rei in j. volu. de quo dixi in conſi. xlviij. incipiẽ. In cauſa & lite in ij. char. vbi plura etiam dixi in materia exceptionis non nu. pecu. & vide quendã Modernũ not. loquentem in hac materia in tracta. clauſularum ſub rub. an excep. non nu. pecu. renun. poſſit. per totũ. tene menti, quia illa doctrina Bal. alias fecit mihi honorem in contingentia facti.

223 Nõnulla dedi tibi ſingularia dicta ſupra in materia incertitudinis. videlicet, in ſing. ccvj. inci. Incertitudo, & in ſing. ccxvij. incip. Ter vel quater. licet principaliter abũde & latiſſime materiam ipſius incertitudinis poſuerim in l. a vobis quoq; ff. de annuis leg. Et melius & latius in repe. mea rub. C. de ꝓba. ante ſi. Nuperrime aũt do tibi vnũ aliud non omittẽdum in ipſa incertitudinis materia, videlicet, ꝙ licet incertitudo de iure ciuili regulariter vitiet diſpoſitionem, tamẽ de equitate canonica cõpelli poteſt promiſſor, vt arbitrio boni viri impleat pro-

miſſa incerta. Ita multũ ſingu. dixit Archid. in c. nonnulli. j. q. j. quẽ refert & ſequitur d. Anto. in d. c. ex parte, extra de cenſi. quos refert & ſequitur d. Alex. in l. j. in vj. col. ff. ſolu. mat. vbi dicit quod non recordatur vidiſſe hoc dictũ apud legiſtas relatũ præterquã a Bal. in l. ſalariũ ff. mand. qui ſolum dicit. vide Archi. in c. nõnulli. j. q. j. & illud dictũ refert & magnifacit ẽt ipſe d. Alex. in l. ita ſtipulatus in ij. col. verſi. Et ſimiliter per hanc legẽ ff. de verb. obli. vbi not. loquitur
* (Et in conſi. clviij. inci. Viſo teſtamento ad fi. in vij. vol.) De quo dicto vide etiam melius per d. Fely. in c. j. in iij. col. in fi. ver. Pro iſta opinione cõi. extra de pact. vbi plures refert approbãtes illud dictũ & aliqua not. ſimilia adducit. Et illud ẽt refert ipſe d. Fely. in c. ſi cautio. in viij. colũ. in prin. de fide inſtru. & in c. cum iuramento. de homi. vbi ẽt dixi tene mẽti, quia profecto eſt ſing. verbum ad multa.

224 Filius non tenetur ſoluere debita patris nec ecõtra, vt hr̃ in toto ti. C. ne fil. pro pat. & C. ad mace. & iſtud eſt naturale & regulare, vt hr̃ in l. pe. & fin. C. ne vxor pro ma. & in l. vnica. C. vt nullus ex vic. pro deb. alle. lib. xj. & in l. hac diffinitione C. de omni agro deſer. lib. xj. & in. §. quia vero. in authen. vt nulli iudi. & in l. prouidendum. C. de decurio. lib. x. & in l. ob es. & in auth. ibi poſita C. de act. & obl. Nec valet ſecundum aliquos ſtatutum volens ꝙ vnus teneatur pro debito alterius, vt dixit Bald. in l. iij. in vlti. col. C. de conſti. pecu. de quo etiam per Bal. in rub. C. res inter alios acta. & per do. Iaſ. de may. inſti. de actio. in. §. actiones autẽ in antepe. col. Et per d. Fran. de Are. in not. conſi. ſuo xxix. incip. Diligenter &c. in iiij. char. Et per Bal. in l. dotis C. de iur. dot. Et Pe. de Anch. in c. canonũ ſtatuta in vj. char. in ver. Quæro vlterius ſcriptũ eſt. de cõſti. & Io. de Imo. in c. pe. de conſue. & per do. Alex. latius in cõſi. ſuo xliij. inci. Super præmiſſo themate in xij. col. in j. volu. vbi alios adducit, & per d. Fely. late in c. ius generale in pe. & vlti. col. j. diſt. Tene tamẽ menti & nunꝗ̃ exeat mentẽ tuã ꝙ ſtatutũ volens ꝙ bona filiorum & vxoris, & etiã ꝙ ipſi filij poſſint capi pro delicto fallẽtie, ſcilicet quãdo pater fallat ſeu cedat foro valet, nã amore coniugis & filiorũ ſepe homines retrahantur ab illa fallẽtia, ita ſing. & peregrine dicit Abb. in c. ex parte. in vlti. verbis, extra de conſue. vbi ẽt ſubdit eſſe in ſimilibus caſibus arduis & valde periculoſis. Dicit iñ ꝙ tale ſtatutũ eſt iniquum qñ ex neceſſitate inducitur quis ad fallendũ, ſecus autẽ quando quis fallit ex propoſito, quod eſt ſingu. no. quia vterq; modus fallẽdi ſepe venit in facto, ex quo dicto poteris ex hac doctrina limitare tex. in d. §. quia vero ĩ auth. vt nulli iudic. vt alia iura ſuperius alleg. vide etiã in materia Io. de Ana. in c. ij. in vij. col. ver. Quid autem econtra. extra de delic. pue.
* (vide Bar. & Iaſ. in l. his ſolis ff. de condi. inde. & Lud. Ro. in ſing. ſuo cxij. incip. pater erat pauper. Bal. in l. fi. C. ad maced.)

225 In delictis ad fauorẽ rei attẽditur initium & non finis l. qui cum maior. in prin. verſi. Sed minor ff. de bo. liber l. quod ait lex. §. ait ff. de adul. & ibi Barto. & volunt doct. in l. gracchus C. de adul. & Bal. in l. ſi quis nõ dicã rapere C. de epiſ. & cleri. in iij. colum. & Alexand. in conſilio ccxcix. incipien. Viſo themate in vlti. colum. & Ioan. de Ana. in conſilio ſuo xj. incipien. Omiſſa diſcuſ-
* ſione in ſecunda colum. (Et ideo offendens bannitum non tenetur eo poſtea exempto ab auo, quia inſpicitur initium. ita dixit Baldus in l. ſi conſtante in. §. ſi vxor rem ff. ſolu. mat.) Et ideo tene menti ꝙ ſtante ſtatuto hic Bononiæ prout ſtat quo cauetur ꝙ vnicuiq; liceat animalia aliena quæ repererit in fundo ſuo propria authoritate occidere in illo. Attamen ſi quis repererit aliquod animal in fundo ſuo & cum vellet illud occidere animal aufugit extra fundum poterit tunc illud extra fundũ impune occidere Ita no. in proprijs terminis dixit Saly. in d. l. gracchus in pe. col. ver. Ex prædictis habes C. de adul. Tene menti, quia quotidie
* iſtud occurit inter ruſticos. (Et idem expreſſe dicit Barto. in l. quod ait lex. in. §. quod ait in fin. ff. de adul. quem refert & ſequitur Angel. de Are. in lib. malefic. in verbo, in platea communis in j. char. in fin. in verſicu. incipien. quæro quid ſi aliquis exiſtens &c. & vide Pet. de Anch. in repe. c. canonum ſtatuta. in lxxxj. colum. in verſi. vlti. circa iſtam. de conſti.) Et adde hic Bald. in d. l. quod ait in. §. fi. vbi dicit ꝙ ſi quis poteſt oſtendere ex forma ſtatuti ingredientẽ poſſeſſionem ſuam, & aliquis eam fuit ingreſſus & poſtea aufugit, & dominus eum proſequitur ꝙ poterit eum offendere extra poſſeſſionẽ ſuam. Et dixit Bald. in l. cunctos populos in repe. poſt med. C. de ſum. trini. & fide catho. ꝙ licet pro debito ciuili quis non poſſit capi in domo ſi tamen repertus fuerit per officialem extra domum & fugerit in domo ꝙ tunc poterit extrahi de domo. Et dixit Cyn. in authen. ſi quis ei. C.

de adult. ꝙ licet quis de eccleſia per officia lē ſecularem extrahi nō debeat, tamē ſi de liquit extra eccleſiā & aufugit in eccleſiam adeo ꝙ officialis eū extra eccleſiā capere non potuit, poterit de eccleſia extrahi, per tex. in. §. ſed neque homicidiū. in authen. de manda. princip. quæ omnia vltimo hic adducta refert & ſequitur do. Alex. in conſil. ſuo xxiiij. incip. Animaduerſis &c. in x. colum. in ij. vol. quē vide. Et hic adde no. verba Bal. in l. pomponius in j. col. ante fi. ver. not. inſpici inuitum ff. de neg. geſt. Vbi format tres ſimiles quæſtiones, & decidit qđ attendatur initium. & eum refert & ſequitur Io. de Ana. in c. fi. in xiiij. col. circa med. de colluſ. detegen. de quibus omnibus dixi in c. j. circa princi. extra de homi. & in c. ij. circa fi. eo. titu. vbi omnino vide. Videas tamen Iaſo. in l. pleriq; in ij. col. ver. nono procedit ff. de in ius vocan. vbi tenet contra ſuperius dicta.

226 Emphyteota priuati non ſoluens canonem per triennium cadit a iure ſuo, vulgata l. ij. C. de iure emphy. emphyteotica autē eccleſiæ nō ſoluēs per biennium cadit a iure ſuo auth. qui rem C. de ſacroſan. eccle. c. potuit de loca. §. ſi vero qs in auth. de alie. & emphy. cum ſimi. quod tamē intellige, nisi ipſe emphyteota iurauerit ſoluere ſingulo anno, quia tunc ceſſando in ſolutione per annum tantum cadit tunc a iure ſuo, vt ſingu. dixit Bal. in c. querelam extra de iureiu. quem refert & ſequitur d. Alex. in cōſi. ſuo lxxxv. incip. Non puto in j. vol. vbi etiam aliqua pro hoc dicto alleg. quam doctrinam ſequor licet d. Iaſ. de may. illam reprobet & male iudicio meo in l. ij. in vij. col. verſi. nono quæro C. de iure emphy. fundat enim opinionē ſuam contra Bal. ſolum ex illo, videlicet, quod iuramentū ſequitur naturā cōtractus ſuper quo interponitur l. fi. C. de nō nu. pecu. Sed de natura contractus emphyteotici eſt quod ante bienniū nō cadat emphyteota a iure ſuo non ſoluēdo, ergo licet non iurauerit cadet a iure ſuo non ſoluēdo in primo anno. Sed illa ratio non habet tollere doctrinam Bal. quia non eſt ſemper verum hoc ꝙ iuramentū ſequatur naturam cōtractus ſuper quo interponitur, imo potius iuramentum alterat naturā contractus, vt patet in pluribus doctrinis & iuribus traditis per Moder. in l. ſi duo patroni. §. marcellus ff. de iureiu. & patet ēt ex dictis per me in repett. mea l. fi. C. de proba. in xxxiiij. char. vbi plura notabilia poſui in materia iuramēti, & dixi etiam ſatis ample in conſi. meo lij. incip. Præſuppoſita. & latius valde in auth. quod obtinet C. de proba. & illa regula, ſcilicet quod iuramētū regulatur ſecū dū naturā cōtractus habet locū in ſubſtantialibus iudicij, ſecus in accidentalibus ſeu acceſſorijs, ſecundū Io. de Imo. in c. j. de iudi. vbi no. loquitur in materia huius iuramēti. Sed teneas menti in hac materia emphyteote vnū perpetua memoria dignum, videlicet ꝙ licet emphyteota non ſoluēs in primo anno regulariter non cadat a iure ſuo, hoc tñ fallit in emphyteota eccleſiæ q fuiſſet citatus ab ipſa eccleſia ad ſoluendum canonem, nā facta tali citatione non erit neceſſarius curſus biēnij, ſed ſufficiet lapſus ſex menſium, in quo ſi non ſoluerit canonē cadet a iure ſuo non expectato alio tempore decurſo. Ita ſingulari. dixit Ang. in l. hac diffinitione C. de omni agro deſer. lib. x quod eſt ſing. not. & perpetua memoria dignum. quod dictū pro valde no. refert & ſequitur do. Anto. Corſetus in ſua repe. rub. extra de iureiur. in xj. priuilegio iuramenti.

227 Per dationē fideiuſſoris in iudicio ſiſti & de iudicato ſoluendo ſatiſdans non dicitur conſentire in iudicē, adeo ꝙ poſtea nō poſſit opponere exceptionē declaratoriā, ſecū dū Bar. & alios in l. ſi cū venerit ff. de iuriſ. omn. iud. quia in tali fideiuſſione ſubintelligitur niſi iuſta cauſa iudex recuſaretur. qđ ēt probatur in auth. offeratur C. de lit. conteſt. vbi poſt ſatiſdationē datur tēpus ad deliberandū; & idē voluit Angel. in l. ſed ſi ſuſceperit ff. de iudi. dicens quod actus factus ex neceſſitate, vt eſt iſte, nō inferi cōſenſum in iudicē. ad qđ alleg. Inno. in c. inter monaſteriū. de re iudi. Et idē tenet Bal. in d. auth. offeratur in ij. not. & Bal. in c. j. in j. col. extra de iudi. & in l. ij. in prin. in iij. colum. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. & in l. ij. C. de bo. autho. iudi. poſ. vbi idē dicit in eo qui ſatiſdat de parēdo mandatis curie. Teneas tamē mēti quod prædicta non habēt locum in eo qui ſatiſdat vt reuocet tenutā quam paſſus eſt ex primo decreto iuxta c. quoniā frequēter. vt lit. non conteſt. quia odio ſue cōtumaciæ inductum eſt vt non poſſit vlterius forū declinare. Ita ſing. dixit Angel. in l. eum qui in poſſeſſionem ff. de priui. cre. per tex. in l. de die. ff. qui ſatiſd. cog. & in l. ſi finita. §. itē videamus ff. de dam. infec. vbi idē tenet Angel. & Ioan. de Imo. quam doctrinam refert & ſequitur do. Fely. in c. inter monaſterium in vj. col. extra de iudic. de qua dixi in l. ſi queramus in iij. char. ff. de teſta. & in l. ſi quis ne quæſtio in vj. col. verſi. vnum tamē

not.ff.de quæſt.Et pro dicta doctrina Ang. facit optime quod voluit Pet.de Ancha. in conſi.ſuo cxcij.inci. In auxilium veritatis. circa med.vbi dicit quod licet per ſatiſdationẽ de iudicio ſiſti quis non dicatur prorogare iuriſdictionẽ iudicis & in eum cõſentire,vt per Bar.& doct.in d.l.ſi conuenerit attamen hoc fallit, niſi quis eſſet captus & carceratus,& vt reuocaret capturã & exiret carceres præſtaret fideiuſſorem de iudicio ſiſti & de iudicato ſoluẽdo, quoniã hoc caſu per talẽ dilationem fideiuſſoris dicetur in ipſum iudicẽ cõſenſiſſe,adeo ꝙ nõ poterit vlterius impugnare eius perſonam quod eſt not.verbũ.in contrarium tamen faciunt not.verba do.Io.Bap.de cazalup. in tracta. ſuo de debi.fugi.in ver.Quintodecimo &c. vbi videas.

228 Agens in iudicio nomine alieno ſi dubitatur de mandato non admittitur ſine cautione de rato l.non ſolum.§. qui alienum ff. de procu.l.j.C.de ſatiſdan.& in l.ſi is a quo in.§.ſi procurator.ff.vt in poſ.lega.& in l.j. C.de procur. Sed tene mẽti notabilem limitationẽ & reſtrictionẽ ad prędicta iura,videlicet quod quãdo dubitatur de mãdato admittitur talis agẽs cũ cautione de rato.Iſtud eſt verũ niſi dñs pro quo ille vult agere ſi intra ciuitatem vel in loco propinquo,ita vt faciliter poſſit haberi eius prę ſentia & poſſit tollere dubium circa mandatũ, nam hoc caſu non admittetur ẽt cum cautione de rato.Ita ſing.dixit Ang.per illum tex.in l.mutus.in.§.is qui curatorem ff.de procu.quod dicit bene notandum & ſemper menti tenẽdum eſſe.quod dictum pro valde notabili ibi ſequitur Pau. de Caſt.& ſimiliter dicit illud eſſe perpetuo mẽti tenẽdum. pro quo optime faciunt dicta infra in ſing.260.inci. Citatus ſemel.& dicta per Ioan.And.in addi.Specu.in titu.de appel.in.§.nunc breuiter in ij.col.in addi.inci.Aduerte quia mãdatum &c.Ex quo dicto ego inferebam ad vnũ,ꝙ licet coniunctus admittatur pro coniuncto ſine mãdato,vt l.ſed & hæc ff.de ꝓcura.& in l. exigendi C.eo. dummodo caueat de rato,vt eſt text.in l.iij.§. ſed ſi forte ff.iudi.ſol & volunt doc.in dictis locis,dũmodo non appareat de contraria voluntate illius coniuncte perſone pro qua coniũctus agit,quia ſi appareat de contraria voluntate non admittitur talis coniuncta perſona etiam cum cautione de rato,vt eſt text. ibi & doct.omnes in l.pomponius in.§.ſi.ff.de procu. Tamen ſi non eſt certum de contraria voluntate,ſed dubitatur, ſi tunc ipſe cõiunctus de cuius voluntate dubitatur eſt in ciuitate vel loco propinquo, in quo faciliter poteſt haberi eius præſentia & eius declaratio voluntatis ſue,tunc nõ admitteiur talis coniunctus pro coniuncto etiam cum cautione de rato.& hæc illatio optime mihi videtur probari in d.l.mutus. in.§.is qui curatorem.& ẽt ex dicta doctrina Ang. & Pau.de Caſt.ibidem ꝙ profecto eſt mẽti tenendũ cũ faciliter poſſet in facto cõtingere ꝑ quibus omnibus optime faciũt dicta per Bar.in l.admonẽdi in xiij.col. verſi. Venio ad tertium.ibi,Itẽ hoc intelligo verum &c. * ff.de iureiur.(Vide Alex.in conſil. xxxix. inci.Stantibus &c.in iiij.colum.in vj. vol. & Soci.conſi.lxvj.incip.Viſo compromiſſo in ij.colum.in iiij.volu.)

229 Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatã non retractatur prætextu inſtrumẽtorũ nouiter repertorũ,vt late habetur in l.ſub ſpecie C.de re iudi.& in l.imperatores ff.eod. titu.& in c.inter monaſterium de re iud.& in l.ſub prætextu.C.de tranſac.& in l. argẽtarius in.§.cum autem ff.de eden.cum ſimi. Teneas tamẽ menti quod licet prędicta ſint vera,tamẽ ſi ille qui vult dicta ſentẽtiam infringere habuit iuſtam cauſam ignorãdi dicta inſtrumẽta poterit petere dictam ſentẽtiam retractari per remediũ reſtitutionis in integrum concedẽdum ex clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa &c.de qua in l.j.in fi.& in l.ſed & ſi per prætorẽ.§.hæc clauſula ff.quib.ex cau.maio.Ita ſing.dixit Cy. in l.j.C.de condt.indeb.quẽ refert & ſequitur Io.And.in addi.Spe.in titu.de execu.ſentẽ. in.§.ſi.ſuper ver.illud aũt quæritur &c. & Ioã.de Imo.in d.l.imperatores.quos omnes refert & ſequitur do.Alexã. in conſilio ſuo ccxciij.ſecundũ ordinẽ meũ inci.In cauſa & lite vertente in ij.colũ. Sed tu vltra eum dicas quod idem in effectu tenuit Ioã.And.in addi.Specu.in titu. de inſtru.edi, in.§.poſtquam in v.col.in addi.inci.Hæc iura loquũtur &c.Teneas mẽti ad limitationẽ dictorũ iuriũ.ſ.l.ſub ſpecie C.de re iud.cũ alijs ſuperius allegatis. Et vere non ſunt multi dies quibus euenit hic caſus in facto, & plura dicta fuerunt ſuper eo. Attamen a nemine fuit allegata prædicta doctrina Cyn.& aliorum ſequacium.

230 Antiqua dubitatio eſt apud doctores, an papa ſine cauſa poſſit diſpẽſare circa ius poſitiuũ?in quo fuerunt varij,nam Innoc.in c. inter monaſterium de re iud.& Pet.in c.nõ eſt de voto.quos ibi refert Abb.tenẽt quod ſic.pro quibus facit c.propoſuit. de conceſ.

præben.& glo.in c.j.in verbo,ab omnibus. de conſtitu. hinc eſt quod papa ſine aliqua cauſa poteſt abbreuiare omnẽ dilationẽ iuris ſecundum Pet.de Anch.& Imo. in c. ex ore.per illum tex.de his quæ fiunt a maio. parte cap. Et Bal.in conſil. ſuo ccccxxxiij. inci. Quæritur vtrum &c.in iij.volu. Contrariam autem opinionem,ſ.quod non poſſit ſine cauſa diſpenſare tenuit Inno.in c.diuerſis fallacijs.de cle.coniug. vbi dicit fortius quod ſuperior diſpenſans ſine cauſa peccat. & idẽ videtur velle in c.veniens de filijs præſby.quẽ refert & ſequitur Pau. de Caſt.in conſi.ſuo cxix.inci.Notandum eſt quod adulteriũ in j.colũ.vbi ẽt allegat pro hac parte tex.in c.innotuit de elec. Ex quo ſubdit ipſe Pau.de Caſt.in d.conſi. ꝙ ſuperior dans poteſtatem officiali diſpenſandi in aliquo caſu debet ſubintelligi cauſa rationabili ſubſiſtente & non aliter. & hanc partem etiam in ipſo papa firmat ſatis late do. Abb.in d.c.non eſt de voto.vbi eſt glo. ad hoc in iure ſolitaria,ſecundum Barba.in c.cum ſit romana in viij.colũ.de appel.quã quæſtionẽ tamẽ ad præſens latius vel diffuſius non examino,ſed remitto me ad plene dicta per doct. in d.c. propoſuit & ad dicta per Arch.in c.cõſequens xj.diſt. & per Io. And.in c.de multa in iij.col.de pręb.& per Abb.in c.per venerabilem in prin. qui filij ſint leg.& per Gemi.in d.c. conſequens. & per do.Fely.in c.ad audientiam de reſcrip. & in c.j.in iiij.fallentia.vbi videas de cõſti. & in c.poſtulaſti in xix.col.de reſcri. tetigi ego vnũ verbũ in l.j.in.§. præterea in viij. char.parua ff.de quæſt. Attamen non omitto vnũ ſingulare verbum in hac materia diſpenſationis, videlicet, quod licet papa in aliquibus caſibus poſſet diſpenſare ſine cauſa,attamen ſi quis tanquam vice gerens papę diſpenſat ſine cauſa gerens vices ſibi cõmiſſas a papa,talis eius diſpenſatio non valet,licet papa hoc potuiſſet facere.quod eſt ſingulare no.Ita dixit Inno.in c. dudũ el.ij. ad fi.ibi,item ſi papa.extra de elec.& idem tenet ipſe Innoc.in c.cũ ad monaſteriũ in j. col.ibi, itẽ licet conditioni.de ſtatu. mona. & in c.veniens in j.glo.de filijs presby.quẽ refert & ſequitur lumen & decus iuris immortale d.Fely.in d.c.poſtulaſti in xviij.colum.ver.Quartus caſus &c.de reſcrip. vbi ſubdit ꝙ hoc etiam not.Abb.in c.at ſi clerici.in.§.de adulterijs in ix.col. de iudi.& in c.præterea in pen. col.de teſt.cog.& Bald. in l.ſi teſtamẽtum poſt prin.C.de teſta. Fed. de Senis in conſi.ſuo ccciiij.inci. Reuerẽde pater &c.Et iſtud dictum teneas perpetuo menti,quia ſecundum do.Felyn. vbi ſupra ex hoc dicto poteris facere infringere in foro contẽtioſo mille diſpenſationes quas faciunt legati papę ſuper incompatibilibus cum perſonis indignis.

231 Iuſta cauſa multum operatur & eſt magne importantie, ſiue loquamur in principibus,ſiue in iudicibus,ſiue in priuatis, vt ſatis luculenter & copioſe oſtendit d.Alex. in conſilio ſuo cxix.incip. Titulus quæſtionis &c.in v.col.in ij.volu.& Barba.in cõſi. ſuo lxxvj.inci. Viſo puncto in iij.col. in iij. volu.& Bald.in authẽ. generaliter de epiſ. & cle.in ij.col.& patet etiam ex tex.vnico ſecundũ omnes,in l.ſi hominem ff.mand.de quo plura dicit d.Fely.in c.j.in xv. & xvj. colum.de conſti.& Barba.in c.cum olim el j.in xij.col.de offi.deleg.& in c.ceterum. in prin.de iura.calum.& in c. fi. de conſue. & in c.at ſi clerici.de iudi.& in c. cum ſit romana de app.in x.col.& in d.conſil.lxxvj. & Bald.in l.ſi pater parcum C. de ſponſa.in ver.Sed pone pater.de qua iuſta cauſa aliquid dixi in l.j.§.præterea circa med.ff. de quæſtio.& ſupra in ſing.114.incip. Vulgatũ &c.vbi poſui noi. verbum. & vnũ aliud poſui infra in ſing.233.incipien.Quæ de nouo &c.& 261.incip.Exceptio.(* Et plura ẽt ponit Iaſo.in l. barbarius.nu.xvj. per duas col.de offi.pręto.)Sed vltra omnes effectus ipſius iuſte cauſe poſitos in dictis locis a doctoribus do tibi vnum alium effectum forte notabiliorem ceteris,nam tu ſcis quod vltimum ſtatutum non tollit primũ habẽs clauſulam derogatoriam niſi in ſecundo fiat expreſſa mentio & reuocatio primi ſtatuti derogatorij,vt voluit Cy. in diſputatione ſua incip. Prima voluntas ſequẽtibus derogatoria &c.arg.l.ſi mihi & tibi.§.in legatis ff. de leg.j.& in l.ſi quis in principio teſtamẽti ff.de leg.iij.& no.in l.fin.C. ſi contra ius vel vtili.publi.& volunt Cano.in c.nonnulli.de reſcrip.& Bar.in tracta. ad reprimẽdũ in verbo,non obſtantẽ. Attamẽ quãdo conſtat ſecũdũ ſtatutũ emanaſſe ex aliqua iuſta & rationabili cã monẽte ſtatuentes quibus viſum fuit primũ ſtatutũ fore inutile, tunc per tale ſecundũ ſtatutum cum clauſula generali non obſtante videtur derogatum primo quantumcunq; derogatorio,eo ꝙ cauſæ derogationis ſuperueniens habet in ſe vim reuocationis. Ita fuit de mẽte Bal.in c.j. de conſti.lib. vj.quod dictum pro valde no.refert & approbat do.Io.Bap.de ſancto Seuerino in repe.l.omnes populi in xv. char. in

ver. quibus etiam adde ff. de iuſti. & iur. & do. Fely. in c. nonnulli. in vij. col. ver. Limita hoc de ſtatuto. extra de reſcrip. quod dictum dicit alibi non vidiſſe. pro quo allegās l. ſi cum cornelios ff. de ſo. & dicta l. ſi hominem. & tex. in auth. hæc cōſtitutio innouat in rubro & nigro. pro quo ēt dicit videndū fore dictum Bal. in l. j. in pe. colū. verſi. item valet C. qui bo: ce. poſ.

232 Captas vnū pro ruſticis, cōiter extāt ſtatuta per Italiā quibus cauetur φ in aliquo caſu villa teneatur ad reſtitutionē ſeu emēdationem damnorum datorum, an hoc caſu quælibet villa teneatur ad talem emēdationē: in quo dicas φ nō, nam tale ſtatutum non habebit locum in villa in qua non ſint quinque homines qui ſint patresfamilias. ita no. dixit Bal. in c. j. in ij. co. ver. Quero quot homines extra de elec. vbi idē etiam dicit eſſe in caſtro quod dictū refert do. Alex. in l. ſi in pe. col. ante ſi. verſi. item per illū tex. C. de teſta. ad quod dicit videnda eſſe not. per Bar. in l. prætor. la ij. in prin. ff. vi bono. rap. & per Ang. poſt Bart. in l. ſicut. §. in decurionibus ff. quod cuiuſq; vniuerſi. nomi. tene menti, quia alias vidi de hoc dubitari in contingentia facti. Et adde in ſimili quod fama ville non ſufficit vbi in villa nō ſunt niſi duo vel tres homines tātū. Ita no. Abb. antiquus in c. inquiſitionis de accu. quem refert & ſequitur Bal. in margarita ſua in verbo, fama in vij. verſi. vide tamen Bal. ſuper ſtatutis ſuper verbo, familia. vbi videtur tenere contrarium.

233 Quæ de nouo emergūt nouo indiget auxilio l. de ætate §. ex cauſa ff. de interrog. act. vbi per Bar. & alios & hr in l. plane ff. vt in poſſ. leg. & in l. j. in princi. ff. de ven. inſpic. & in c. paſtoralis de excep. & in c. ceterum de iura. calum. cū ſimil. de quo late locutus ſum in l. j. in. §. ſi. in iiij. char. parua ff. de quæſtio. vbi plura notabilia dicta adduxi in hac materia. & dixi etiam aliquid in l. ſi quæramus ff. de teſta. in vj. char. parua. pro quo facit no. verbum Bal. in l. iij. in ſi. C. de epiſco. aud. (Ad hanc materiam vide not. verbum Dy. in conſi. xx. incip. Super quæſtione qua quæritur vtrum filius &c. vbi dixit φ licet ſtatutum vel ius commune dicat φ in cauſa appellationis vel nullitatis non recipiantur noue probationes quod tamen recipientur ſi de nouo emerſerunt. quod dictum pro not. refert & ſequitur Flo. in l. quędam mulier in iij. colum, circa med. ff. fami. hercif.) Sed vltra omnia quæ in dictis locis dixi, addo vnum not. & ſingulare verbū iudicio meo, videlicet, φ ſi ego procurator tuus ſatiſdedi de iudicio ſiſti & de iudicato ſoluendo pro te quē defendebam iuxta l. j. C. de ſatiſdan. & ea quæ habentur in l. non ſolum in. §. qui alieno. ff. de procur. & in l. j. C. eod. cum ſimi. & poſtea tu efficiaris non ſoluēdo, vt quia bona tua iam incepta ſunt poſſideri per creditores tuos φ iſta eſt iuſta cauſa recuſandi defenſionē tuā & vlterius non litigandi pro te, quia ſi ego condemnarer pro te & ſoluerem non poſſem poſtea a te recuperare, ideo nō teneor vlterius pro te litigare nec cōtra me cōmittitur ſtipulatio ob rē non defenſam. Ita ſingu. & egregie dixit Pau. de Ca. in l. mutus in. §. qui nō cogitur per illum tex. ff. de procura. quod eſt multum no. ad materiam dicte regule, quæ de nouo emergunt &c. & etiam ad limitationem illius regule, videlicet, quæ ab initio ſunt voluntatis ex poſtfacto ſunt neceſſitatis de qua in l. ſicut C. de act. & oblig. cū cōcor. ibi in glo. alleg. ad quæ vide ēt dicta infra in ſing. 241. inci. Non debet addi.

234 Paria delicta mutua compenſatione tolluntur l. viro atque vxore ff. ſolu. mat. l. cū mulier l a j. eodem titu. c. ſignificaſti. de diuor. capit. penulti. de adul. & cap. fina. eodē titu. & xxxij. quæſtio. vj. cap. nihil. cū multis ſimi. in gloſ. dictorum iurium allegat. & per Specu. nota. loquentem in titu. de accuſatio. in. §. primo in verſicu. quid ſi te vocaui latronem. (Et circa hanc materiam vide Iaſo. in l. in arenam in fin. Verbis C. de innoffic. teſta.) Et ideo tene menti quod licet mulier committens adulterium perdat dotem. & actionem ipſius vt habetur in d. l. viro atque vxore. & in d. l. cum mulier. & in l. conſenſu. C. de repud. & in capitu. plerunque de dona. inter virum & vxo. Attamen ſi mulier commiſit adulterium nō perdit dotē ſuam ſi maritus ſuus tenebat concubinas, & ſimiliter committebat adulteriū. Ita ſingu. dixit Pau. de Caſt. in conſilio ſuo cxxviij. incip. Hæc mulier non debet excludi a petitione dotis. Et mouetur per dicta iura & per dictam regulam, quod paria delicta. Et idem tenet aperte glo. fin. in d. c. penulti. de adul. licet eam non alleget Pau. de Caſt. Quod dictum pro valde not. refert & ſequitur domi. Augu. Arimi. in addi. ſuis ad Angel. de Aret. in tracta. malefic. in verbo, Che hai adulterata la mia dona in iij. char. in penul. addi. ante fin. de qua doctrina feci mentionem in l. patre vel marito in ſecunda char. ff. de quæſtio. (Et idem tenet Spe. in titu. de cri. in modum excep. oppoſi.

§.in primis.verſicu.excipitur.) Pro qua fa ciũt et dicta per Abb. in c.cõſtitutus.de cõ uer.cõiug.& per Raph.cu.quẽ omnino vide in conſi.ſuo clxxix.incip. Domina Andriola circa fi.vbi ēt dicit qđ mulieri cõpetit actio de dote ēt cõſtãte matrimonio marito retinẽte cõcubinas.ad quod allegat plura de quibus ibi per eũ.quod multũ not.ad fauorẽ mulierũ & ad ampliationẽ dictæ regule,ꝙ paria delicta &c. & ēt ad limitationẽ glo.ſing.in c.plerunqꝫ de donа.inter viri & vxo.quæ voluit ꝙ ſicut mulier cõmittẽs adulteriũ perdit dotẽ.ita perdat bona parapheruaIia.quam glo.dixit ſingularẽ Ludo.ro.in ſing.ſuo 312.incipien.Propter adulteriũ &c.Tene mẽti,quia raro probatur adulterũ cõmiſſum eſſe per mulierẽ,quin poſſit probari ſimiliter adulteriũ eſſe commiſſum per maritum,quia rariſſimi ſunt qui ſtẽt cõtenti propria vxore.vt cõiter dignoſcitur. Et adde prædictis ꝙ ſicut viuẽte marito ꝓpter adulteriũ vxor perdit dotem,ſimiliter mortuo marito ſi vidua committit ſtuprum perdit dotẽ,ſeu actionẽ ad repetendũ dotẽ. Ita ſing.dixit Pau.de Caſt.in cõſi.ſuo cxxj. inci.Reuocatur in dubiũ alleg.bonũ tex.cũ gl.in l.pe.& ibi Bar.ff.de adul.vbi not.Bar. ꝙ qui offenditur ex adulterio cõſtante matrimonio ille offenditur ex ſtupro viduitate durante.Quod dictũ exclamat d.Iaſ.in l. ij.in ij.col.ver.adde ꝙ illud ff.ſolu.mat.vbi adducit Pau.de Ca.hoc idẽ tenentẽ in alijs locis.& vide do.Fely.in c.paſtoralis de iudi.Et quãdo mulier quæ commiſit adulteriũ eſt mortua,an poſſit hoc hęredibus ſuis repetẽtibus dotẽ opponi.vide Io.de Ana.in c.intelleximus in viij.col.de adul.

261 Exceptio loci non tuti excuſat citatum a comparendo in loco vbi eſt citatus. Ita habetur in clemen. paſtoralis verſicu. Piſana. de re iudi. & in c. cum dilecta. de cõfir. vti. vel inuti. & in capitu. venerabilibus. §. ſecus de ſenten. excom. in vj. & in c. accepimus de fide inſtrumen. & c. cum perſone. de priuileg. in vj. & habetur in l. fulcinius in. §. quid ſit latitare ff. ex quibus cau. in poſſ. eatur. & per glo. in c. hortamur iij. q. ix. & per glo. penul. in fin. in clemen. appellanti. de appel. & late per Ludo. Roma. in l. ſi vero in. §. de viro in xj. fallentia ff. ſolu. matri. & per do. Ant. in repe. c. veſtra. in xxxviij. colum. de cohabi. clerico. & mulie. & habetur in c. ſtatuimus. de offi. deleg. in vj. Item locus non tutus etiam operatur alium notab. effectum, nam ſi quis ſe obligauit in cõtractu vt poſſit ex eo conueniri vbique, tamen non poterit conueniri inuitus in loco ſibi non tuto. Ita dixit Angel. & poſt eum dominus Alexan. in l. cum res in princip. ff. de lega. primo quod dictum refert & ſequitur domi. Felyn. in capitu. accedens el ij. in ſecunda colum. vt lite non cõteſta. vbi etiam ſubdit quod ſi quis promittit ſoluere. Titio x. in certo loco, & ad illum locum non ſit tutus acceſſus ipſi Titio poterit arctari debitor ad ſoluendum in loco tutiori, per tex. in l. vſuras. C. de ſolu. quam legem facit ſingula. Ludo. Roma. ſecundũ eum in conſilio ſuo ccclij. incipien. Spiritus ſancti gratia. in penulti. columm. pro. quibus faciunt dicta ſupra in ſingulari ccxxxj. incipien. Iuſta cauſa.

262 Quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui l. multum intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi l. ſi genero C. de iure dot. l. quoties in princip. ff. de hæredi. inſtituen. & in l. ſi emancipatus. C. de dona. c. cum ſuper abbatia. de lega. capit. inter corporalia in fi. de transla. epiſco. cum multis ſimi. in dictis
* locis per glo. allega. (Adde ad hanc materiam domi. Philip. Decium in conſilio ſuo cxxix. in iij. columm. verſicu. nam quañdo epiſcopus &c. & Angel. Are. in. §. quadrupli. in xxj. colum. verſicu. quæro iudex iuſſit &c. inſtitu. de actio.) Et pro ampliatione huius regule ſeu dictorum iurium teneas menti vnum perpetua memoria dignũ & literis aureis ſcribendum, ꝙ ſi iudex habet reum criminis in fortijs ſuis contra quẽ habet plenas probationes dicti criminis, & ſic eum poteſt abſque confeſſione ſua condemnare ad mortem, iuxta l. qui ſententiã C. de pœnis. & iuxta ea quæ dixi ſupra in ſingulari cviij. incipien. Alias fui interrogatus, ſed volens ipſe iudex vltra probationes dicti maleficij habere confeſſionem rei ad hoc vt poſt confeſſionem ſuam tãquam confeſſus & conuictus non poſſit appellare a condemnatione contra eum fienda, iuxta l. ij. C. quorum appel. non recip. ponit talem reum ad torturam vt confiteatur dictũ crimen ſeu delictum & hoc vigore dictarũ probationum, hoc caſu ſi ipſe reus tortus ſufficienter ſemper pſtitit in negatione tũc iudex non poteſt vlterius eũ condemnare de dicto delicto vt antea poterat, & hoc qa per talem torturam & negationem ac perſeuerantiam ipſius rei probationis quę erãt contra eum ſunt debilitate, & magis videtur verum illud quod dicit & negat cum perſeuerantia ipſe reus qui melius ſcit, an deliquerit quam alius quam illud quod depoſuerunt teſtes contra eum. Ita multum ſingula. & egregie dixit Albe. de roſ. in l. edictum per glo. ibi. ff. de quæſtio. & ibi dixi quod dictum pro valde nota. refert & ſequitur domi. Bartho. Cæpo. in conſil. ſuo xxxij. incip. Quidam ruſtici in penulti. colum. & dicit quod iſtud etiam videtur fuiſſe de mente Bartol. in l. vnius in. §. j. ff. de

quæſtio. & dicit quod illud etiam voluit Angel. de Aret. in tract. ſuo maleſi. in verbo comparuerũt dicti inquiſiti & negarunt totum & referi etiam hoc vidiſſe alias ſeruari Verone. Sed in libro meo Ange. de Are. in dicto loco hoc non dicit quia forte liber meus corruptus eſt. Et pro iſto dicto facit quod voluit Hoſtien. in c. cum ex officij. de præſcri. vbi dicit quod ſi iudex ordinarius proceſſit vt delegatus non valet ſententia, quia quod potuit noluit, pro quo faciunt optime dicta per Alexan. in cõſi. ſuo ccxij. incipien. Viſo & opportune in tertia colũ. in fin. & facit etiam ſingu. verbum Angel. in l. quod ſi forte in. §. j. in fin. ff. de ſolu. vbi ſingu. dixit quod duobus arbitris concordantibus, ſi tertius aſſumatur eius ſolius ſententie parendum eſt, argu. illius tex. & ita dicit tenuiſſe Iaco. de Are. per l. itẽ ſi vnus. §. principaliter ff. de arbi. & per illũ text.

✳ (Vide Bald. conſilio cccxcj. incip. Proponitur quod propter in ij. volumi. & Soci. in conſilio liiij. incipien. Abunde &c. in ij. colum. verſicu. tertius & vltimus.) Et faciunt optime dicta per Angel. in l. ſi donatione C. de colla. vbi ſingula. dixit quod licet donatio facta inter coniuges firmetur morte donantis l. donatio quas parentes ff. de dona. inter vir. & vxo. cum ſimi. Attamẽ ſi inter ipſos cõiuges ſit facta donatio ꝓpter benemerita, tunc ad hoc vt valeat donatio debebunt plene probari benemerita, nec ſtaretur aſſertioni dictorum meritorum facte per donantem, & ideo talis donatio tali caſu non confirmaretur morte donantis, quia quod potui noluit. Quod dictum dicit ibi Ludo. Roma. nõ reperiri alibi, & iſtud dictum pro valde no. refert & approbat do. Franciſ. de cre. in nota. ſuo cxxxvij. incip. Donatio facta ſimpliciter, de quo tamen dicto vide domi. Fely. in c. ſicut in xv. colũ. de re iudic. & vide quæ dixi infra in ſingu. cclxxxij. incipien. Tolle moras ſemper. & facit etiam ad prædicta, nam teſtimonium illius qui poteſt loqui non valet in ſcriptis, ſecundũ Io. And. in. §. nunc tractandum verſi. quid demum. & ibi Ioan. And. in addi. quos omnes refert & ſequitur Dominicus de ſancto. Gemi. in conſil. ſuo cxxxij. incipien. In cauſa prioris in ij. colum. Et iſta omnia etiã potes notare pro ampliatione regule illius videlicet viã quã quis elegit ſibi patere debet, de qua in l. mulier. in §. ſi. ff. quod met. cau. & ſupra in ſing. 213. inci. Viã &c. Hippolytus de Marſi. V. I. Doct.

265 Monitus ſeu condemnatus ad aliquid faciendum tali die vel tali tẽpore ſi illud non fecit propter caſum fortuitum ſibi ſuperuenientem excuſatur a pœna ſi ipſe nõ fuit in culpa vel mora nimis ſe arctando, ſecus ſi ipſe fuit in mora vel culpa nimis ſe arctando, quia tunc cadit in pœnam ſi illud nõ fecit obſtante caſu fortuito. tex. eſt no. & ibi docto. in l. ij. in. §. quod diximus ff. ſi quis cau. & habetur in l. cũ poſtulaſſem. in prin. ff. de dam. infec. & in l. ſi fideiuſſor. §. penult. ff. qui ſatiſd. cogan. Iſtud tamen limita multum notanter habere locum & procedere vbi imponitur pœna pecuniaria, ſecus autẽ eſt in pœna corporali: nam vbi pœna corporalis imponitur ſi quis certum quid nõ ſoluerit vel non fecerit tunc ſi illud nõ poteſt facere, quia ſe nimis arctauit non tamen punietur pœna corporali. Ita multum egregie dixit Bald. in l. data opera in xvij. col. ver. Vltimo no. C. qui accu. non poſſunt vbi dicit quod ſi quis fuit condemnatus in pecuniam, & ſi non ſoluerit int. a decẽ dies fuit condemnatus in amputatione manus, & camerarius communis cui pecunia erat ſoluẽda, non fuit inuentus vltima hora termini fiende ſolutionis, tamen hoc caſu licet ipſe condemnatus ſe nimium arctauerit non tamẽ punietur pœna inciſionis manus. alleg. tex. in l. fi. in. §. ſi quis profeſſus ff. de publi. & hac materia vide aliquid per do. Fely. in c. cum inter priorem in xij. col. de except.

✳ (Vide ſupra in ſing. 90. incip. Fauorabilio res &c. Hippolytus de Marſilijs. I. V. D Bononienſis &c.

264 Eum ſequuntur cõmoda quẽ ſequuntur incommoda l. j. ff. de inſtito. l. in inſulam. §. vſuras ff. ſolu. matri. l. & ſi contra ff. de vulga. & pupilla. l. ſi mandato. §. quoties ff. mãdati. l. ſecundũ naturam ff. de regu. iur. cum ſimi. ibi in glo. allegatis. Et pro ampliatione huius regule teneas menti ſingulare verbum Bar. in tracta. ſuo de duobus fratribus in ij. colum. vbi dixit quod ſtante ſtatuto quod muliere decedente in matrimonio ſine filijs vt lucretur dimidium dotis quod hoc caſu ſi pater mariti ſuſtinet onera matrimonij faciendo expenſas filio & vxori ſue & decedat ipſa vxor filij ſine filijs quod tale lucrum dimidie dotis acquiretur patri & non marito, licet ſtatutum dicat quod acquiratur marito, quod dictum pro notabili refert & approbat domi. Abb. in conſilio ſuo lxxix. incip. Videtur primo circa fi. in ij. volu. & Lud. Ro. in auth. ex teſtamẽto in v. colum. C. de colla.

✳ (Vide in materia Bald. in authẽ. ex teſtamento in xij. col. ver. tertium

capitulum C.de collat.Et adde ad hãc materiam not. verbum Bar.in c. quia poterat in fi.ff.ad trebellia.quem vide.) Teneas bene menti quia paſſim vide hic Bononiæ,& etiam alibi ſeruari contrarium ab idiotis & ignorantibus. Hippolytus de Marſilijs. Iuris Vtriuſque Doctor.

265 Fines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi l.diligẽter ff.mãda c.cũ dilecta de reſcri. c.examinata de confirma.vtili vel inuti.cũ multis ſimi. Et ideo teneas menti ſingularẽ theoricam Pau.de Caſt.in l. delegare ff. de noua.vbi dixit ꝙ ſi dixit cãpſori mihi debitori qđ tibi ſoluat non aũt dixi quod tibi ꝓmittat hoc caſu ſi ipſe tibi promiſerit etiam per ſtipulationem nõ liberatur a me nec ſit delegatio,alleg.ad hoc caſum quẽ dicit no. * in l.ſi debitorem eo.titu.de noua,(Vide d. Philip.Dec.conſi.cvij.incip. In cauſa in fi. ij.col.) Et ideo poſſum adhuc ſibi inhibere quod non ſoluat, quia ſimplex mandatum poteſt renouari re integra l. ſi cũ cornelius ff.de ſol.& hic videtur res integra poſtquã non ſoluit licet tibi promiſerit,quia hoc ſibi non mandauit,ſecus ſi mandaſſem, per l. vtrum ff.de conſti.pecu. & l. ſi quis prohibuerit ff.de publi. Et dicit ipſe Pau. de Ca. hæc omnia eſſe mẽti tenẽda,quia ſunt quotidiana. Et ex hoc ſequitur ſecũdũ eũ quod ſi campſor efficiatur fugitiuus damnum eſt meum,& tu potes ad me redire quia nõ eſt facta nouatio niſi eſſet expreſſe dictum. Et hanc eandem doctrinam ponit ipſe Pau. de Caſt.in d.l.ſi debitorẽ,vbi dicit ꝙ ille text. eſt ſingu. Et ibi ſubdit quod ſi aliquis habet mandatũ ad recipiendã ſolutionẽ a debitore & ad quietandũ & liberãdũ eũ quod hoc caſu ſi non apparet de ſolutione realiter facta ſed ſolũ appareat de cõfeſſione ipſius q̃ confitetur ſibi ſolutũ & liberat debitorem qđ hoc nõ nocet mandati,quominus adhuc poſſit cõuenire debitorẽ non obſtante liberatione facta,quia mandatũ debet intelligi qđ liberet debitorẽ vere ſoluentẽ, id eſt facere inſtrumentũ ſolutionis, ſed hic nõ apparet de vera ſolutione, & eodẽ modo dicit ſi habet mandatũ a me de recipiẽdo nõ ſufficit debitori meo,hæc cõfeſſio de recepto niſi vere appareat de reali ſolutione de quo ibi latius per eũ,quæ omnia nota vt ad vnguẽ ſerues & nõ excedas mandatũ,vide tñ ad reſtrictionẽ & limitationẽ prædictorũ quæ dixi ſupra in ſing.58.incipiẽ. Si dedi tibi in mutuum,& quæ dixi in l.nomen quoq; debitoris C.q̃ res pigno.obli.nõ poſ. in j.char.Hyppolytus Marſi.I.V.D.Bono.

266 Iudex debet iudicare ſecundũ allegata & ꝓbata l.illicitas in.§.veritas ff. de off.procõſul.& ibi per doc.& hr in c.paſtoralis in.§.quia vero de offi.deleg.cũ ſimi. Teneas tamen mẽti notabile verbũ,videlicet, qđ iudex põt moueri ad iudicandum ẽt ex aliqua cõfeſſione coram eo facta viua voce & nõ ſcripta in actis. Ita notãter dixit Bal. in l.j.in j.col.C.de manu.vindic.per not. in l.quoties.§.j.ff.de proba.quod dictũ pro aureo & ſingulari refert & ſequitur d.Fely.in c.cũ venerabilis in xvij.col.de exceptio.& in c.aduerſario.in ij.col.in fin.eo. titu. & in c.ſicut in xij.colũ.de re iudic. de quo dicto dicit qđ nunquã obliuiſcaris quia eſt mirabile ſecundũ eũ ibi. Et ad materiã dictæ l.illicitas.§.veritas vide Spec.in ti.de ſenten.in .§.qualiter ver.Itẽ debet ferri ſecundũ allegata vbi ponit quãdo ſolus iudex vidit Titium delinquere ſi alias probationes dicti maleficij vel alia indicia nõ habet an poſſit ipſum Titiũ ex ſolo viſu ſuo aliter nõ allegato, nec probato ponere ad torturã,vide ibi per eũ & per Ioan.And.in additio.& in titu.de notorio crimi.vbi ſe remittunt,& illud dictum Specu.in d.§.qualiter quem refert & ſequitur Bald.in l.ampliorẽ in prin. in ij.col.ver.Item quero an iudex C.de appel.Hippolytus de Marſi. I.V. D. Bono.

267 Dubia probatio ſemper interpretatur contra producentem glo.eſt notabi. in c. in præſentia.in verbo,verbum dubium,extra de proba.& habetur in l. ſi quis intentione ff.de iudi.& in l.inter ſtipulantem.§.j.ff. de verbo.oblig.cum ſi. Et propter hoc teneas mẽti quamplura notabilia dicta,& primo not.ſingulare verbũ Ang.in l. poſtquam ff. de peti.hered.in fi. vbi dixit ſemel euaſiſſe quendã accuſatum de rapina, quia teſtes dixerunt fuiſſe præſentes rapinæ, & interrogati in cauſa ſcientiæ dixerunt quia viderũt rẽ auferri de manibus accuſantis per accuſatũ,nã per hoc nõ probatur rapina, & hoc per glo.in verbo, abſtuliſſe.quæ vult quod verbũ auferre,habeat duplex ſignificatum ſcilicet cũ violẽtia & ſine,cũ ergo illa verba teſtium quod viderunt auferri de manibus accuſantis per accuſatum poſſint intelligi cum violẽtia & ſine, & ſi ſint dubia debent interpretari contra ipſum accuſatorẽ producentem, ſecundum Angel. quod eſt not.pro quo dicto facit quod voluit Barto. in l.ij.§.primo in fin.ff.de duob. reis.vbi dixit quod ſi accuſatur Titius quod cognouit Seiam violenter tunc an cõdemnari debeat etiam ſi teſtes producti contra eum dicant

& affirmant illam fuiſſe cognitam violenter & dicit non videri probatam violentiā cum illud verbum violenter poſſit intelligi actiue & paſſiue, videlicet quod Titius intulerit violētiam mulieri, & etiam poteſt intelligi quod mulier intulerit violentiam ipſi Titio propter quod illam violenter cognouerit, ideo ex tali probatione dubia nō debebit condemnari. Ita reſidet ibi Bart. & idē firmat ipſe Bart. in l. ſi vxor. in. §. ſi quis vxori ff. de adulte. & Bar. in l. ſi ita ſcriptū ff. de manu. teſtamen. & Bar. in l. filiusfami. ff. de teſta. & Mathe. in notabili ſuo cij. & Abb. in c. dudum in xvij. col. de electio. pro quibus eſt glo. vnica & ſingularis ſecundū Ang. ibi in l. vnica in verbo, deſponſatam C. de rapt. virginum quam Bart. nec ceteri allegant ad hoc. Pro quibus etiam faciūt optime dicta per Io. And. in additio. Specu. in rub. de cohabita. cleri. & mulie. vbi dicit ſe mel fuiſſe deuolutam cauſam Romę de qua curia ſatis habuit ſolatium, erant duo electi & vnus opponebat contra alium quod tenebat concubinam publice, & hoc poſuit. Iſte reſpōdendo negauit, arguebatur de periurio, & per teſtes fuit probatum quod ipſe tenuit concubinam, iſte autem replicauit ꝙ imo concubina tenuit eum in domo ſua & ſibi fecit expenſas, & ita euaſit periuriū, pro quo facit quod dixit Bald. in l. fin. circa princ. C. ſi a non compe. iudi. vbi dixit ꝙ licet in dote lucranda inſpiciatur ſtatutū domicilij viri, vt tenet Barto. & Ang. in l. exigere dotē ff. de iudi. & Bal. in authē. omnes peregrini. C. commu. de ſucceſ. in prin. ij. colum. & Bald. in c. j. §. ſi. de inueſtitu. de reb. alie. fac. tamē ſi ipſa mulier ducat maritum ad domum ſuam, & ſic in ſuo domicilio, tūc in lucranda dote attendetur ſtatutum domicilij ipſius mulieris, ita dixit Bal. in d. l. fin. quod eſt notandum in propoſito iſto. Et in hac materia vide do. Fely. ſingulariter loquentē, & plura ſingularia adducentem in c. ſuper his in ix. col. extra de accu. Prædicta tamē limita niſi cōſuetudo interpretaretur vel intelligeretur actiue tātū, vel in malo ſignificato tantū, quia tunc probatio non diceretur dubia, ſed interpretaretur contra reum accuſatum tantum, & non contra producentem. Ita dixit Mathe. in dicto notabili ſuo cij. incip. Nota mirabilem regulam &c. & Io. de Imo. in l. ij. §. j. ff. de duo. reis. & ibi etiam vide Ang. in materia iſta.

268 Verus poſſeſſor cum titulo etiam cū errore iuris vel facti facit fructus ſuos l. ſed ſi lege in. §. ſcire autem & ibi docto ff. de petitio. hæredi. & habetur in l. bone fidei ff. de acquirend. rerum domi. & per Bald. in l. ſecunda in penulti. colum. C. de ſerui. & aqua. Teneas tamen menti ꝙ licet quis ſit verus poſſeſſor etiam cum titulo, attamen ſi ſcit ꝙ propter aliquod delictum vel aliquam cauſam debet priuari illa re & poſſeſſione tanquam indignus tunc tenetur ad reſtitutionem fructuum non obſtante eius titulo & poſſeſſione. Ita ſingulariter dicit Angel. in l. prædonis ff. de petitio. hæredi. vbi dicit quod ibi eſt caſus rotundus cōtra prælatos canonicæ inſtitutos qui propter eorum demerita ſciunt ſe debere priuari tanquam indignos, nam licet habeant dominium prælature & faciant fructus ſuos & antequam priuentur habeāt adminiſtrādi potentiam, tamen ſi poſtea priuantur eo modo tenentur quo prędones intruſi, quod eſt not. dignum ſecundum eum ibi, & ſubdit idem eſſe ſi non ſint priuandi tanquam indigni. Sed quia eorum inſtitutio poteſt caſſari, de quo ibi latius per eum, quod dictum pro valde notabili refert & ſequitur ibi Pau. de Caſt. Teneas menti quoniā hoc dictum poteſt millies contingere in facto.

269 Alias dixi tibi late in l. j. §. idem cornelio. ff. de quæſtio. & in l. fin. poſt Bar. ibi eodem titu. quod ad probandum indiciū ſufficiens ad torturam ſufficit vnus teſtis tantum integer deponens de ipſo maleficio, ſecus ſi deponat ſuper aliquo remoto ab ipſo maleficio quia tunc requiruntur duo teſtes, vt voluit glo. not. in l. fina. C. fami. hercíſc. circa quæ plura adduxi in dictis locis. Nūc autem limito tibi prædicta notabili limitatione, videlicet, ꝙ eſt verum ꝙ vnus teſtis integer deponens de ipſo maleficio facit indicium ad torturam, hoc eſt verum quando ſolum tractatur de tortura, ſecus autē ſi ex forma ſtatuti vel legis deberet ſtari indicijs quantum ad plenam probationem, quia tūc neceſſe eſt quod tale indiciū probetur per duos teſtes. Iſta eſt glo. valde not. in authē. de teſta. imperfec. poſt prin. & hoc ibi voluit Angel. vbi inquit ꝙ ſi ſtatutum dicit ꝙ in maleficijs nocturnis indicium habeatur pro plena probatione, ꝙ tunc licet vnus teſtis deponat de veritate, & de ipſo maleficio, tamen non poterit ex tali indicio ſequi condemnatio niſi probetur per duos teſtes, quod eſt ſumme notandum, & vere nō memini me alibi vidiſſe hanc doctrinā, de qua etiam feci mentionem in repe. mea l. fi. C. de proba. in lxxvij. char.

270 Homicida puniēdus eſt pœna mortis, vt

habetur in l.iij.§.legis cornelie ff.ad l. cor. de ſicca.& in l.qui vltimo cum ibi no.& in l.reſpicien §.ſi.ff.de pen.vt habetur in c.itē l.cornelia.inſti.de publi.iudi.& in c. omnis iij.diſt.Et ideo dicit tex.in l.nemo C.de epiſco.audiē. ꝙ homicida expectet illud quod alteri fecit,& ratio poteſt eſſe quia ſanguis occiſorū continuo clamat ad deum,vt ſcribitur in Apocalypſi,Ecce poſt hæc vidi animas interfectorum clamantes ad deū, & dicentes,Vſquequo dñe non das iudicium & vindicas ſanguinē noſtrum de interfectoribus noſtris qui ſunt in terris.Quod refert d. Paris de puteo in ſuo tracta.ſyndica.in cv. char.in j.col.& facit illud,Clamitat ad cœlū vox ſanguinis.Teneas tñ mēti no.verbū quod eſt in poteſtate iudicis non cōdemnari pœna mortis, ſed deportare homicidam quē impulit iracūdia,orta etiā aliter quā ex facto offenſi,per tex.in l. lex iulia in.§.fi.ff. ad l.iul.repe.ita ſing.dixit Ludo.Ro.in l.cū mulier in xxxij.col.ver.aduerte tamē quia etiam offenſa ff.ſolu.mat. quod dictum pro valde notabili & mirabili refert & ſequitur d.Fely.in c.dilecti filij.in viij.col.ver.ſecunda declaratio extra de excep.vbi etiam plura ſingularia adducit.Et illum tex.in d. l.lex iulia in.§.fin.pro not.alleg.Bal.in l. ad dictos C.de epiſ.aud.& Ang.de Are.in tracta.maleſic.in verbo, præſente Caio, & appelāte.in ver.quid autem ſi nō obſtante. & vide quæ dixi ſupra in ſing.100.incip. Occidens aggreſſorem.

271 Probationes nō debēt ſumi de domo rei l.nimis graue C.de teſti.l. de minore.§.tormēta ff.de quæſtio.l.qui accuſare C. de edē. l.ei qui l.ab ea parte ff.de proba.cū ſi.Limita tñ hāc regulam & prædicta iura duobus modis. Primo ꝙ nō habet locū vbi principaliter tractatur de periculo animę,quoniā tūc probationes poſſunt ſumi de domo rei. Ita no.dixit Lud.Ro.in cōſi.ſuo cccxcviij. inci.Vt clamor. vbi dicit quod licet regulariter ad fundandam intentionem reus actori propria inſtrumēta ſeu proprias rationes edere non compellatur,vt in c.j. de proba. & in l.qui accuſare C.de eden.cum ſi. Attamē hoc fallit vbi principaliter tractatur de periculo animę,quoniā tūc reus actori compellitur edere ad intētionē ſuam fundandā, alleg.ad hoc tex.i cle.j.in.§.ceterū de vſur. quam ad hoc ſecundū eū alleg.Ioan.And.in addi.Spe.in titu.de inſtru. edi.§.videndum in addit.incip.Satis eſt magna cauſa.Secūdo limita prędictam regulam ꝙ licet probationes non ſint ſumende de domo rei. Attamen ex magna cauſa iudex ad fundandam apud eum intentionem agentis cōpellet reū ad exhibendū inſtrumēta ſeu libros rationum ſibijpſi iudici.Ita no.dixit Lud. Ro.in dicto cōſi.ſuo cccxcviij.ad quod alleg.Spe. in ti.de inſtru.edi.in.§.nunc videdū. ver.& no.ex præmiſsis in verſi.& no. quod ſi lite penden.& alleg.etiam do.de Rota in deciſio.ſua 602.& do. Anto.in c.j.de proba. & ſubdit quod magna cauſa eſt ſecundū eum quando parti alteri periſſet copia probādi, quod ipſa intendit,ſed vltra Ludo. dicas ꝙ idē voluerūt domi.de Rota in nouis deciſionibus in ti.de proba.deciſio.v.inci.Licet pars.de quibus doctrinis & limitationibus dixi etiam in l.de minore in.§.tormēta.circa fi.ff.de quæſtio. vbi videas. Hippoly. de Marſilijs. I.V.D.

272 In hac inclyta ac regia ciuitate Bononiæ mihi patria amenisſima,hactenus fuerūt,& de præſenti ſunt,aliqui procuratores doctiſſimi in vtraque cēſura,qui non dubitant cū quocunque peritiſſimo viro allegationes iuris oretenus,& etiā in ſcriptis facere. Adeo quod ſi vera loqui fas eſt aliqui procuratores huius ciuitatis ſunt doctores aliquorum doctorum,aliquarū ciuitatū Italię, & aliarū prouinciarum,& inter alios eſt hic ſer Melchion de Zanitis procurator vir profecto magnæ practicę & ſcientiæ qui proximis diebus elapſis allegando in quadā cauſa dixit ſing.verbum quod non memini ab alio nec doctore nec procuratore viuo audiuiſſe,videlicet, Tu ſcis quod ſi deduco vnam cauſam in libello, & poſtea probo de alia ſuccūbam l.habebat.in prin.ff.de inſtitu.& hr in l.j.ff.ſi men.fal.mo.dixe.per Bar. in l. j.in prin.in ij.col.ver. veniamus ad cauſam ff.de eden.& per Inno.in c.ex parte.de priuileg.hoc tñ limitatur ſingulariter niſi cauſa ipſa eſſet cognoſcēda de equitate vel ſola facti veritate inſpecta,nam tali caſu,licet actor in libello deduxerit vnam cauſam & probauerit de alia cauſa,debebit obtinere ad quod allegauit Bar.hoc expreſſe dicenē ſi eius verba recte ponderentur in l.emilius in ij.col.ff.de mino.& do.Alex. hoc idē clarius dicenē in l.ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus in v.col.ff.de verbo.obli.non tamen allegat Barto.in d.l.emilius ſed allegat hoc voluiſſe d.Anto.in conſi.ſuo incip.Viſo dicto puncto. & Ioan.And.in addi. Specu. in titu.de actio.& peti.in §.ſequitur ſuper verſi.hoc quoq; & Bar.in tracta. ſuo ad reprimendum in verbo, ſine figura & alios de quibus ibi per eum,quæ doctrina eſt no.nō

fallor. & eam addere poteris ad materiam
clauſule ſola facti veritate inſpecta, de qua
per doc.in cle.ſepe.de verbo.ſigni. vbi per
Lanfran.in ij.colum.& per Imo.in c. dile-
cti.de iudi.& per Bald.in l.nemo.C.de ſen.
& in c.j.§.inueſtitura de noua for. fidel. &
per Bar.in tract.ad reprimendum in verbo
ſummarie.& per Bar.in repe.l. ne quicquã
in.§.plane ff.de offic.proconſu.& in l.iudi-
ces c.de iudi.& per Ludo.Ro.in cõſil. ſuo.
xx.incip.Viſo puncto in ij.col. & in conſil.
* lix. incip.In caſu propoſito.ante fi. (Vide
omnino d9.Philip.deciũ in conſi.xj. incip.
quoniam in vlt.col.& Alex.in conſi. cxiiij.
incip.viſo proceſſu &c.in vlti.col.in vj.vo
lu.& Soci.in conſi.cv.incip.viſis teſtibus in
vlti.colum.in fi.in iiij.vol.) Hippolytus de
Marſilijs. I. V. D. Bononienſis.

273 Notiſsimum eſt in iure quod vnus teſtis
deponens de re ipſa de qua agitur facit ſemi
plenam probationem.vt voluit Bar. & alij
in l. admonendi ff. de iureiur. & in l. bone
fidei C.eo.titu.cum ſimi.Et habens vnũ te-
ſtem.& ſic ſemiplenam probationẽ poteſt
petere a iudice ſibi deferri iuramentum in
ſupplementum probationis.& iudex tene-
tur illud ſibi deferre regulariter, vt tenent
omnes ſcribẽtes in dictis iuribus. Attamẽ te
neas mẽti ꝙ iſtud nõ procedit nec locũ ha-
bet in illo qui pro ſe examinaſſet vnũ teſtẽ
qui eſſet ſpurius,quoniam non deferretur ſi
bi iuramentũ in ſupplemẽtum, & ratio eſt,
quia ſpurius cenſetur infamis & eius fides
non facit ſemiplenã probationem. Ita dixit
Ludo.Ro.in d.l.admonendi quod dictũ ibi
refert & ſequitur do. Ioan. Baptiſta de Ca-
zalupis in xvij.char.in j.col.verſi.xv.fallit
ad quod allegat etiam Azo in ſumma in tit.
de natura liber.& Bald.in l.j.C. de iure au
reo.annullo.& alios de quibus ibi per eum.
Et ſubdit ipſe d.Ioan.Baptiſta, vbi ſupra in
ver.xxvj.eadem ratione idem eſſe in ſpu-
rio petẽte ſibi deferri iuramentum quando
probauit per vnum teſtem,quia in hoc iura
mento ſibi deferẽdo fungitur vice teſtis &
tanquam infami tale iuramentũ nõ eſt ſibi
deferendum ,& allegat ea quæ dixi in dicta
* repetitione d.l.in xij.fallẽtia. (Vide domi.
Philip.Dec.in cõſi.xxxvij.inci. in cauſa in
iiij.col.circa prin.) Et ſubdit poſtea ipſe in
ver.xxvij.ibi ſeq.ꝙ eadem ratione idẽ erit
in feneratore cum ipſe ſit infamis,vt in l.im
* probum C.de infami.(Et ibi vide Pau. de
Caſt.& Alex.in conſi.xciij.incip. repetitus
in j.colũ.in vj. volu.)Et per Cy. in l.ſi quis
ad declinandum C.de epiſco.& cle, & in l.
j.C. de ſum.trini.& fide cath.& in l.caſsius
ff.de ſenato. Et ideo conſequenter dicit ꝙ
ſi vnus teſtis erat fenerator quem ego pro-
duxi, vel ego qui volo iurare ſum fenera-
tor non deferretur mihi iuramentum.Ita di
xit indiuiduo dixiſſe Bal.in l. qui accuſare.
C.de eden.quod dictum ſecundum eum ſe-
quũtur ibi Moder.& in d.l.admonẽdi.Pro
quo dicit benefacere quod dixit Mathe.in
not.ſuo l. & do.Ant.in c.raynutius de teſta.
vbi dicunt ꝙ inſtituto feneratore videtur
inſtituta turpis perſona, ad finẽ vt teſtamẽ-
tum fratrum poſsit expugnari per fratrem
præteritũ,de quo in l.fratres C.de inoffi.te-
ſta.Ego autem ſupradicta de ſpurio amplia
bam vno modo, poſtea limitabã aliquibus
modis.& primo ampliabã procedere ſupe-
rius dicta nedum in ſpurio mere & de facto
ſpurio,ſed ẽt in ſpurio legitimato,quia ſpu-
rius ẽt ſi ſit legitimatus eſt infamis.Bal.in l.
generaliter C. de inſti.& ſubſti, ſub condi.
fac. pro quo facit quod voluit idem Bal. in
c.fi.in ij.col.de trans la.epi.vbi dixit ꝙ ſpu-
rius legitimus eſt aſſimilatus homini medi-
cato a morbo remanẽte aliqua cicatrice, &
facit etiam glo.no.in c.cõſtituit xvij.q.iiij.
quæ voluit ꝙ infamia remanet apud infa-
mẽ extincta cauſa infamie.Ideo dicit ꝙ iu-
deus in caſu in quo non poteſt eſſe teſtis cõ
tra Chriſtianum non poterit etiam eſſe te-
ſtis contra eũ ſi efficiatur Chriſtianus & ſic
poſt baptiſmũ,quẽ tex.& gl.allegauit ꝑ ſin
gu.Lud.ro.in ſing.ſuo 697.inci. Veniamus
ad lucrũ panis.Et facit glo. no.in l.qui cum
vno in §.ignominia ff.de re mili.quæ dixit
ꝙ periurus ẽt poſt per actam penitentiã nõ
poterit eſſe teſtis ſicut nec antea poterat. ꝙ
glo.ad hoc alleg.Bal.in l.lucius in fin.ff. de
infami.& facit ẽt,nam inimicus etiam poſt
pacem factam non poteſt eſſe teſtis contra
illum cum quo habebat inimicitiam.Ita di-
xit do.Alex.in conſi.ſuo xcix.incip.In cau
ſa inquiſitionis.pro quo allegat bonum tex.
in cap.accuſatores el j.iij.q.v.de quibus la-
tius dixi ſupra in ſing.507.incip.Priuilegiũ
dignitatis.vbi videas Limito tamẽ prędicta
de ſpurio non procedere. nec locũ habere
in ſpurio,alias bone conditionis vite & fa-
me,nam propter bonitatem & legalitatem
perſone receditur a regulis iuris communis
per glo.ſingu.in l.titio fundus ff. de condit.
& demõ.de quo late dixi forte vltra oẽs in
l.j.§.ad quæſtionẽ.poſt princ.ff. de quæſtio.
& in repeti.mea.l.fina.C.de probatio.in iij.
char.Limito etiã iſtud nõ procedere in ſpu-
rio effecto religioſo,nam ſi talis deponit ꝑ

aliquo facit ſemiplenā probationem, adeo ꝙ poterit deferri iuramẽtum parti pro qua depoſuit. Ad quod dicendũ moueor ex no. doctrina Guilel. de cu. in l. j. C. de ſacroſan. eccle. quẽ ibi refert & ſequitur Bal. vbi ſingula. dixit ꝙ per ingreſſum religionis filius ſpurius efficitur legitimus quod dictum refert etiam & ſequitur Ludo. Ro. in repe. authen. ſimiliter in vij. priuilegio C. ad l. fal. & do. Fely. in c. teſtimonium in xj. colũ. in fi. extra de teſti. in c. ex tue. de ſimo. in j. co. circa me. de quo dicto feci mẽtionem in re pe. mea rub. ff. de fideiuſſio. in xij. q. loquendo de dignitate ordinis clericatus. Moueor & præterea per ſingulare verbum Ioan. de Imo. in c. cum R. de offic. deleg. vbi dixit ꝙ licet frater non poſſit eſſe teſtis pro fratre, vt in l. parentes C. de teſti. cum ſimi. tamen iſtud fallit in fratre religioſo. nam talis frater admittitur ad teſtificandum pro fratre, quod dictũ refert & ſequitur Barba. in d. c. cũ R. canonicus in v. col. de quo dixi ſimiliter in d. mea repe. rub. de fideiuſſo. vbi ſupra. Et pro hac limitatione faciunt optime quãplura per me accumulata circa dignitatẽ clericatus ſeu religionis in d. rub. in xij. q. quę videas. Limito etiam prædicta de ſpurio non habere locũ in ſpurio nobili & magne conditionis & excellẽtie, vtputa in filijs ſpurijs principum vel regum, & ſimiliũ nam tales propter dignitatẽ & nobilitatem perſonarũ ſuarum facient ſemiplenã probationẽ ex dicto ſuo, adeo quod poterit deueniri ad declarationẽ iuramẽti in ſupplemẽtũ probationis. Ad quod dicendũ moueor. primo per tex. ſing. in c. nobiliſsimus xcvij. diſ. vbi creditur verbo ſimplici legati ſine oſtẽſione literarũ de ſua legatione propter nobilitatem perſone ſue. Et illũ tex. ad hoc allegauit Angel. in l. ex quacunq;. §. fi. ff. de publica. Moueor ẽt per tex. not. in l. filiusfa ff. de dona. in §. nonnunquam. vbi hr̃ ꝙ pro hibito donationis facte regulariter filijsfa. non extẽditur ad filiosfa. ſenatoris vel alterius dignitatis, & hoc propter dignitatẽ perſone. quẽ tex. ad hoc multũ nota. Ang. in l. obligatione generali. & ibi dixi legẽ do. ff. de pign. pro quo facit ſingu. verbũ Pau. de Caſt. quod retuli ſupra in ſingu. 114. incip. vulgatũ & tritũ eſt. quod nõ refero breuitatis cã. de quo ẽt feci mẽtionẽ in l. j. §. ad quęſtionem circa me. ff. de quęſtio. Et facit optime. no. verbũ Bal. in l. exẽplo. in fi. C. de ꝓba. vbi dixit, quidã Cardinalis tanquã legatus de latere aſſerit ſe habere certas ſpeciales cõmiſſiones, puta ad legitimandum vel reſtituẽdũ famẽ, & proceſſit ad executionẽ illarum, tamen litere apoſtolice de mandato nõ apparẽt, & ideo reuocatur in dubio quod factum eſt, quæritur quid iuris? in quo ipſe Bal. reſpondet ꝙ ſi publice fecit huiuſmodi actus non ſemel ſed pluries præſumitur ꝙ habeat mandatũ quod aſſerit & valẽt geſta, non ratione communis erroris ſed ratione prẽſumptie veritatis aſſertione talis & tãti viri, allegat not. in c. cum ex literis. de reſtitu. in integ. in nouel. quod dicit eſſe mẽ ti tenendum. pro quo faciunt optime dicta per Saly. in l. j. ff. de man. prin. & facit quod voluit do. Fely. in c. quia veriſimile in prin. vlti. colũ. de præſump. vbi not. dixit ꝙ licet non credatur teſti deponẽti non veriſimile per illũ tex. & quæ ibi habẽtur, tñ hoc non procedit in teſtibus valde dignis quia tales teſtes tantũ probãt quantũ teſtes alias idonei cum fama, quod dicit eſſe ſing. no. (Vide Iaſ. in l. iubemus in ij. & iij. colũ. C. de iudi.) Quibus ẽt addi põt dictũ Albe. de roſ. in l. addictos C. de epiſc. audiẽtia. Et Bal. in l. addictos C. de app. quos refert & ſequitur d. Bartho. Cæp. in caute. ſuis, caut. ij. nam tu ſcis quod eximẽs de manibus familię aliquẽ reũ criminis ꝙ punitur crimine legis iulie maieſt. & ſic pœna mortis. vt dixit Bart. in l. cuiuſq; ff. ad l. iul. maie. & eadẽ pœna punitur qua veniebat puniẽdus ille exẽptus, vt habeť in l. j. C. de his qui latro. occulta. quẽ tex. ad hoc alleg. Bar. in l. ſi quis in fin. ff. ne quis eum. de quo latius per Alex. in conſil. ſuo xxxv. inci. viſo themate in ij. colum. ij. vo. Sed hoc fallit in cardinali, nam qñ reus criminis ducitur ad iuſtitiam & obuiat alicui cardinali tunc ipſe cardinalis poteſt illũ reũ auferre de manibus familiæ, & familia nõ debet ſibi facere aliquam reſiſtẽtiam, ſed ob reuerentiam ipſius cardinalis eum ſibi tradere. (Idem dixit Bal. in reperto. ſuo in ver. priuilegiũ circa fi. & Iaſ. in rub. C. ne li ce. poiẽ.) Ita dicit Albe. in d. l. addictos. ſe audiuiſſe i romana curia, licet hoc de iure nõ reperiatur cautũ. qđ dictũ ibi refert Pau. de Ca. in fi. dicẽs ꝙ iſtud dictũ eſt vbiq; diuulgatũ. Ex quo dicit ꝙ ipſe quo erat curia romana Florẽtię cauebãt rectores & cardinales nõ ire per loca per quę criminoſi ducebantur. Et ſic p̃iſta limitabã dicta de ſpurio nõ habere locũ in ſpurio nobiliſsimo & digniſſimo, ꝓ quibus optime faciũt q̃ dixi de teſtib. legaliſsimis in l. j. §. ſi quis vltro poſt prin. ff. de quęſtio. Potes ẽt limitare prædicta non habere locũ vbi nõ poſſet alia probatio haberi. nam tunc admitteretur ipſe

ſpurius per ea quæ dixi in repe.mea.l.ſi.C.
de proba.in v.char.circa princi.& ſupra in
ſing.lxxiij.incip.plures. Vltimo circa hanc
materiam ſpurietatis ſcias ꝙ ſi aliquis nota
rius ſpurius, fuit notarius, alicuius cauſæ
ſcripſit proceſſum, & fuit rogatus de geſtis
in cauſa a partibus & a iudice. & iſta fecit
ad banchum iuris tanquam notarius bāchi
publici, ꝙ talis proceſſus non valet ſed cor-
ruit & non facit probationem. Ita multū no
tanter dixit d. Alex.in conſi.ſuo lxxx.inci.
examinato proceſſu.in j.colū. in ij.volu.ad
quod adducit Bar.hoc in terminis dicentē
in l.eadem.ante ſi.ff.ad l.iul.repetun.vbi di
cit ꝙ infamis & ſic ſpurius nō poterit exer
cere aliquod officium publicum puta ꝙ eſ-
ſet notarius ad banchum iuris.& alle.no.in
l.ij.§.miles.ff.de his qui no.infam.de quo la
tius per d.Alex.in d.conſi.ſuo,quod profe-
cto eſt ſingulare verbum,quia poterit face-
re corruere infinitos proceſſus factos per no
tarios ſpurios ad banchum iuris. Ego in of-
ficijs quæ fere per totam Italiam habui ſem
per ad banchum meum iuris vnum, & quā-
do duos notarios ſpurios habui qui erāt ro
gati de omnibus proceſsibus agitatis corā
me & iudicibus ſeu aſſeſſoribus meis,& par
teſ ſemper tacuerunt. Ego quoq; tacui ne re
pellendo eos facerem eis iniuriam dicendo
eos eſſe ſpurios & ſic infames, nam,vt ſupra
in prin.dixi, ſpurij ſunt infames infamia fa-
cti,vt etiam dixit Bal.in c.j.§.naturales.in
ij.col.ſi de feu.fue.contro.& d.Alex.in con
ſi.ſuo ij.incip.viſis codicillis.in iiij.col.in j.
vol.vbi ad hoc alle.Azo.in ſum.C.de infa.
circa prin.& idem dixit ipſe d.Alex.in con
ſi.xxv.incip. Circa primum dubium.in iij.
col.in eo.vol.& in conſi.lxvij.inci.Conſide
ratis &c.in vij.colum.in eo.vol.& in conſi.
xciiij.incip. Conſideratis &c.in iiij.colum.
in eo.vol.& in conſi.lxxx.inci.Examinato
proceſſu.in j.col.in ij.vol. Teneas etiā men
ti in hac materia delationis iuramenti ꝙ pe-
riuro non deferretur iuramentum in ſupple
mentum probationis ſecundum doc.in c.ſi.
de iureiur.quos refert Soci.in cōſi.cxxxvj.
incip. Præſtantiſsime.in pe.col. pro quibus
facit regula, ſemel malus.cum ſi.& faciunt
quæ late dixi in l.maritus.in vj.& vij.colū.
ff.de quæſtio. Tene menti prædicta, quia fa
cient tibi honorem,& fructum dabunt in tē
pore opportuno, & forte iſta alibi reducta
non inuenies,ni fallor.

274 Licet regulariter ea quæ ſunt nulla nō
ſint in conſideratione,& aliquid non operē-
tur,vt habentur in l.iiij.§.cōdemnatū.ff.de
re iudi.& in l.non putauit.in.§.non queuis.
ff.de bo.poſ.cōtratab.& in l.quoties.ff.qui
✻ ſatiſda.cog.cum multis ſi. (Vide Iaſ.in l.li-
cet.C.de procur.& ꝙ nulla & inualida ſint
in conſideratione & operentur vide Ludo.
Ro.in conſi.cccclxxxiij.inci.ſaluatoris ſuf-
fragio.in ij.colū.verſi.iij.quia videmus &c.
vide infra in ſingul.cccxxxj.incip.dixi ti-
bi &c.vide omnino Alex.in cōſil.clxxxiiij.
inci.in cauſa & lite.in iij.col.in vj.vo.Abb.
in conſi.xxxviij.incip. in quæſtione &c. in
ij.col.in verſi.nec obſtat ꝙ dictus &c.in iij.
volu.)Attamen teneas menti perpetuo vnū
caſum in quo nullum & inualidum operaē
magnum effectum. Nam ad hoc vt tertius
comparens merito ſit audiendus tanq̄ ſua
interſit,ſufficit quod de iure ſuo doceat ap-
parenter, licet excipiatur vel replicetur de
nullitate ipſius iuris ſui,vnde ſufficit proba
re ſe electum licet ſtatim dicatur electionē
nullam,vel non canonicam. Ita ſingul.dixit
Inno.in c.veniens.el ij.ſuper verſi. intentio
nem.de teſti.ex quo dicto dicit ibi Cardi.ꝙ
cum quidem fratres venirēt vt tertij, & ꝓ-
baſſent in primo cōgreſſu de quadam vnio-
ne,debuerunt audiri licet ſtatim diceret in-
ualida. Et ita dicit obtinuiſſe Florētiæ clau
dēdo per illud dictum ora allegantiū, quod
dictum dicit ipſe eſſe ſignandum cum centū
manibus. Quod dictū & omnia quaſi ſupra-
dicta ponit.d.Fely.in c.cum ſuper.in vij.co
lum.verſi.ad hoc vt tertius.de re iudi.ad qđ
etiam alleg.d.Cardi.in conſi.ſuo lxx. incip.
In cauſa fratrum omnium ſanctorum.ubi lo
quitur in materia,non tñ allegat dictū Inno.
& alia etiam adducit ibi d.Fely.pro hoc di
cto de quibus ibi per eum. Sed latius etiam
iſta ponit ipſe d.Fely.in d.c.veniēs.el ij.de
teſti.in v.col.verſi.quinta concluſio.vbi di-
cit ꝙ dictum Inno. ſequitur Spe.in ti.de of-
fi.iud.in.§.poſtremo.& Bar.in l.a diuo pio.
in.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iudi. & Cardi.in
cle.j.de re iudi. Et ibi etiam ipſe d.Fel.am-
pliat doctrinam Inno.& ſequacium,quē vi-
de. Teneas mēti prædicta ad impedienā exe
cu.ſententiarum qm̄ poteſt ſepius occurre-
re in facto vt ſuperioribus diebus occurrit
dum ego eſſem iudex mercantie hic Bono-
✻ niæ.(Et adde hic ꝙ licet confeſsio facta
coram iudice incompetenti regulariter nō
noceat, vt habetur in l.magiſtratibus.ff.de
iuriſditio. omnium iudic. tamen talis con-
feſsio facta coram incompetēti operatur ꝙ
confitens talis non poterit variare corā cō-
petenti,ita dixit Inno.in c.per inquiſitionē.
de electio,quem refert & ſequitur Ang.in l.

quæro. in.§.ſeruum.ff.de edil.edic. & vide omnino nota. verbum Alexan. in conſilio cccclix.inci.in cauſa &c.in ulti.verbis.)

275 Statuti omnino te docere ſingulare verbum paucis, crede mihi notū per quod poteris immenſum honorem & gloriam, necnō magnas pecuniæ quantitates conſequi. Ideo attende. Nam ſi iudex maleficiorū format contra furem inquiſitionem de furto dicens in ea inter cętera ꝙ ipſe fur acceſſit tali ipe ad domū talis, puta Titij, & furto ſubtraxit veſtē, vel pecuniam, vel aliquid aliud quod pertinebat ad ipſum Titium, certe hoc caſu non procedit ipſa inquiſitio ſed corruit, ſed neceſſe eſt vt dicat ꝙ talis res furata pertinebat ad Titiū iure dñij vel quaſi, alias ſi ſimpliciter diceret ꝙ ad Titiū pertinebat non procedit inquiſitio vel accuſatio, qm̄ illud verbū pertinere latiſſime ſumit̄ & ēt comprehēdit eum cui debetur actione perſonali, vt habetur in l.verbū pertinere.ff.de verb.ſig.& ideo non competeret accuſatio vel inquiſitio pro furto, & ſic debet ſequi abſolutio. Ita ſing.et mirabiliter dixit d.Maria.Soci.in conſi.ſuo viij.inci. Omnipotens deus.aliter inci. Viſis & diligenter.in ij.col. vbi dicit ꝙ ita ſing.conſuluit Bar.in conſi. ſuo cliij.inci.vī dicēdum dictos accuſatos. & hoc per no.in l.j.§.ſceuola.ff.ſi quis teſtamē.lib.eſſe iuſ.fue.& per Cy.in l.ſi abducta. * C.de fur.(Et pro hac parte faciunt quæ dixit Ang.de Are.in trac.maleſi.in verbo, & veſtē cœleſtem.in pe.char.in verſi.& aduertas bene quia in inquiſitione &c.vbi omnino vide.& Iaſo.in l.licet inter priuatos.nu. xv.C.de pac.)Tene menti rogo, quia poteris euadere mille inquiſitos vel accuſatos de furto a pœna mortis.nam ſepenumero in accuſationibus vel inquiſitionibus de furto omittuntur illa verba iure dñij vel quaſi vt docet experientia. Vide tñ dictū Ang.in l.j. §.interdictum.ff.ſi pars hære.peta.quod vī deſtruere prædictā doctrinam ſi bene pōderetur, & vide q̄ dixi in practica mea cauſarum crimi.in illo dubio, videlicet an ſit neceſſe ꝙ ante omnia conſtet iudici inquirēti de nomine offenſi, vbi plura adduxi. & vide ēt omnino Ange.in l.falſus.in.§.qui alienum.in ver.in tex.ibi nihil &c.ff.de fur.& vide etiā de iſto verbo, pertinere, Abb.poſt d.Ant.in c.j.in iiij.col.de cau.poſ.& ꝓprie. & in c.cum contingat.in prin.de decimis.& vide d.Fely.in c.inter dilectos.in ij.colū.de fide inſtru.vbi plura dicit de hoc verbo.

276 Parum & nihil equiparātur.c.licet cauſam.§.quanquā.in verbo, nulla vel modica. extra de proba.& probatur inſtit.ad l.falci. circa prin.in ver.pro nullo aut minimo lu* cro &c. (Vide Barb.in conſi.lxxiiij.incip. ſcripſit &c.in j.col.in iiij.vo.& omnino Iaſ. in l.ſi is qui pro emptore.in ij.col.ff.de vſu cap.& Iaſ. omnino in l.ſciendū.in iij.& iiij. col.ff.qui ſatiſ.cogā.vbi adhuc plura no.dicta in hac materia, ꝙ parum, vel nihil, equiparantur.)pro quo facit gl.in.§.pe.in auth. de inſtr.cau. & fide.in verbo, iter quos &c. quæ dixit ꝙ parum ſcire, & nihil ſcire, equiparantur. Et ideo dixit Lud.Ro.in ſing.ſuo xxxiij.inci.Hodie quidam.ꝙ ſtatutū prohibens alienare domum in forenſem non habet locum in parua domo. ad quod allegat tex.quem dicit ſingu.in l.ſenatus.in.§.marcellus.ff.de leg.j.vbi hoc ēt ſentit Ang.& dixit Bald.in c.cum te.de re iudi. ꝙ officialis pro minimo non eſt ſyndicandus.allegat.l. quanuis.ff.de condi.& demō.& l.cui dens. ff.de edili.edict.pro quo facit l.ſeto.ff.de in integ.reſti.& l.omnino.ff.de impen.& l.res bona fide.ff.de contrahen.emptio.Pro quibus ēt facit, nam paruum vulnuſculum non eſt in conſideratione, vt eſt text.in l.j.in.§. proinde.ff.de edil.edi.adeo ꝙ ſtatutum puniens vulnerantem non comprehendit facientem vulnuſculum ſeu paruam cutis ſciſſuram, ſecundum Bal.in l.ſi.C.de edi.acti.in j.col.vbi etiam ſubdit ꝙ ſi ſtatutum dicit ꝙ ſyndici teneantur denunciare percuſſiones ſanguinolentas non tenent̄ denunciare, vbi eſt leuiſſima cutis ſciſſura, & allegat.d.l.cui dens.& d.§.proinde.quem tex.dictū.§.etiā ponderauit Ang.& Ludo.Ro.in l.j.§.excuſantur.ff.ad Silla.Pro quibus facit gl.not.in c.cum illorum.in verbo, ſanguinis.de ſentē. excom.& in cle.ne romani.in.§.ſi.in verſi. effundendis. de electio.& in c.placuit.el ij. xviij.diſt.& facit l.quæſitum.ff.de re iudic. vbi dicitur ꝙ appellatione febris nō venit leuis febricula. Et dixit Bald.in l.ſi quis in hoc genus.in l.ſi.C.de epiſ.& cle.quod ſi ſtatutum vel lex punit offendētem clericum, comprehēdit ſolum ei inferentem atrocem iniuriam, non aūt leuem.& poſſem adducere forte ducentū dicta in hoc propoſito quę alias cumulaui ad materiam d.l.quæſitum. quæ omitto breuitatis cauſa. Attamen ſcias ꝙ inter alios caſus qui poſſent adduci i quibus etiam parum ſeu modicum eſt in conſideratione & multum operatur.eſt vnus caſus multum nota.videlicet ꝙ licet res inter alios acta tertio non præiudicet, vt in toto tit.C.res inter alios acta.& habetur.in c.penul.de re iudi.cum ſi attamen ſententia in-

ter alios lata contra tertium operatur qua-
lequale præiudicium,& ſic modicum pręiu
dicium,vt habetur in l.a ſententia.& in l.ſę
pe.de re iudi.Et iſtud qualequale præiudi-
cium operatur maximum & mirabilẽ effe-
ctum, nam equipollet ſemiplene probatio-
ni habili ad deferẽdum ſacramentum in de-
fectum ſemiplene probationis. Ita multum
ſing.dixit do.Anto.in c.pen.in iiij.col.de re
iudi.& dicit quod hoc tenet Bar.in l.admo
nend.in xiiij.col.verſi. quæro quid ſi dicta
teſtium.ff.de iureiuran. vbi dixit ꝙ ſi dicta
teſtium ſint recepta inter alias perſonas fa-
ciunt quo ad alios ſemiplenam probationẽ,
quod dicit eſſe verum ſi tales teſtes nõc exa
minari non poſſunt,alias ſibi imputaret cur
de nouo nõ faceret eos examinari, quod di
ctum etiam ponit d.Ant.& Abb.in c.fin.de
iureiuran.& do.Alexan.in repe.d.l.ſæpe.in
xviij.col.in princ.de re iudi.vbi dicit tene
menti iſtud dictum obſecro, quia eſt de pa-
ne lucrando.& iſtud dictum etiam refert ip
ſe do. Alex.in l.ſi duo patroni.in prin.ff.de
iureiurã.vbi etiam ponit de iſto qualiquali
præiudicio,& in d.l.admonendi. in penul.
col.verſi.quærit etiam Bar.hic quid ſi dicta
* teſtium.(Vide infra in ſing.ccclxxj.inci.te
ſtis de auditis &c.) Item pro iſtis etiam fa-
ciunt optime dicta per Ang.in l.ij.in fi.C.de
eden. vbi dicit ꝙ ſententia lata inter alias
perſonas facit qualequale prẹiudicium quo
ad ſemiplenam probationẽ.Inter alias per-
ſonas faciunt etiã dicta per Bal.in d.l.ſi duo
patroni.& prædictam doctrinam do.Anto.
in d.c.pe.de re iud.refert d.Fely.ibi in j.co-
lum.& in c.cum dilecti.in vlti.col.de accuſ.
do.Abb.in d.c.pe.reputat hoc dictum not.
tamen dicit eſſe relinquendum iudicis arbi
trio, qui arbitrari debet ſecundũ quod ſnĩa
tangit ius abſentium. allegat aliqua de qui-
bus ibi per eum,de quo latius per d.Alexã.
& d.Fely.in dictis locis ſuperius alleg.

277 Licet ſupra in ſing.lxxxviij.incip. ſtan
te ſtatuto.plura dixerim circa materiam re
curſus ad ſuperiorem,vt ibi patet. Attamen
nuperrime in eadẽ materia capias aliud no
tabile verbum ſucci plenum,videlicet, Tu
ſcis ꝙ exceptio non nume.pecu.non poteſt
opponi poſt biennium,vt eſt tex.in l.in con
tractibus.in.§.illo.C.de non numera. pecu.
attamen poterit creditor poſt biennium im
plorare officium iudicis, ſecũdũ Bal.in l.illi
citas.in princi.ff.de offi.præſidis. Quod di-
ctum reputat ſingul.Belenzinus.in c.fin.de
ſolutio.in apoſtillis.& ratio eſſe poteſt quia
prohibitus excipere non prohibetur iudi-
cis officium implorare,ſecundum Bar.in l.
j.§.& parui.in ij.colum.ff.quod vi aut clã.
& dixi in d.ſing.lxxxviij. Item ſcias etiam
ꝙ licet poſt biennium non poſsit opponi di
cta exceptio, tamen bene poteſt opponi ex-
ceptio doli,quia dolo & fraude petit vel di
cit ſolutam pecuniam non numeratam. Ita
ſingul.dixit Hoſtien.in c.ſi cautio.de fid.in-
ſtru.quod dictum refert & ſequitur Barb.in
conſi.ſuo xviij.incipien.Pręclare ſcribitur.
in vlti.colum.in ij.volu.ſuorum conſiliorũ.
Vbi dicit ꝙ iſtud dictum ſequuntur omnes
* docto. (An autem de iure canonico poſsit
perpetuo opponi exceptio non numera.pe
cu.vide Iaſ.in l.cum quis in penulti.colum.
C.de iur.& fac.igno.& in l.qui pecuniam.
in j.colum.ff.ſi certum petatur.) Tene men
ti,quia ſæpe practicatur materia iſta nõ nu
meratæ pecuniæ.Hippoly. de Marſi.I.V.D.

278 Habens duos reos vel plures obligatos
inſolidum pro vno debito poteſt conuenire
quem vult pro toto debito, vt habetur in l.
duos reos.in princi.& in l.reos.§.fina.ff.de
fideiuſſo.& in.§.plures.inſtitu.de fideiuſſo.
Hoc tamẽ limita & reſtringe ꝙ tali caſu nõ
poterit vnus ſolus compelli niſi primo etiã
alij fuerint requiſiti ſeu interpellati & fue-
rint in mora.Ita notanter dixit Pau.de Ca.
in l.in executione.circa prin.ff.de duo.reis.
vbi pro hoc alleg.bonum tex.in l.fideicom
miſſa.in.§.pen.ff.de lega.iij.quem tex.dicit
ſe alibi neſcire.& idem dixit do.Alexan. in
l.ij.in.§.& harum.poſt princi.ff.de verbo.
obliga. & hoc etiam ipſe ſenſit in eadem.l.
in.§.ex his.pro quibus faciũt dicta per Ab-
ba.in c.cum deputari.in v.col.de iudi.Tene
menti quoniam eſt quotidianum & plures
errant in hoc.

279 Dixi tibi ſuperius in ſingula.ccxlviij.
incip.Conditio &c.plura in materia mulie-
rum.Et inter cętera dixi ꝙ licet mulier car
cerari non poſsit pro debito, tamen hoc fal
lit in muliere meretrice, quia talis mulier
meretrix poterit pro debito carcerari, &
allegaui doc.hoc tenẽtes in pluribus locis.
Quod tamen ibi limitaui niſi talis meretrix
ſit maritata,quia tunc incarcerari non pote
rit,ad quod allegaui Ioan.And.in addi.Spe
cu.in tit.de iniurijs & damno dato.& alios
de quibus ibi videas. Sed nuperrime dico
ꝙ iſta limitatio Ioan. Andr.& aliorum vo-
lentium ꝙ meretrix maritata nõ poſsit car
cerari eſt limitanda & reſtringenda niſi ma
ritus talis mulieris meretricis ſit leno vel
infamis. nam tunc coniugium non obſta-
ret quin talis meretrix non poſſet carce-

rari pro debito.ita dixit d.Ioan.Bap.de ſan cto Seuerino in tract.ſuo de debitoribus ſu ſpectis & fugitiuis.in xiij.col.poſt med.pro quo allegat in ar.quæ habentur in l.ſi adul- terium.C.de adul.& in auth.ſed nouo iure. eo.titu.Tu vltra eum dicas ꝙ pro hac limi- tatione & doctrina facit optime in ar.text. & quæ ibi habentur per doct. in l.in arenā. C.de inoffic.teſta.Tene menti,quia hoc fa- cilliter iſtis temporibus poteſt euenire in fa- cto pluribus modis.

300 Prorogatio intelligitur fieri cum omnibus qualitatibus rei prorogatæ l. lecta ff. ſi cer. pet. l. ſi manente ff. de præcar. habetur in l. ij. in §. ſed ſi iudex. ff. de iudi. & habetur per Barto. & alios in l. ij. in §. & poſt operis & ibi per Alex. in iij. col. ff. de ope. no. nun. & per do. Anto. & alios in c. preterea el ij. extra de app. & per Bal. in c. j. poſt prin. de mut. peti. vbi dicit ꝙ ſi aliquid ſubſtantiale mutaretur non diceretur prorogatio. alleg. not. in c. hi qui. de prebẽ. in vj. Sed aduerte quia hæc regula limitatur aliquibus modis. Et primo limitatur in iuramento. Nam ſi factũ eſt compromiſſum cum appoſitione certi termini & cũ iuramẽto de non veniendo contra. & poſtea intra dictum terminũ fuit dictum compromiſſum prorogatum facta prius narratione contentorũ in primo compromiſſo & non ſpecialiter de aliquo iuramento niſi adiuncto verbo &c. An tali caſu iuramentũ intelligatur eſſe repetitum & prorogatum. Ita quod ſi veniatur cõtra laudum latum poſt terminum primi compromiſsi contraueniens poſsit dici periurus, ſeu poſsit per cenſuram eccleſiaſticam cogi ad obſeruationem iuramenti? in quo dicas ꝙ non erit periurus nec dicetur prorogatũ iuramentũ. Ita ſingulariter dixit Bal. in no. conſi. ſuo cclxviij. incip. Quæritur ſi factũ fuit compromiſſum in iij. vol. & allegat ad hoc plura, & reſpondet ad ea quæ adduci poſſent in cõtrarium. Limita etiam dictam regulam non procedere in pœna, nam ſi prorogatum eſt compromiſſum non intelligitur prorogata pœna. Ita not. dixit Bald. in l. penul. §. vxor. ff. ſolu. matri. per l. ſi ſeruus ea l. ff. de ſer. expor. Pro quo facit dictum eiuſdem Baldus in l. ſi a te. C. de pac. inter emptio. & vendi. vbi dicit ꝙ illud quod dicitur ꝙ prorogatio termini intelligitur facta cum omnibus ſuis qualitatibus eſt verum in fauorabilibus, ſecus autem in odioſis. & ibi ponit notabile exemplum de prorogatione officij poteſtatis quem vide, licet contra prædicta faciant adducta per domi. Bartho. Cæpo. in conſi. ſuo viij. incip. dicendum. Teneas menti quia iſte ſunt notabiles limitationes quæ ſepius occurrere poſſunt in facto & afferre poſſunt decus & lucrũ. Et circa prædicta videas etiam Bal. in l. etiã in fi. C. de iure dot. & Bar. Alexã. & alios in l. item quæritur in §. qui impleto ff. loca. & Pau. de Caſt. in l. ſi procurator. C. de procura. & Specu. in titu. de procur. §. ratione autem in iiij. colum. in verſi. Sed vltra ea. &c. Et in hac materia prorogationis teneas mẽti ꝙ eadem ſolennitas requiritur in prorogatione compromiſsi quæ requiritur in primo compromiſſo faciendo. Ita dixit Bald. in conſil. ſuo ccclxxxviij. incip. Viſo ſtatuto in ij. volumi. Et ſic per iſta cum adiutorio beatiſsimæ virginis Mariæ expedita ſunt ſingularia. 300. quæ alias vobis pollicitus ſum componere & vobis tradere quæ non tedeat vos ſepe reuidere, quoniam ex ipſis non fallor eueniente opportunitate reportabitis emolumentum honorem & gloriam, & forte ſepius eritis mei præceptoris veſtri memores. Hippolytus de Marſilijs. I. V. D. Bononienſis.

301 Dixi tibi alias ſatis plene & forte vltra omnes in l. fin. in v. colum. cum quatuor col. ibi ſeq. ff. de quæſtio. ꝙ mors omnia ſoluit, ad quod adduxi plura iura & doctrinas. do tamen nunc tibi caſum in quo mors non tollit omnia, ſed imo poſt mortem illud quod ante fuit remanet in virtdi prout erat ante mortem, qui caſus eſt ſi papa delegauit cauſam vni ſub nomine proprio qui delegatus poſtea erit mortuus tali caſu ordinarius loci poſt mortem ipſius delegati non poterit ſe intromittere de illa cauſa. Ita ſingu. dixit Bal. in l. ſi vt proponis la j. in penul. colum. C. quomodo & quando iud. vbi dixit ꝙ licet delegatus ſit mortuus & delegatio ſit conſumpta, tamẽ in tali caſu ſolus papa habet de illa cauſa cognoſcere & diſponere alleg. hoc voluiſſe Archi. in. §. ss ita xxvi quæſtio. ix. in apoſtilla quæ incipit, ad ibi &c. & dicit ꝙ cauſa quę ſemel intrat curia Romana, nunquam exit de curia, niſi princeps eã deleget alteri, vel remittat cauſam ad ipſum ordinarium, quod dicit Ba

eſſe not,& adducit illum tex. ad hoc quod
dictum ſequitur ibi Saly.& Ioan.de Imo.in
l.ſi expreſſum in vlti.colum.in princi.ff. de
app.& Iaſ.in l.j.in xvij.col.verſi.contra tñ
ff.de off. eius & in l. more in vlt. colum.ff.
de iuriſ.omn.iud. Itẽ iſtud dictum refert &
ſequitur do. Phil. de Franchis de Peruſio
in c.vt noſtrum in pe.colũ. extra de appel.
vbi dicit ꝙ pro hoc dicto eſt text.ſing.in c.
paſtoralis.§.j.de offic.ordi.vbi ſi papa cau-
ſam ſpectantem ad ordinarium alteri dele-
gauit,& delegatus proceſsit in cauſa, & in
contumaciam partis miſit in poſſeſsionem
vel excommunicauit, licet poſtea delega-
tus moriatur non tamen poteſt ordinarius
ſe de illa cauſa intromittere nec abſoluere
excommunicatum cum abſolutio ſpectet
ad papam delegantem,nec poterit per ordi
narium recuperare poſſeſsionem amiſſam,
quia ex quo papa ſemel illam cauſam dele
gauit non redit vlterius poteſtas ad ordina-
rium.Ita eſt tex.ibi ſingularis pro quo dicit
facere in ſimili,quia quando papa ſemel re
ſeruauit ſibi collationem alicuius beneficij,
non redit poteſtas conferendi ad ordinariũ
quouſque prouiſio illius beneficij virtute
reſeruationis habuit effectum , de quo per
Inno.& Ioan.And.in c.inter dilectos de ex
ceſ.præla.& per glo.& doct.in c. ſi eo tem-
pore.de elec.in vj.& in c.cum Vintoniẽſis.
de elec.refert poſtea do.Fely.vbi ſupra Sa-
ly.in d.l.ſi vt proponis.reſtringere & limi-
tare dictum Bal.procedere quando delega-
tus deceſsit re non integra, alias ſi re inte-
gra videtur ꝙ redeat poteſtas ad ordinariũ
per id quod habetur in d.l.ſi vt proponis.
Sed in hoc dicit Inno. ſecundum eum in d.
l.ſi expreſsim in fi.eſſe ſeruandum ſtylũ cu-
riæ,qñ de illo cõſtaret,vt in c.quã graui. de
cri.fal.& in c.cũ.M.& i c. ex literis.de cõ-
ſti.ſed ceſſante ſtylo iuriſditio delegati pape
põt ꝑueniri ab ordinario re integra anteꝗ̃
litere ſint præſentate iudici delegato. vnde
ſi citatus coram ordinario excipit ꝙ papa
primo illam cauſam delegauit alteri & cõ-
miſit non auditur,imputet enim ſibi impe-
trans ex quo prius delegato literas nõ præ
ſentauit,etiam ſi fuit impeditus ꝙ præſenta
re non potuiſſet quanto magis ſi re integra
deceſſerit,& de iſtis dicit eſſe tex.in cap.vt
debitus eodẽ.titu.de app. Quæ omnia ſunt
menti tenenda ſecundum do.Philip.in d.c.
vt noſtrum &c. Ad quæ etiam vide vnum
verbum per Soci. in conſil. ſuo xxxix. in-
cip. capio primum &c.in prin.v. colum. in
iiij.volu.& vide etiam Soci. limitantẽ hãc
materiam in conſi.ſuo lxxxiij.inci.pro cla-
riori &c.in iij.col.in d.iiij.volu.

302 Mater non poterit intra annum tutorem
dari filijs ſuis aut priuatur ſucceſsione ipſo
rum l.ſecunda.§.ſi mater ff.ad tertul.l.ſciãt
C.de legi.hære.habetur in authen.matri &
auiæ.C.quando mul.offic.tut. fungi pot. &
habetur de materia per Ioan.de Ana.,in cõ
ſil.ſuo xlv.incipien.viſis his &c.& per Lu-
do.Ro.in conſi.ccvij. incip.ſi volumus &c.
& in conſi.ſuo cclxxix.incip.viſis &c. hoc
tamen limita non habere locum quando fi-
lius habet multa debita,& propter hoc ma
ter voluit petere tutorem vt filius remane
ret indefenſus,& ſic non poſſet condemna
ri,& contra eum non agi ſeu aliquid fieri tã
quam indefenſus. nam hoc caſu excuſatur
mater,nec perdit ſucceſsionem filij. Caſus
eſt ſingu.in l.ij.§.ego etiam ff.ad tertul. quẽ
tex.ad hoc dicit ſingu.& notandum perpe-
tuo domi. Alexand. in authen. ceſſante C.
de legi. hære. & Ludo.Roma. in ſingula-
ri ſuo cvj.incipien.ſecundo quæro &c.ꝙ di
cit eſſe nota.

303 Filiorũ appellatione regulariter continẽ-
tur nepotes ex filijs l.filij.& l.iuſta.& l. li-
berorũ ff.de verb.ſign.habetur per ſcriben
tes in l.cum acutiſsimi C.de fideicom.& in
l.cum amiſ.ff.de condi.& demon.& in l. fi-
lium habeo ff.ad macedo.& in l.lucius la ij.
ff.de hære.inſti.cum ſimi. Aliqui tamẽ ſunt
caſus in quibus dicti nepotes non continen
tur.Vnus caſus eſt quando filij vocantur cũ
aliqua qualitate quæ non erat in nepote,nã
tunc appellatione filij non comprehẽditur
nepos l.fi.C.de natu.lib.& no. Bar.in d.l.li-
berorum in v.col.in ver.ſecundo quæritur
qñ verbũ filij &c.& in l.j.C. de priui. dot.
& voluit Alex.in conſi. ſuo cccxlviij. inci.
ponderatis verbis teſtamẽti præſenti nobi-
lis viri.in ij.colũ.vbi refert prædicta,& alij
plures caſus in quibus nõ veniunt nepotes
appellatione filiorum ponuntur per Ber-
tha.in ſuo repertorio in verbo,filiorum ap-
pellatione in xxj. verſicu.vbi latiſsime lo-
quitur,& circa hanc materiam teneas mẽti
vnum perpetua memoria dignum, ꝙ ſi ſta-
tutum dixit ꝙ extantibus filijs maſculis fi-
liæ feminæ non ſuccedant ꝙ tale ſtatutũ etiã
habet locum ſi extant nepotes ex filijs. Ita
not. dixit.Raph.Fulg.in conſi. ſuo lxxviij.
incipien, ſuppoſito ſtatuto. in ij. colum. &
Soci. in conſilio ſuo xiiij. incipien.ſequen-
do ordinem &c.in ver.quarto prædicta cõ
cluſio &c.De quo tñ vide d.Phil. dec.in cõ
ſi.ſuo lxxxvij.incip.pro reſolutione &c.in

pe.col.vbi alleg. Bal.in contrarium in cõſ. ſuo xxx.in iij.vol.& vide etiam do.Franc. de Are.in conſi.ſuo clxiiij.incip.diligenter. in iiij.col.in verſic.nec videtur obſtare. de qua materia vide etiam Alexã.in conſil.ix. incip. viſis verbis teſtamenti.in j.vol.& in conſi.cxxviij.incip.conſideratis &c.in eo. vol.& d.Phil. Deci.in conſi.ſuo xcv.in iij. iiij.& v.colum.& Fran.de Are.in conſi.ſuo cxlvj.incip.reſpondendo &c. & Iaſ.in l.de quibus.in v.vj.& vij.col.ff.de legib.& in l. ij.in.§.prætor ait.in ij.col.ff.de in ius vocã. & an tale ſtatutũ habeat locum in filiabus monialibus vide Pau.de Caſt.in conſil.ſuo cccxxxvij.incipi.primum dubium de quo quæritur &c.in ij.& iij.col.& Socin.conſil. lxxxj.incipien. in præſenti conſultatione. in iiij.& v.col.&c.& latius per d.Rochum Cur.in c.fi.in cxix.& cxx.col.de conſuetu. Item an dictum ſtatutum habeat locum in filio ſpurio legitimato vide Rapha.Fulg.in conſi.lxij.incip.ſtante ſtatuto &c. Hippolytus de Marſi. I. V. D.

304 Animaduertant creditores habẽtes debitores captos & carceratos qñ tales debitores carcerati volunt exire carcere præſtã do fideiuſſorem. Nam ſi tales fideiuſſores promittunt ſoluere creditori omne id & totum quod apparebit ipſum debitorem carceratum ſibi debere facta ratione vel calculo tunc cautus ſit ipſe creditor vt faciat rationem ſiue calculum cũ ipſo debitore viuente, nam ſi moreretur talis debitor antequam eſſet factus calculus fideiuſſor non teneretur ſed eſſet liberatus. Caſus eſt ſingul. quem ibi ad hoc ſumme no.Pau.de Caſt.& d.Alexan.in l.qui rome.in.§.augerius.ff.de ver.obli.& Iaſ.in l.ſi ego.in iij.col.poſt me. ff.ſi cer.pet.quod eſt ſumme no.qui tex.etiã multum facit contra regulam iſtam, videlicet ꝙ hæres & defunctus cenſentur vna & eadem perſona.de qua habetur in authẽ.de iureiur.a mori.præſti.in prin.de quo late ꝑ Soci.in conſi.ſuo xxiiij.incip. præſens conſultatio &c.in ij.col.in iij.vol.& per Alex. in conſi.xviij.incip.attentis narratis.in vlt. col.in v.vol.& vide quæ dixi ſupra in ſing. lix.incip.obligatio &c.& vide Bal.in l.diẽ proferre.in.§.j.ff.de arbi.

305 Iudex maleficiorum non ſemper poteſt inquirere de delicto etiam ſtante ſtatuto ꝙ de quolibet crimine poſſit inquirere. nam nõ poterit inquirere de crimine,ſeu de delicto commiſſo niſi primo citetur offenſus & intelligatur ab eo an velit accuſare delinquentẽ.ita dicit gl.ſing.in c.presbyter ſi a plebe.ij.q.iiij.quam gl.ad hoc dicit ſingul. Bal.in l.ſenatus.C.qui accu.non poſ.dicens ꝙ ratio eſt quia præferendus eſt ille qui maius ius habet & melius fundamentum, ad quod etiam alle.quæ habentur in ſimili.in l.j.§.denunciari.ff.de ven.inſpi.& in l.ſi tantum.ff.de legat.ij.& in l.neceſſario.ff.de in diem addic.& in l.quamuis indubitati.C.de adul.& in l.ij.§.ſi.ff.de adul. Item hanc partem per illam gl.firmauit d.Bartho.Cæp.in cautela ſua xxvij.incip.tu ſcis &c.vbi alle. tenuiſſe Lud.Ro.in ſuis ſing.& idem tenuit Ang.in auth.de tẽpo.non ſolu.pecu.in prin, & in repe.l.ſi vacantia.in iij.col.C.de bon. vac.lib.xij.& d.Alex.in l.ij.§.ſi publico.in ꝑapoſtil.ff.de adul.& do.Amodeus Iuſtitius in tracta.ſuo ſyndi.in iij.char.in iij.col.poſt med.de quo latius loquutus ſum in practica mea cauſarum criminalium. in xvij.charta poſt med.vbi vide.is. Hippolytus de Marſilijs Iuris Vtriuſque Doctor.

306 Materia carcerati,an & qñ poſſit contrahere,vel cum carcerante vel cũ alio plene traditur a ſcribentibus in l.qm in carcerem.& in l.metum.§.ſed licet.ff.ꝙ met.cau. & in l.qui neq;.ff.de verb.ſigni.& habetur per Ang.in l.nemo carcerem.C.de exacto. tribu.lib.x.& in ſua diſputatio.incip. renouata guerra.& habetur per Bald.in l.vnica. in iij.char.C.de confeſſ.& per eum in l.ab eo.C.quõ & qñ iud.in pe.col.& per Ange. de Are.in trac.ſuo malefic.in verbo,qui tu dex dictum Caium detineri & carcerari fecit &c.in vlt.col.in verſi.an autem carceratus &c.& ibi in addi.& per Bal.in rubri.C. de reſcin.vendi.circa fi.& per do.Abb.in c. accedens.de procu.& per do.Felyn.in c.innouamus.de treug.& pa.& per Bar.in trac. de carce.circa fi.& per do.Card.Alex.in c. ſuper eo.el ij.in ij.col.in fi.de appel.ſcias tñ in hac materia not.& ſingulare verbum videlicet ꝙ ſi aliquis tyrannus vult extorquere pecuniam ab vno ſubdito ſuo qui nõ habet pecunias ad manũ facit ipſum carcerari,qui carceratus ſi vult exire carceres compellitur facere venditionem cuiuſdam poſſeſſionis ſue cuidam alij pecunioſo qui libẽter emit.& credit emere ſecure poſtquã ipſe non committit violentiam, & ſoluit pecuniã illi carcerato vel alteri recipienti pro eo,& poſtea tyrannus aufert ab eis tales pecunias hoc caſu ipſe compulſus vendere, vtrum poterit recuperare ab illo emptore poſſeſſionem ſuam,etiam non reſtituto ſibi pretio per eum exburſato ab ipſo venditore,ita ſing.dixit Pau.de Ca.in l.nõ intereſt.

in j.colū.C.quod met.cau. vbi dicit ſe alias pro hac parte conſuluiſſe,& fundat ſe quia dictum pretium non eſt conuerſum in vtilitatem ipſius venditoris,& ibi ipſe reſpõdet ad aliqua contraria quæ adduci poſſent cõtra hanc ſuam doctrinam, de quo ibi latius per eum. Pro quo facit,nam carceratus præſumitur ſoluere per metum, ita dixit Cy.in l.ij.C.ꝙ met.cau.& Bal. in l.falſus.in pe.colum. C.de furt. Tene perpetuo menti, quia iam a decē annis citra hic caſus euenit millies in Italia,& maxime in hac materia diru pta,dilaniata,lacerata,& conquaſſita, ciuitate Bononiæ mihi patria miſeranda.

307 Bona delinquētis confiſcata,& fiſco applicata poſſunt per fiſcum vendicari,vt habetur in l.in metallum. & i l.ſi vt proponis. & in l.fin.& in auth.bona damnatorū.C.de bo.dam.quod tā intellige verum eſſe & locum habere ſi intra quinquennium dicta bona ſunt petita & vendicata a fiſco, ſecus autem poſt quinq; annos,nā ſi elapſi ſint quinque anni a die publicationis vel confiſcationis in quibus fiſcus non petit dicta bona vlterius non poteſt illa petere nec cõſequi.Ita dixit Bar.& Bal.in l.commiſſa.ff.de publi. quos refert & ſequitur Barba.in conſil.ſuo lxx.incip.vbi Chriſtus &c. in xxiiij.col.in iiij.volu.vbi etiam per hoc adducit ea quæ habentur in l.ij.C.de apoſta.& gl.in l.manicheos.C.de here.& maniche. Item adducit etiam bonum tex. ad hoc in l.ij.C.de vecti. & commiſ.vbi dicit tex.ꝙ in bonis delatis fiſco propter vectiga. non ſolutum præſcribitur ſpatio quinq; annorum. de quo latius per eum in dicto conſi.& per Alex.in conſi.ccxvj.incip.ponderatis.in ij.col.in vj.volu.& vide Bar.& Bal.in d.l.ij.C.de vectig. vbi per illum tex.ſoluunt not.quæſtionem. & Bald.in l.iij.C.ſi propter publi.pen.& in cõſil.ſuo cccviij.inci.quidam Lucanus &c. ante fi.in iij.volu.

308 Dicunt doc. in l.generaliter in.§.cū autem.per illum tex.C.de inſti.& ſubſtitu.ſub condi.fac.& in l.legem iuliam.ſimiliter per illum text.C.de indic.viduit.& vnum relatiuum præſupponit ſeu dat intelligere aliud. & ideo ſi dicimus talis res non eſt ſua,puta Titij, præſupponimus illā eſſe alienam, ex quo inferunt docto.ꝙ ſtante ſtatuto quod ſi quis per vim arripuerit filium, non ſuū,capite puniatur,quod ſi quis rapuerit filiū carentem patre & ſic nõ alienum non incidit in pœnam ſtatuti.Ita ſing.dixit Iac.Bu.Saly. & Alex.in d.l.generaliter.in d.§.cum autē. quam doctrinam pro not.refert & ſequitur Iaſ.in d.l.legem iuliam.C.de indi.vidui.toll. in iij.col.in ver.ſecundo principaliter.quā doctrinam teneas menti, quia prima fronte videretur dicendum contrarium, quia omnino iſte rapiens delinquit & dat operam rei illicite ex quo videretur puniendus.

309 Habuiſti a me plura notabilia dicta in materia confeſsionis in ſingularibus meis quāpluribus præcedētibus,ſed vltra illa accipe nuper not.verbum in ipſa materia cõfeſſionis, videlicet ꝙ confeſsio facta corā duobus ex tribus iudicibus non valet vt cõfeſſio iudicialis,& ideo ſi tres ſunt iudices delegati ſimpliciter ſine clauſula,& ſi non omnes &c. Et confeſsio fiat coram duobus nõ valebit vt confeſsio iudicialis.ita ſing.dixit Abb.in c.olim ex literis.in fi.de reſcrip. quod dicit eſſe ſing.no.& alleg.iura de quibus ibi per eum.& voluit d.Alex.in conſ.ſuo xxx. incip.ex allegatis &c.in ij.col.in vij.vol.& an citatus a duobus ex tribus iudicibus teneatur comparere vide Abb.in c.prudentiam de offi.deleg.& vide Bal.in addi. Spe cu.in ti.de cita.in iij.col.in verſi.ſi ſunt tres iudices &c. & vide quæ dixi ego in repetit. mea.l.de vnoquoq;.ff.de re iudi.in xxviij. char,verſi. Item circa prædictam materiam commiſsionis citationis.

310 Credo te ſcire ꝙ confeſsio extraiudicialis facit indicium ad torturam ſecundū glo. ab omnibus approbatam in l.capite quinto. ff.de adul. de qua ſatis ample loquutus ſum adducendo plures doc.eam approbantes in l.de minore.in prin.in ix.col.ff.de quæſtio. & de ea loquitur Ang.ponendo plures effectus confeſsionis extraiudicialis in l.j.ff.de confeſſ.attamen ſi tu habes clientulum torquendum vigore talis confeſsionis,ſi vis cõſulere ſaluti ſue, & obuiare ſeu impedire torturā,ſis cautus vt facias quod talis clientulus tuus reuocet illam ſuam cõfeſsionem extraiudicialem quod facere poterit, & ſic impediet torturā nec debebit probare errorem dictæ confeſsionis, quia illa non tenuit quo ad aliquod præiudicium iudicij,ſed ſolum quo ad præiudicium facti.ita dixit Bal. in l.vnica.in pe.col.C.de confeſ.quod dictū pro not.refert & ſequitur d.Fely.in c.olim ex literis.in iij.col.verſi.ſecundus &c.de reſcrip.vbi latiſsime et copioſe examinat hāc materiam,videlicet qn̄ confeſsio extraiudicialis faciat indicium ad torturam, & ibi in materia prædicta ponit plures not.limitationes quas vide. & in materia iſta vide d.Petri philip.Cor.in cõſi.ſuo cciiij inci. pro deciſione,in iiij.colum. in prin.in j.volu.& in

conſi.xvij.inci.licet moris &c.in iij.vol.

311 Citatus in cauſis ciuilibus licet teneatur comparere per ſe vel per procuratorem, vt in l.fi.cum materia ſua.C.de procu. Attamē ſi citatus timet inferri vim nedum perſonæ, ſed etiam cauſe nō tenetur comparere etiā per procuratorem. Ita dixit Angel.in l.ij.in §.quod diximus.poſt me.ff.ſi quis cau.quē refert & ſequitur do.Fely.in c.accedens.el ij.in iij.col.verſi.ſecunda concluſio &c.extra vt lit.non conteſt.& ſcias ꝙ quanuis locus ſit ſecurus citato, tñ ſi ipſe citatus non habet ibi vbi citatur bonum ſtatum, puta ſi citatur guelphus vbi regnant ghibelini nō tenetur comparere, ſecundum gl.in c.ſtatutum.§.j.in verſi.non audens.de reſcri.in vj. & ideo dixit Ange.in d.l.ij.in.§.quod diximus.quod exiliј terrarum non tenentur cōparere in loco a quo ſunt expulſi. quod dictum refert & ſequitur eum ampliando do. Fely.in d.c.accedens.in vj.colum.verſi.nona concluſio &c.& de materia iſta habetur etiam per Cardi.Alex.poſt alios in c.ex parte tua. de appella.

312 Illi qui non poſſunt diſponere non poſſunt pœnam adijcere diſpoſitioni, vt habetur in l.ſeius & augerius.ff.ad l.falci.& in l. quod de bonis.eo.titu.& ideo ſicut priores vt ſunt antiani non poſſunt conſtituere vel auferre ſalarium doctoribus, ita nō poſſunt imponere legē pœnalem conſeruatori vel depoſitario ne ipſis doctoribus ſoluant. ita ad literam dixit Bal.in addi.Spe.in ti.de cōſti.in vlt.addi.Pro quo optime faciunt dicta per Alexā.in conſi.ſuo cccxxiiij.ſecundum ordinem meum, quod cōſilium eſt primum tertij volu.& incip.viſo proceſſu &c.in iij. char.& j.col.poſt med.quod eſt no.a docto. Bononieñ, quibus quādoq; ſequeſtrat pars ſalarij ſui,in manibus depoſitarij ab antianis vel ab alio magiſtratu non habente poteſtatem conſtituendi vel auferrendi eis ſalarium,qm̃ talis ſequeſtratio eſt nulla & inualida per prędicta.pro quo faciunt optime dicta per do.Philip.Deci.in conſi.ccxxxj. incip.viſo in iij.colum.

313 Diligenter aduertant recipientes fideiuſſores ad verba appoſita in ipſa fideiuſsione.nam ſi aliquis fideiuſsit & promiſit ſoluere pro actore talis cauſe, ſi ipſe actor ſuccubuerit in cauſa an hoc caſu ſi eſt pronunciatum inſtantiam fore peremptam, & condemnatus eſt actor expenſis teneatur talis fideiuſſor ad ipſas expenſas? dicas ꝙ non, ſecundum Bal.multum eleganter loquentē in conſi.ſuo cclxxij.inci.proponitur ꝙ quidam.in ij.vol.quem videas,quod eſt no.verbum, cuius contrarium prima fronte videretur dicendum.

314 Prohibitio alienationis facta hæredi per teſtatorem vel talis prohibitio facta in ali: diſpoſitione,licet diſpliceat ſæpe illi cui facta eſt talis prohibitio,tñ quandoq; talis prohibitio eſt ſumme vtilitatis & emolumenti, nam ſi ex forma legis vel ſtatuti bona ipſi prohibiti alienare ex aliqua cauſa deberēt confiſcari talia bona prohibita alienari nō poterunt confiſcari, eo quia res prohibita alienari nō pōt deuenire in fiſcum. ita dixit Bar.in l.imperator.ff.de fideicom.liber quē refert & ſequitur Alex.in conſi.xxiij.inci. opportune cōſiderans. in iij.col.in j.vol.& Lud.Ro.in l.ſi conſtante.in.§ fi.ff.ſo.ma.& Ang.de Are.in trac.ſuo malefi.in verbo, & eius bona publicamus. ī iij.char.ver.& no. ꝙ facta dicta publicatio.&c.& Soci.in cōſi. ſuo cxxj.inci.prēmittenda &c.in iiij.col.in iiij.vol.& idem voluit Bar.in l.ſi quis in tā-tam.in iij.col.verſi.quæro an dñs teneat.C. vnde vi.vbi dixit ꝙ qñ alienatio eſt prohibita fauore alterius tunc etiam quis delinquendo non alienat.quod dictum refert & ſequitur do.Fran.de Are.in conſil.ſuo xiiij. incip.viſo & diligenter.in vj.col.Pro prędictis etiam facit,nam iura quæ nō poſſunt in extraneum hæredem tranſire non poſſunt etiam tranſire in fiſcū qui habetur loco extranei hęredis.l.iura libertorum.& ibi Bar. ff.de iure patro.l.eorum.ff.ad l.iul.maieſta. & volunt Alex.in d.conſi.xxiij.inci.opportune conſiderans.in iij.col.in j.vol.vbi etiā allegat alia iura ad hoc.& Socin.in d.conſi. in iij.col.in fi.Item ad prædicta facit etiam, nam in generali alienatione vel obligatione non veniunt ea quæ ſunt ſub pœna prohibita alienare vel obligare ſecundum Bart. & alios in l.codicillis. in.§.inſtituto filio.ff. de legat.ij.& in l.obligatione generali.ff.de pigno.& no.Spe.in ti.de pigno.§.j.ad fin.in verſi.nunquid &c.& Bal.in l.j.per illū tex. C.quę res pig.oblig.poſ.& in l.voluntas.ad fi.C.de fideicom.& in c.imperialem.in j.colum.de prohi.feu.alie.per Fede.& Ange.in authen.de reſti.& ea quæ parit.in princ. & Alex.referens prædictos ad hoc in cōſi.ſuo clxvij.inci.requiſitus &c.in prin.ij.col.& in conſi.cccclxj.incip.ſuper primo quęſtio. in fi.iij.col.& voluit Ludo.Ro.in conſi.ſuo clxvj.incip.viſo diligenter.in ij.col.in verſi.ſecundo probatur. aduertas tamen quia illud quod dixi quod res prohibita alienari non poteſt deuenire in fiſcum propter pœ

blicationem bonorum, poteſt limitari & reſtringi niſi perſonę ad quas peruenire debet talis res prohibita alienari defeciſſent, quia deficientibus illis perſonis deficit prohibitio alienationis. in l. quoties. & ibi Bal. C. de fideicom. & in l. qui filium. in prin. ff. ad treb. & habetur in l. filiusfamilias. in. §. diui. ff. de leg. j. & facit l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pa. & c. cum ceſſante. de appel. cum ſi. & ideo defecit is illis propter quos erat facta prohibitio alienationis teneo ꝙ tunc conſiſcatis bonis illius prohibita alienare tranſibunt in fiſcum argu. dictorum iurium quod eſt multum not. in hac materia. de qua limitatione vide in arg. dicta per Soci. in conſi. ſuo liiij. incip. in præſenti conſultatione &c. in v. col. verſi. præterea dato &c. Limita ēt prædicta non habere locū in dominio vtili quia res prohibita alienari non poteſt deuenire in fiſcum eſt verū quo ad dñium directum, ſed ſecus eſt quo ad vtile dñium, quia tunc vtile dñium bene tranſit in fiſcum. ita dixit Eg. Bellame. in conſi. ſuo xxiij. incip. quidam baſtardus &c. in j. col. ad quod allega plura de quibus ibi per eum, attamē credo ꝙ ſi dominus rei uel teſtator prohibuiſſet ēt alienationem vtilis dñij tunc eodem modo bona prohibita alienare non deuenirent in fiſcum etiā quo ad vtile dñium per iura ſuperius illegata. An autem qñ eſt prohibita alienatio ſit prohibita pignoris obligatio, vide Bar. in l. qui habebat. ff. de leg. iij. & in l. in quorum. ff. de pig. & in l. fin. C. de rebus alie. non alie. & Abb. in c. j. de pigno. & circa hanc materiā alienationis prohibitæ, vide Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim. in. §. cum ſtipulamur. in antepenul. col. ff. de verborum obligatio. Hippolytus de Marſilijs Iuris Vtriuſque Doctor Bonoñ.

315 Acceptatio in aliquibus caſibus eſt magni effectus & importantię, vt oſtendi in repe. mea. l. de vnoquoq;. ff. de re iudi. in xxx. char. in prin. in verſic. Item vltra præmiſſa ſcias ꝙ ſi citatus &c. & in repe. mea rub. C. de proba. in xxv. col. verſi. Item ſcias ꝙ cōfeſſio &c. de quo etiam per Socin. in fallen. lxiiij. in prin. & in fallē. lxix. in prin. & infra in ſingu. cccxxix. incip. plures &c. circa me. Sed vltra ea quæ ibi dixi ſcias, ꝙ licet teſtis examinatus poſſit corrigere dictum ſuum ante aperturam proceſſus & antequā loquatur cum parte, ſecundum Inno. in c. cū dilecti. de accu. & gl. in. §. illud tñ. in verſic. non habebit. in auth. de teſtibus. & Bal. in l. presbyteri. in j. col. C. de epiſ. & cleri. & voluit Iaſo. in l. quicquid aſtringende. in v. col. ff. de verb. obli. hoc tamen limita & intellige niſi talis reſponſio vel teſtificatio teſtis fuerit per partem acceptata, nam tunc teſtis non poterit reuocare dictum ſuum niſi ꝓbato errore. Ita no. dixit Bal. in l. gallus. in. §. ſ. ff. de liber. & poſthu. quod dictum refert & ſequitur d. Alex. in d. l. quicquid aſtringende. & illud ēt refert & ſequitur Iaſ. ibidem qui dicit ꝙ idem voluit Ludo. Ro. in l. j. in. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. oblig. & in cōſi. ſuo cccc xxxiij. inci. quo ad primū &c. in fi. & Alex. in conſi. ſuo xc. incip. fere omnis vis huius &c. in j. vol. & in conſilio ſuo xcij. incip. viſo & opportune &c. in vlt. columm. in v. volu. Tene menti quia ſecundum do. Alexan. in d. l. quicquid aſtringende. eſt no. in practica. & ibi dicit Iaſ. ꝙ iſtud eſt dictum famoſum in palatijs. An autem & qñ teſtis poſſit corrigere vel emendare dictum ſuū, vide Alex. & Iaſ. in d. l. quicquid aſtringende. in vlti. colum.

316 Accipe not. & vtilem cautelam contra fiſcum ad excludendum eum a bonis banniti vel deportati ex aliqua cauſa. nam ſi times ꝙ fiſcus bona tua inuadat ex aliqua cauſa facias donationem cauſa mortis bonorum tuorum vxori tue. Poſtea ſi contingat ꝙ tu poſitus in banno eris & perſonę, vxor poterit defendere talia bona ſibi donata ne veniant in fiſcum. Nam iſte bannitus quo ad ciuitatem ſuam vnde exulat patitur tale exilium quo maius non reperitur, & ideo talis donatio tanquam ex morte mariti confirmatur ideo vxor tali caſu poteſt bona defendere a fiſco dummodo proceſſum ſit ad plenam traditionem, & tamen maritus ita bannitus poſſet dictam donationem reuocare, vt eſt text. vnicus & ſingularis in iure in l. ſed ſi mors. ff. de donatio. inter vir. & vxorem. Ita ad literam dixit Bal. in l. penulti. in ix. colum. in verſi. quæro quidam timēs &c. C. de execu. rei iudi. & ibi ſubdit quod ſi ſſet rei reuocatio talis donationis ſequuto banno, quod tamen etiam tali caſu fiſcus nō habebit bona, ſed imo remanebunt ipſi marito, quia non fuerunt incluſa in confiſcatione, allegat ad hoc. l. ſi deportati ſeruo. ff. de lega. iij. & hanc doctrinam & cautelam refert & ſequitur Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim. in. §. cum ſtipulamur. in penult. colum. ff de verb. obli. & dicit ꝙ idem tenet Bal. in d. l. ſed ſi mors. ff. de dona. inter vir. & vxo. pro quo etiam alle. l. res vxoris. C. co. Item ſubdit etiam Iaſ. & dicit ꝙ hanc doctrinā Bal. refert & ſequitur pro ſingulari Pau. de Ca. in l. poſt contractum. in ſu. ff. de donatio. iu

dicas ꝙ illam etiam refert & ſequitur Ale-
xan.in d.l.ſed ſi mors.& idem tenet Bart.in
d.l.res vxoris.vide tñ in materia Ang.in au
then.de trien.& ſemiſ.in.§.illud quoque.in
prin.& tex.in l.j.& ibi doc.C.de iure fiſ.li.
x.& Iaſ.in.§.item ſi quis in fraudem.in xv.
col.inſti.de act.Hipp.de Marſi.I. V. D.

317 Filiorum appellatione comprehendun-
tur maſculi & fœminæ.l.ſi ita ſcriptum. in
prin.& ibi Bar.ff.de leg.ij.& in l.ſi quis ita.
in prin.ff.de teſta.tute.& in l.qui duos.ff.de
leg.iij.voluit Bal.in l.j.C.de legi.hære. Bal.
& Alex.in l.ſed ſi hac.§.liberos.ff.de in ius
voc.Pau.de Ca.in conſi.ccclvj.& in conſil.
ccclv.& in cõſi.lxxvij.Iſtud tñ intellige ve
rum eſſe,& locum habere in materia fauo-
rabili, ſecus autem in odioſa, vt in l.j.§.ſed
ſi incertum.ff.de ven. in poſſ. mit.& voluit
Bar.in d.l.ſi ita ſcriptum.Item iſtud eſt verũ
niſi ex coniecturis colligatur mens teſtato-
ris cõtraria vt ſi teſtator plus affectionis ha
buit ad maſculos q̃ ad fœminas ſecundum
Bal.in cõſi.ſuo incipien.In Chriſti nomine,
amen. Quia allegationes &c.& Alexã.in l.
gallus.in.§.quidam recte. in vlt.col.ff.de li-
be.& poſthu.& Soci.in conſi.xlix.inci.Ca-
pio primum &c.in v.col.et in conſi.xxxvj.
incip.recte & mature &c.circa fi.Item etiã
intellige prædicta eſſe vera niſi ſtatutum ſit
in loco quod extãtibus agnatis fœmina nõ
ſuccedat.Quia tunc inſtitutio filiorum facta
a patre,intelligitur ſecundum mentem ſtatu
ti,videlicet de maſculis tm̃,nõ ſi ſit facta ab
extraneo.Ita no.dixit Pe.de Anch.in l.tres
fratres.ff.de pac.quem refert & ſequit Ale-
xan.in l.gallus.in.§.quidam recte.in fi.ff.de
lib.& poſthu.& in conſi.ſuo ccclix.inci.vi-
ſo teſtamẽto &c.in j.col.& in cõſi.cccxcvj.
incip.circa hanc dubitationem.in xij.colũ.
de quo etiam per Soci.in conſi.xxxvj.inci.
recte & mature &c.in fi.& in cõſi.xlix.in-
cip.Capio primum &c.in v.col.& per eun-
dem Soci.in conſi.ij.inci. viſa facti narratio-
ne.in vj.& vij.col.in iiij.volu.& per eundẽ
Soci.in conſi.lxxiij.incip.capiendo &c. in
iij.col.in fi.in eo.iiij.vol.& i l.hæredes mei.
in.§.cum ita.ff.ad treb.in vlt.char.in vlt.q.
& Deci.in conſi.ccxcix.incipiẽ.in cauſa. in
fi.iiij.col.& in conſi.cccxvj.inci.in caſu.in
pe.col.Ad quæ vide etiam dicta per Iaſ.in l.
ij.in lxxiij. col.poſt med.C.de iure emphy.
& dicta per Pau.de Ca.in conſi.ſuo lxxix.
incip.caſus iſte frequenter contingit & per
do.Anto.in conſi.ſuo j.incip.viſo puncto &
quæſitis.in j.col.& per Bar.in l.vt iureiurã-
di.in.§.ſi liberti. in ij.col.ff.de oper.liber.an
autem appellatione filiorum veniant nepo-
tes ex filijs,vide Alexan.in conſi.xvij.inci.
ponderatis his &c.in j.& ij.col.in v.vol. &
ibi in conſi.xxix.incip.perſpectis.& Raph.
Cuma.in conſi.lxix.incip.blaſius.in iij.col.
ver.ſupereſt.& Raph.Fulg.in cõſi.lxxviij.
incipien.ſuppoſito ſtatuto.in j.col.& per d.
Philip.Decium in conſi.xv.in j.& ij.col.&
ibi in penulti.colum.

318 Fui rogatus a iudice maleficiorum huius
ciuitatis externa die vt deberẽ videre quæ
pœna ſint puniendi iſti zuntatores moder-
ni qui vadunt per diuerſas partes & ven-
dunt aliquam gemmam falſam, & minimi
valoris magno pretio, fingendo illam fuiſſe
derobatam papæ vel imperatori, vel alteri
magno principi: cui reſpondi quod prædi-
cti zuntatores tanquam fures puniuntur.&
etiam acrius, per l.ſaccularij.in princi.ff.de
extraordi.crimi.ibi, plus q̃ fures puniendi
ſunt &c.& oſtendi ſibi d.Ioan.Bapti.de ſan
cto Seueri.hoc expreſſe tenentem in repeti.
ſua.l.cunctos populos.in x.char. in j.col.cir
ca prin.C.de ſum.tri.& fide cath.vbi etiam
alia iura allegat de iſtis zuntatoribus.

319 Hora in inſtrumẽtis & reſcriptis vel in
ſimilibus eſt maxime importantie & effe-
ctus,nam facit quod vnum dicitur prius al-
tero,ſecundum gl.in l.ſi ex pluribus.in.§.fi.
ff.de ſolu.quam extollunt doc.pro ſingula-
ri in pluribus locis,quos refert d.Fely.in c.
paſtoralis.in iij.col.in verſic.ratione vnius
hore.extra de reſcrip.vbi plura ponit circa
hanc materiam hore vel certi temporis, cir
ca quam materiam teneas menti ꝙ ſi colla-
tio beneficij ſit facta a papa vni & ab ordi-
nario alteri eadem die ꝙ hoc caſu collatio
papæ præfertur,vt in c.ſi a ſede.de pręben.
in vj.attamẽ ſi in collatione ordinarij ſit op
poſita hora certa collationis factæ & in col
latione papæ non ſit appoſita hora, præfer-
tur collatio ordinarij collationi papæ. Ita
not.dixit Soci.ex pluribus iuribus & ratio
nibus in l.j.in ij.col.ff.ſo.ma.quem refert &
ſequitur do.Phil.Deci.in conſil.ſuo clxix.
in vlt.col.pro quo faciunt optime dicta per
Felyn.in d.c.paſtoralis.de reſcrip.in iij.col.
Ad quæ vide etiam Soci.in conſi.ſuo lxvij.
incip.eadem die &c.per totum.

320 Sæpe contingit ꝙ partes contrahentes
vnum fingunt,& aliud faciunt & circumue
niunt iudicem ad interponẽdum decretum
ſuum tali contractui:& ideo ſcias & perpe-
tuo tene menti ꝙ ſi iudex reperit ſe dece-
ptum in interpoſitione decreti, poteſt pro-
prio motu ex ſuo mero officio illud reuoca

re. Ita ſing. dixit Ioan. And. in c. conſultationibus. de offi. deleg. in nouella, quem refert & ſequitur Bal. in c. j. in v. col. in fi. de mili. vaſal. qui contu. quod eſt no. Et idem etiam videtur velle ipſe Bald. in l. vnica. in iij. col. verſi. ſequitur quartum membrum. C. de cō feſ. pro quo faciunt dicta per Inno. in c. dilecto. de verbo. ſigni. quem refert & ſequitur Ludo. Roma. in conſi. ſuo ccccliij. incip. in re præſenti &c. in iiij. col. & faciunt etiam quæ dixi ſupra in ſingula. xviij. incip. quotidie &c. & quæ dixit do. Phil. Deci. in conſilio ſuo clxxx. incip. viſa &c. in v. & vj. col. Hippolytus de Marſilijs Iuris Vtriuſq; Doctor Bononienſis.

321 Credo te ſcire q emptio fundi vel domus uel alterius rei rumpit locationem iam factam de ipſo fundo, domo vel alterius rei. Adeo q ipſe emptor poteſt expellere conductorem cum non teneatur ſtare tali locationi, niſi aliter ſit conuentum inter ipſum emptorem & venditorem. Ita probatur in l. emptorem. C. locat. & in l. nihil. §. fin. ff. de lega. j. & in l. qui fundum. ff. loca. & in l. arbores. §. j. ff. de vſufru. l. iulianus. §. pe. ff. de act. emp. cum ſimil. Attamen cautela eſt pro conductore & colono vel inquilino, vt non poſsit expelli ab emptore fundi, vel domus vel alterius rei, nam cautela eſt vt talis conductor tempore conductionis per obſeruantiam contractus recipiat obligationem omnium bonorum locationis, quia tunc cū habeat ius in re illa ſibi locata & obligata pro obſeruatione contractus non poterit expelli per ipſum locatorem, nec etiam per ſingularem ſucceſſorem. Ita dixit Bar. in d. l. emptorem. C. de loca. vbi dicit ſtante tali obligatione in contractu locationis colonus vel inquilinus poterit dicere emptori ego habeo ius in re, & ſic nolo inde diſcedere donec mihi ſatisfiat de pœna vel de intereſſe meo, cum hæc res iam ſit mihi obligata, & ita dicit ſe iam obtinuiſſe de facto. & ſubdit q cum caſus occurriſſet fecit facere proteſtationem a conductore emptori vt diceret ſe detinere rem pro obligatione ſibi facta etiam ideo eum non inquietaret, & idem dixit ipſe Barto. in l. j. §. quod ait prætor. ff. de ſuperfic. & in l. ſi creditor. §. fin. ff. de diſtra. pig. & in l. filio. §. ſi vir. ff. ſolu. matri. & in l. qui fundum. ff. locati. & in l. ſi ea lege. C. de condi. ob cau. & in l. ſi ita quis. in. § ea lege. ff. de verbo. obliga. & idem dixit Abb. in c. fi. ne præla. vices ſuas. ad quæ in materia vide etiam Barb. in c. propter ſterilitatem. de loca. & in repeti. c. raynaldus in Ioannina, in xlvj. char. extra de teſta. & Ang. in l. prætor. §. hac actione. circa fi. ff. vi bono. rap. & Bald. in margarita ſua, in verbo, colonus. in ij. verſi. & Soci. in conſi. ſuo xcix. incipi. in cauſa eximij &c. in vlti. col. vbi videas. & vide etiam Pau. de Ca. in l. qui merces. in. §. j. ff. loca. & Ioan. de Imo. in l. filiusfamilias. in. §. diui. ff. de lega. j. & in l. qui abſenti. §. j. ad fi. ff. de dona. & omnino vide Iaſ. in l. quoties. in vij. col. verſicu. vndecimo &c. de rei vendi. & vide Iaſ. omnino in. §. item ſi quis. in xviij. col. poſt med. inſti. de actio. & Soci. in conſi. ſuo xxix. incip. vilis duabus &c. in vlt. col. circa fi. in iiij. volu. vbi omnino videas. & in conſi. xc. incip. viſis. in j. & ij. colum. in d. iiij. vol. & in conſi. ſuo xvij. incip. capio primam. in penult. col. in iij. volu. Et vltra prędicta teneas menti q non ſolum in caſu prædicto colonus vel inquilinus nō poteſt expelli ab emptore rei niſi ſibi ſatisfiat, vt dixi. Sed nec etiam conductor qui conſecit expenſas vtiles poteſt expelli a ſingulari ſucceſſore, niſi primo ſint ſibi ſolute tales expenſe, etiam ſi talis conductor expellatur propter penſionem non ſolutam. Ita dixit Socin. in conſi. xv. incip. vilis prædictis &c. in vj. colum. in fin. vbi ad hoc allegat. l. dominus. §. j. & l. colonus. in princ. ff. loca. & l. penul. eo. titu. Item alleg. etiam l. colonus. ff. de vi & vi arma. & alia alleg. de quibus ibi per eum, quæ omnia tene menti, quia ſunt quotidiana, & ſæpe de facto contingunt, & hic & alibi, & vide quæ dixi infra in ſingula. cccccxlviij. incip. rei ſue &c.

322 Iuramentum in ſupplementum probationis non defertur niſi præcedat ſemiplena probatio, vt plene tradunt docto. in l. in bone fidei. C. de rebus credi. & in l. admonēdi. ff. de iureiuran. & in l. manifeſte. eod. tit. de quo etiam dixi ſupra in ſingula. lxxxiij. incipien. in ore. vulgi. &c. Scias tamē quod eſt dare caſum in quo defertur iuramentum nulla præcedente ſemiplena probatione. Qui caſus eſt ſi facta eſt probatio quod ego mutuaui tibi pecuniam, non tamen eſt probata quantitas, certe hoc caſu poterο petere q mihi deferatur iuramentum de quantitate, & ſtabitur in hoc iuramento meo. Ita ſingulariter dixit Ray. de Forli. in l. j. ff. de in lit. iuran. quod dictum pro valde notabili refert & ſequitur do. Bartholo. Cæpo. in cautela ſua ccx. incip. aliquis mutuauit. vbi pro hoc dicto allegat nonnulla iura, & dicit q Ray. de Forli. in dicta l. j. credit q iudex poſsit refrenare tale iuramētum iuxta illud quod videtur ſibi veriſimile, de quo

ur latius per eum.quod dictũ ẽ refert & ſequitur do.Phili.Deci.in conſi.ſuo cxlvj.in vij.colum. vbi dicit quod hoc etiam videtur voluiſſe Bar.concurrentibus alijs coniecturis,in l.admonendi.in xij.colum. verſic. quæro quid ſi teſtis.ff.de iureiuran.pro quo dicto ipſe do.Philip.dicit ꝙ facit tex.in l.titius.& in l.creditor.ff.de act.emp.et in l.prędijs.§.titio.ff.de leg.ij.& quod tradidit Barto.& alij.in l.fi.C.de eden.& quod no.Innocen.in ſimili in c.cum clamor.extra de teſti. Tene menti,quia eſt ſingulare verbũ in practica, & multi dicerent contrarium prima fronte.Hippolytus de Marſi. I. V. D.

323 Diuturnitas temporis operatur per omnia præſumuntur ſolenniter acta l.ſi filius.& ibi docto.C.de peti.hæredi.l.qui in aliena.§.ſed ſi non adierit.& ibi docto.ff de acquiren.hære.& no.Bal.Ang.& Moder.in l.ſciendum.ff.de verbo.obliga.& Hoſtien.& Ioan.And.in c.albericus.de teſtibus.& Cy. in l.emancipatione.C.de fide inſtrumen.de quo etiam per Pau.de Ca.in conſi.ſuo l.incipien.In cauſa quæ vertitur inter reuerendiſsimum &c.in iij.colum.et per Alexan.in conſi.cccxlv.incip.ponderatis.in pe.col.& in conſi.ccclxj.incipien. viſo.in iij.colum.& per Bal.in c.j.in vj.colum.verſi.quæro ſi apparet &c.de mili.vaſal.qui contu.eſt.& per Soci.in cõſi.ſuo cclxvj.incipien. in cauſa &c.in xvj.colum.& per domi. Fely.in c.illud.in iij.col. de præſcrip.& per Socin.in conſi.xv.incip.viſis. in penul.colum.& per Alexan.in conſi.lxxix.incip.circa princ.in v.col.in j.vol.& ibi in conſil.cxiij.incip.ſuper primo.in iij.colum.& in conſi.ccxij.incipien. Viſo & opportune.in ij.colũ.& per Barba.in rubri.C.qui admit.in iij.colum.& in rub.de fide inſtrumen.in xxix.charta.in iij.& iiij.colum.& Alex.in conſi.ccclxj.incip.viſo.in iij.col.& per Lud.Ro.in conſil.ſuo cclij.incip.pro deciſione.in ij.col.& in conſi.cclxxv.incip.quod primum.in j.col.& per Iaſo.in repetitio.l.admonẽdi.in xcj.colũ.de iureiuran.& per dominum Philip.Decium in conſil.ſuo clij.incipi.in cauſa.in vlti.colum.& in conſi.xxxvj.in ij.& iij.colum.& vide infra in ſingu.cccclxxvj.incip.late ſatis &c. Tene tamen menti perpetuo ꝙ mandatum ad vendendum,emendum,cõpromittẽdum,vel ad ſimilia,nunquam præſumitur ex diuturnitate temporis etiam ex curſu centum annorum niſi probetur,ſecundum Bal.in l.ij.C.ſi ex fal.inſtru.in verſicu. quæro quid ſi dominus &c. & Bal.in l.j.C.de rebus alie.non alienan.quem refert & ſequitur Alexan. in conſi.ſuo cccxlv.incipi.ponderatis &c.in penul.colum.& in l.ſciendum.ff.de verbo.obliga.& in l.qui in aliena.in princi.ff de acquiren.hæredi. quos refert & ſequitur do.Philip. Deci.in conſilio ſuo xxxvj.in iij.colum.in prin.& in conſil.ſuo xlij.in vij.colum.verſic.aggredior igitur.& in conſi.cxcix.incip.viſis &c.in j.colum.& voluit Soci.in conſi.ſuo lxxx.incip.in quæſtione &c.in ij.colum. in iij.volu. & ibi in conſi.xlvj.incip.in cauſa.in ij.colum.& Alexan.in conſi.cxcj.incip.perſpecto. in ij.colum.in vj.volu.& do.Philip.Decius in conſi.ccxv.incip.in cauſa.in j.col.& in conſi.ccxcvij.incipi.non patitur.in ij.colum.& Alexan.in conſi.xxxv.incip. conſideratis. in j.col.in vij.volu.& do.Franci.Cur. in cõſi.ſuo xlix.incip.recolende memorie &c.in vj.colum.& vide omnino do.Franc.Cur.in conſi.ſuo lxxvij.incipiẽ.ſuper notitijs.in ij.& iij.colum.vbi tenet contra dictum Bald.& ſequacium in d.l.ij.C.ſi ex fal.inſtrumen. Quod eſt not.vide tamen do. Philip.Deci. in dicto conſi.ſuo xlij.in penul.colum.circa princi.vbi videtur hoc dictum limitare. Et adde ꝙ ex diuturnitate temporis non præſumitur quod in contractu interuenerit conſenſus propinquorum. Ita dixit Bald.in l.ij.C.de legiti.hæredi.& Lud.Roma.in l.ſciendum. in xiiij.colum.ff.de verbo. obliga.de quo latius per Alexan.in conſi.ccxviij.incipi.ponderatis.in ij.colum.in. v.vol.& adde etiã quod iſta exceptio mandati poteſt quandoque opponi etiam poſt ſententiam , quia reddit iudicium retro nullum.Ita dixit Alexan.in conſi.cxlvij.incip.viſis dubitationibus.in j.colum.in vj.volu.

324 Mulier licet in dote confeſſata præferatur creditoribus probantibus debitum per ſolam confeſsionem, quia in pari cauſa potior eſt cauſa dotis.l.in ambiguis.ff.de iure dot.& voluit Bal.in l.aſsiduis.C.qui potio. in pig.habe.& docto.in l.j.ff.ſolu.ma. Iſtud eſt verum niſi alij creditores eſſent creditores ex alia cauſa in qua conclusio efficaciter præiudicaret, vtputa ex cauſa depoſiti, quia tales creditores erunt melioris conditionis ꝙ̃ mulier quæ innititur ex ſola conclusione dotis, quia talis confeſsio non reputatur ita efficax,cum exceptio non numeratæ dotis poſsit opponi vnde nõ ſint in pari cauſa,& ſic ceſſat ratio doct.Ita dixit Alexan.in l.j.in ſeptima colum.in verſicu. circa quod primo adde &c.ff.ſolu. matri.vbi etiam latius loquitur, & idem tenet ibi do. Franciſ.de Aret,quos refert & ſequitur do-

mi.Philip.Deci.in conſilio ſuo xcvj.incip. Viſo puncto &c.in ff.

325 Dixi tibi alias in l.penulti.in iij.colum. verſi.adde do.Paridem &c.ff.de quæſtio.ꝙ idem operatur potentia in habitu ꝙ operatur potentia in actu, de quo ibi late loquutus ſum, & ad illam materiam tene menti vnum vltra ibi dicta ꝙ ſi maritus bene & optime verberauit vxorem, quia nolebat conſentire contractu fiendo, ſi poſtea ex interuallo talis mulier conſentit præſumitur per metum conſenſiſſe, quia donec durabit in matrimonio illius viri ſemper metus ille durabit, ita not.dixit Bart.per illum tex.ff. de condict.ob turpem cau.quod dictum pro not.refert & ſequitur Iaſ.in.§.quadrupli.in decima colum.inſtitu. de actio.vbi allegat Ang.idem dicentem in l.ad inuidiam.C. qđ metus cau. hanc tamen doctrinam limitat & reſtringit do.Anto.in c.cauſam matrimonij.in ij.colum.de offi.delega. videlicet niſi quando ipſa vxor conſenſit interuenientibus amici ipſius vxoris, quia tūc videtur ꝙ ceſſauerit metus.arg.l.tranſactionem.C.de trāſact.& ibi Bart.& argu.glo.& ibi Barto.in l.ij.§.quæ onerande.ff.quarum rerum actio non datur. Sed hæc limitatio mihi non placet modo aliquo ex pluribus, maxime ex ratione naturali. Nam ſi mulier conſentit viro ad faciendam aliquam obligationem poſtquam ab eo fuit percuſſa, licet ibi ſint amici non tñ facit ſponte, nam ſi in præſentia amicorum contradiceret voluntate mariti, vt ſibi & perſonæ ſuæ, nam ſi primo eſt percuſſit ſemel ſemotis dictis amicis eam acrius & durius percuteret, & ideo mihi nō placet aliquo modo limitatio d.Ant.& pro opi.mea contra d.Ant.optime faciunt dicta per do.Alex.in conſi.cccxcj.incip.in cauſa prædicta.in iiij.col.vbi ad hoc alleg.glo. ff. in c.j.quod met.cau.quę dicit ꝙ viuente viro metus ipſius præſumitur eſſe in vxore. Item adducit etiam gl.in c.accedens.de cōuer.coniug.adducit etiā Bar.in l.ij.C.quod met.cau. qui dicit ꝙ ſi aliquis facit aliquid metu tyranni præſumitur durare metus donec viuit tyrannus.& adducit etiam Innoc. in c.ſuper hoc.de renunti.vbi dicit ꝙ vbi apparent ſigna extrinſeca violentię, & nō poteſt apparere de animo tunc ex extrinſecis fit probatio, quaſi dicat, ꝙ ſi apparent acta extrinſeca violentię licet timens violētiam inferri faciat animo læto & iocundo præſumitur, tamen per metum facere, nec audiretur volens probare ꝙ ſponte fecit, & dicit ꝙ tunc nō admittitur directa probatio, ſed indirecta.& ibi do.Alexan.ponit exempla. & dicit do.Alexan.in dicto conſi.ꝙ illud dictum Innoc.ſequitur Ioan.And.do.Anto.& Ioan.de Imo.in d.c.ſuper hoc. in xviij.& xix.colum.de renun. vbi referunt Boatinū dicentem ꝙ ſi filius in ſtudio renunciat beneficio ſi probat metum fuiſſe illatum a parentibus in patria propter quem renunciauit non audietur aduerſarius.ſi dicit ſe velle probare per teſtes ꝙ libere & ſponte renunciauit, nam teſtes non poterunt videre metum quem intrinſece patiebatur.& idem dicit Abb.ibi referens Ioan.And.& docto. præallegatos.qui dicunt ꝙ quædam puella rapta & deſponſata fuit,& poſtea aufugit, & raptor volebat probare ꝙ tempore contracti matrimonij puella ridebat, ideo ſponte contraxerat,dicit ꝙ non admittitur talis probatio,quia quæcunq; ſigna ſint exteriora demonſtratiua letitię nullius tamen ſunt momenti.ex quo apparent ſigna extrinſeca metus,nam animū intrinſecum nullus mortalis cognoſcere poteſt,& multi fingunt ridere qui timent,vnde iura & docto.volunt ꝙ ſi appareant ſigna metus non admittatur volēs probare per letitiam metum eſſe purgatum, quia animus cognoſci non poteſt. ita dixit do.Alex.in dicto conſi.cccxcj.incipien. In cauſa prædicta &c. & in conſilio cccxxiij.incipi.in caſu ſupradicto &c.in iij. & iiij.colum. & pro ſupradictis optime facit tex. not.in l.nouiſsime. in verſic.quid ſi compulſus.ff.quod fal.tuto.auth.per quem tex.dicit ibi Dyn.ꝙ idem operatur probabilis ſuſpicio tormentorum ꝙ operatur ipſorum illatio, de quo latius per Alexan. in dicto conſil.cccxxiij.in iij.col.& latius per me in l.j.in princ.in x.colum. verſi.aſterius inquantum &c.ff.de quæſtio. Tene menti prædicta quæ etiam multum faciunt ad intellectum.l.ij.C.quod met.cau.

326 Pœnitentia in delictis re integra operatur vt ille qui propoſuit delinquere nōn puniatur, quod etiam habet locum in aliquibus criminibus enormibus, vt eſt crimē falſæ monetæ. nam ille qui propoſuit fabricare falſam monetam, & ad hoc ſe præparauit, ſi ductus pœnitentia deſtitit non punitur, ſecundum Barto.& docto.in l.qui falſum.ff.de falſis. & ego ibi dixi in nona colum.in princip.de qua pœnitentia habetur per ſcribentes in l.ſi quis non dicām rapere.C.de epiſc.& clericis.& in l.j.C.de rap. virgin.in c.ad abolendam.de hæret.in verſicu.ſponte recurrere &c. & in l.non prodeſt,ff.vi bono,rapto,& per gl.in c.apoſto-

licos xij.q.ij.& in l.qui ea mente.vbi eſt gl. magiſtra.in hac materia penitētię.ff. de fur. Teneas tamen menti ꝙ in committente barattariam non habet locum penitētia etiam re integra.Ita dixit Bal.in l. & generaliter in prin.ff.de calum.quod dicit fuiſſe de facto ſeruatum Florentię, quod dictum ꝓ valde no.refert & ſequitur Iaſ. in.§.quadrupli. in xij.col.in fi.verſi.& aduerte &c. inſti.de act.quod dicit eſſe bene ſignandum,& ſcias ꝙ in aliquo delicto non habet locum penitentia quando imponitur ipſo facto vel cōmittitur ipſo iure. Ita dixit glo. not. in cle. ne in agro.in.§.quia vero in verbo,ipſo facto de ſtat.mona.quam glo.ad hoc dixit ſingularē Alex.in conſi.ſuo xiiij.incip. Viſo & conſiderato in ij.col.in ij.volu.& Bal. in authen.habita.in vlti.colū.C.ne fil. pro patre. & Alex.in l.qui ea mente in fin.ff.de fur.& in l.ſi inſulam in ix.colum. in verſi.vndecimo fallit &c.ff.de verbo.obliga.& in l.j.ff. de his qui notan.infa.

quę addidi ad d.l.cum oſtendimus. Et patet etiam ex dictis per do.Iaſ.in l.cũ proponas. C.de pac.& in l.non minorem.verſi.ſecundo limita.C.de trãſa. Et inter alios effectus operatur probationem debiti. Nam qñ mutuaſti pecuniã nullo teſte præſente ad hoc vt poſsis probare dictum mutuum, cautela eſt vt tu ſcribas vnam literam illi cui mutuaſti coram duobus vel tribus teſtibus qui legant cõtinentiam ipſius literæ in qua ſcribas quod tu rogas illum cui mutuaſti quod reſtituat tibi illa centum quę tu ei mutuaſti, & poſtea mittas dictam literam illi debitori tuo per vnum ex illis teſtibus qui vidit et legit continentiam illius literæ. Nã ſi poſtq̃ ipſe debitor legerit dictam literã, & ſtatim non fuerit proteſtatus ꝙ miratur de tali litera, eo quia non eſt tibi debitor in aliquo ſed tacuerit, tunc per talem taciturnitatem inducitur probatio pro te contra illũ debitorem de illis cẽtum, adeo quod ex hoc poteris cogere eum ad ſoluendũ dicta centum. Ita no.dixit Bar.in l.ſi.fa.la.ij.per illũ text. ff.ad macedonia.& idem ipſe dixit in l.quo enim.in.§.j.ff.rem ra.habe.& Bar. in l.ſi tabernam.in.§.idem quæſijt.ff.de pig.& in l. publica. in ſi.ff.depo.& idem ſirmat Math. in not.ſuo xxij.incip.Nota mirabilem &c. vbi alleg.d.l.ſi.fa.& tex.in cle.j.de procur. idem etiã voluit Bald.in l.ſi procurator abſentis.in prin.ff.de procu.& Bar.& Bald.in l.titius ſeio.ff.de conſti.pecu. & Bal.in rub. C.de ſi.inſtru.in antepe.col.verſicu. quæro quid de literis &c. & in l.ſi literarum.C.de ſolu.& in l.ſi.C.ad maced.& Bal.in l.ſi literas.C.manda.& in l.ſi.C.de noua.& in c.ex parte.in vij.col.de reſcrip.& in c.ſi.in viij. col.de iureiuran.& Io.de Imo.in l.qui in domini.ff.de teſta.& in l.non ſolum.in.§.morte.ff.de ope.no.nun.& in cle.j.de procur.in ſi.& Lud.Ro.in l.quæ dotis.in vij.col.ff.ſolu.matri.& Abb.in c.non iuſte.in iij.col.de procu.& Abb.in cõſi.ſuo xviij.inci.in cauſa & quæſtione.in ij.col.& Cæp.in cautela ſua xj.inci.pone ꝙ filius &c.& doc.in l.ſin. C.ad maced.Item voluit gl.in l.pomponius ſcribit.ff.in quib.cau.pig. taci.contraha. & ibi voluit Ang.& Imo.& d.Phil.in c.cũ M. Ferrarien.in xviij.col.de conſti.& do.Lau. Calca.in conſi.ſuo xviij.incip. Ad primum videtur &c.in iiij.col.& d.Alex.in cõſi.ſuo cxlvij.incip.ponderatis verbis.in iiij.colũ. in ij.vol.& Iaſ.in repe.l.admonendi.in lxij. col.de iureiur.De quo etiam dixi in conſi. meo xlviij.incip.In cauſa & lite.in ij.char. & latius dixi in repe.mea rub.C.de proba. in ij.colũ.vbi omnia ſupradicta adduxi. Et circa hanc materiam ſcias quod ſi debitor in ducentum dicit creditori, accipe tua centum quæ tm̃ tibi debeo, ſi creditor tacet ſibi ꝑiudicat, quia dr̃ fateri ſe tm̃ debere habere centum & non vltra, ſecus aũt ſi nõ appoſuit dictionem taxatiuam tantum. Ita no. dixit Bart.& Rapha. Cu.in l.ſi cum dos.ff. rerum amot.quod dictum refert & ſequitur Lud.Ro.in l.j.ff.ſi quis iuſdi.non obtempe. & Iaſ.in l.ſi quidem.C.de tranſact.& in.§.ſi minus.in ij.col.inſtit.de actio.Teneas etiam menti ſing.verbum in hac materia taciturnitatis, videlicet ꝙ ſi filie vnius ex fratribus fuit data dos per patrem de bonis communibus alijs fratribus tacentibus & nõ cõtradicentibus, videntur fratres qui non contradixerũt eorum partem donaſſe.Ita dixit Ioan.de Imo.in quodam conſi.ſuo incip. In caſu præmiſſo de pluribus eſt videndũ &c. in iiij.dubio. vbi expreſſe dicit quod dotes date filiabus alicuius, intelliguntur date de cõibus bonis fratrum ſi ſunt date ſciẽtibus fratribus nec aliquid proteſtantibus, adeo ꝙ tales dotes tempore diuiſionis nõ ſunt in partem illius computande cuius erant filiæ, quia fratres non contradicentes videnť partem eorũ donaſſe, per id quod no.in l.ſi ſeruus cõis.ff.de dona.inter vir.& vxo.quod dictum pro valde not.refert & ſequitur do. Phil.Deci.in conſ.ſuo lxvj.inci.de duobus. in antepe.col.in ſi.quod etiam tenuit Socin. in conſil.ſuo v.incipi.ſupraſcriptis inſignes doc.in iiij.col.verſic.circa ſecundam.in iiij. vol.& ibi in conſi.ſeq.& idem voluit Pau. de Ca.in conſi.cxxij.incip.ad primũ reſpõdetur.in ij.col.pro quo optime faciunt dicta per do.Phil.Deci.in conſi.cclxvij.inci.non excidit.in ij.colum. ad ſi.vbi omnino vide, quod ꝓfecto eſt perpetua memoria dignũ, cum ſæpe de facto contingat. Ad quæ vide etiam Iaſo.in authen.quod locum, in iiij.& v.colum.C.de colla.

345 Maritus ſi confeſſus eſt in aliquo dotali inſtrumẽto vel alius eius nomine ſe habuiſſe & recepiſſe dotem, poteſt ſi eam vere nõ habuit intra debitum tẽpus opponere exceptionem non numerate dotis.l.ſi.& authen. ibi poſita.C.de dote cau.non nume.l.ſi voluntate.C.de dot.promiſ.habetur in l.in cõtractibus.in.§.ſed quoniam.C.de non numera.pecu.& in.§.fuerat.inſtitu.de actio.quod intellige niſi dictæ exceptioni ſit renunciatum, vt in dictis iuribus.Iſtud tamen procedit & locum habet quando maritus confeſſus fuiſſet ſe dotem accepiſſe ab eius vxore

vel ab eius patre, ſecus autem ſi confeſſus fuiſſet ſe habuiſſe dotem a tertio, quia tunc præſumitur ſemper fuiſſe actualiter numerata. Et ideo tunc non admittitur exceptio non numeratæ dotis, Iſtud fuit ſingula. verbum Salyc. in authen. ſed iam neceſſe. C. de donatio. ante nup. quod dictum pro ſingulariſsimo refert & ſequitur Iaſ. in. §. fuerat, in xxiij. colum. in verſi. vnum etiam non omitto &c. inſti. de actio.

346 Præſcriptio interrũpitur pluribus modis, vt habetur per Abb. in c. illud, extra de præſump. & per doct. in pluribus & diuerſis locis quos refert Bertha. in reperi. ſuo in verbo, præſcriptio interrumpitur. in j. ver. vbi latiſsime loquitur circa hãc materiam. Et inter alios modos interrũpitur ipſa præſcriptio per citationem legitime factam, ſecundum Ioan. Andr. & alios in c. propoſuiſti. de foro compe. & in c. licet. de offic. dele. & in c. venerabilis. & in c. cum plures. eo. titu. lib. vj. Bar. in l. ex hoc edicto. in prin. in j. colum. & ibi Alexan. in v. colũ. vbi allegat alios plures tenentes hanc partem. ff. de eo per quem fact. erit. & Angel. in l. ad peremptorium. ff. de iudi. & Oldra. in conſilio ſuo ccliiij. incip. quia tota &c. in iiij. col. & Bar. & Alexan. in l. accuſaturus. ff. de adult. Tene tamẽ menti ꝙ nunquam per citationem interrumpitur præſcriptio, niſi de tali citatione ſit facta relatio per nũcium iudici. Et talis relatio ſit in ſcriptis redacta. Ita dicũt docto. in clemen. ij. vt lit. penden. quod dicit Pe. de Ancha. ibi hoc eſſe ſingulariſsimũ dictum. Et refert ſe illud audiuiſſe a Bald. in voce dicentem hoc tenere Guil. de Cu. in l. ſicut. C. de præſcriptio. xxx. ann. quod dictum refert & ſequitur Iaſ. in. §. pœnales. in xxvij. colum. verſic. & circa prædicta. inſti. de actio. quod eſt not.

347 Matrimonium metu cõtractum eſt nullum & non tenet, ſecundum gl. in l. j. in fi. ff. de autho. tut, voluit Cardi. in clementi. j. in xvij. q. de con ſangui. & affini. & Oldr. in cõſi. ſuo xxxv. incip. factum tale eſt &c. & docto. in c. conſanguinei. de re iudi. Bal. in tracta. ſchiſma. in vj. colum. & habetur in capitulo quod locum. & in c. ſeq. extra de ſponſa. & per Innoc. in c. cauſam matrimonij. de offi. deleg. per Bart. in l. fi. ff. ſi quis aliq. teſt. prohi. & per Bal. in l. j. C. eo. ti. per gl. in l. ſi mulier. in. §. ſi dos. ff. quod met. cau. quod eſt verum ſi metus ſit talis quod cadat in conſtantem virum, alias non, vt habetur in c. veniens. el ij. de ſpon. de quo etiam per Alex. in conſi, cccxcj, incip. in cauſa &c. & in conſi. ibi ſeq. & in conſi. clvj. incip. viſo proceſſu &c. in v. vol. & in conſi. ſuo cccxliiij. incipi. quoniam matrimonium tamẽ carnale nõ inualidatur propter metum reuerentialem patris, vt eſt tex. no. & ibi Bal. & Salyc. in l. ſi patre cogente. ff. de rit. nup. ad quod tamẽ vide quæ dixi ſupra in ſingul. cxlvij. incip. Filius præſens. & in ſingu. ccxv. incip. validum eſt argumentum. Dicas tamen & perpetuo teneas menti ꝙ in matrimonio ſpirituali, puta, in ingreſſu religionis facto per filium vel filiam coacte propter reuerẽtiam paternam vitiatur tale matrimonium & talis ingreſſus, ita dixit gl. ſingul. in c. præſens clericus. xx. q. iij. quam glo. pro valde no. refert & ſequitur Iaſ. in. §. quadrupli. in ix. colum. in fi. inſtitu. de actio. vbi dicit illam gl. eſſe perpetuo notan. quia ſæpe contingit de facto, ꝙ filie inuite, quia forte ſunt deformes aut claude, propter reuerẽtiam patris, ingrediuntur monaſterium aut virginitatis habitum ſuſcipiunt, quod per hoc vitiatur ingreſſus & profeſsio, ita ꝙ ſine præuaricatione poteſt deſeri & deponi. Ad quod etiã dicit videñ. etiam eſſe tex. in c. cum virum. & ibi domi. An. extra de regu. & Imo. in l. ſi cum dotem. in. §. eo autem tempore. ff. ſolu. matrimo. & tex. in c. j. & ibi gl. & Abb. extra quod metus cau. de quo etiam per Alexan. in dicto. §. eo autem tempore. in penul. colum. & per Iaſ. in authen. ingreſsi. in j. colum. C. de ſacroſan. eccle. pro quibus etiam facit, nam ſi filia propter nimiam reuerentiam patris iurat, tale iuramentum eam non obligat. Ita not. dixit Bald. in l. etiam. C. ad velleia. & in l. pactum quod dotali. in iij. colum. in princip. C. de collatio. quem refert & ſequitur domi. Albe. Catanius. in tractatu ſuo violantes, in verbo, mulier. in nona char. in ij. colum. & faciunt dicta per domi. Philip. Decium in conſi. ccxix. incipien. viſo puncto. in iij. colum. in fin. verſicu. ſeptimo adduco. Tene mẽti prædicta, quia pluſquam quotidiana ſunt. Et nimirum ſi quandoque moniales ſunt inhoneſtæ & turpem ducunt vitam in vituperium religionis & ſuorum affinium. Nam hoc euenit quia ipſe fuerunt factæ moniales contra earum voluntatem.

348 Libellus generalis & incertus regulariter non admittitur, vt habetur in lege ſi in rem. ff. de rei vendic. & in l. prima. §. ſi quis argentum. ff. depoſi. & in l. prætor edixit. in princip. & in. §. quod autem prætor ait. ff. de iureiuran. & in l. in actione. ff. de furt. & in capitulo j. ij. & iij. de libel. obla. cum ſim.

Hæc autem regula limitatur multis modis, ſed iter alias limitationes limitatur hoc eſſe verum ſi opponatur a patre, ſecus aũt ſi nõ opponatur, quia tunc procedit talis libellus generalis & incertus. ita habetur per doct. in l.ſi.vbi gl.C.de ann.excep.& glo.in l.j.in prin.in glo.magna.ff.de eden.& ibi Bart.in vlt.col.& habetur in c.abbate ſane.de re iu di.in vj.Iſtud tñ ꝙ libellus incertus & generalis ac obſcurus procedit reo non opponẽte, eſt verum,& procedit in cauſis ciuilibus, ſed ſecus tñ eſt in cauſis criminalibus. Et ideo ſi dicerem accuſo Titium de omnibus maleficijs quæ commiſit nõ procederet accuſatio etiam parte non opponente, per l.ſi bellorum.in prin.iuncto verſi.quod ſi libelli.& ibi Bar.ff.de accu.Ita multum ſingu.dixit Bal.in l.j.in xij.col.C.de confeſ.quod dictum pro not.refert & ſequitur Iaſ.in.§.curare.in v.col.in verſi.ad vnum tñ ſingu.aduertas &c. inſtit.de act.de quo etiam ſecundum eum habetur per Bald.met in addi.ad Spe.in ti.de ſenten.in xx.col.& per Ang.in repe.l.ſi vacantia.in v.char.C.de bon.vac. lib.x. Et ex hoc dicto habes no.limitationẽ ad tex.in l.abſentem.ff.de pœn.vbi dicitur ꝙ in cauſis criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium,ad quem tex.ponit aliam limitationem gl.valde no.in c.de indicijs. quod eſt cap.primum.iij.q.iij.quam gl. pro valde ſingu.refert & ſequitur Ludo.Ro.in ſingul. ſuo cccccccxviij.incip.quæro nunquid &c. Et alia limitatio ad illum tex.colligitur ex dictis per me in l.j.§.ſi.in ij.col.in ver.ſcias tamen vnum &c.ff.de quæſtio.vbi videas.

349 In his in quibus tractatͤ de præiudicio irreparabili recedimus a regulis iuris cõmunis.quod patet.Nã licet quis non poſsit appellare a grauamine futuro in iudicialibus, quia non grauatus non appellat, vt habetur in c.ante ſniam.& in c.non ita.ij.q.vj.& voluit Bar.in l.titia.ff.de accuſ.in v.col.& do. An.in c.ex parte.in pen.col.extra de appel. & habetur late per Canon.in c.vt debitus. eo.ti.tñ iſtud fallit vbi tractatur de præiudicio irreparabili, vtputa,ſi pronũciatur quis torquendus,nam licet nõdum ſit tortus poterit tñ appellare ne torqueatur cũ per torturam tractetur de eius præiudicio irreparabili.Ita habetur in l.ſi quis procuratorẽ.C. de appel.& per d.Cardi.Alex.in d.c.vt debitus.in ix.col.de appel.vbi ad hoc allegat etiam not.per Bar.in l.ij.ff.de appel.recip. pro quo faciunt not.verba Bal.in d.l.ſi quis prouocatione. & dicta per d.Fely.in c.cum ſuper.in pe.col.de re iudi.& in c.cum inter R.priorem.in viij.colum.de excep.& per Ang.de Are.in trac.ſuo maleſi.in verbo, Et dictus Titius ſe defendẽdo.in j.char.in vltimo ver.incip.dixi &c.poſt prin.& per do. Fely.vbi omnino videas in c.ſignificauerũt. in vlt.col.poſt med.de excep.& in d.c.cum ſuper.in iiij.col.ante med. Patet etiã ex his quæ dixi in l.ſi quis ne quæſtio.in j.col.& in l.j.in prin.in iij.col.verſic.& ſubdit Barto.&c.& ibi in viij.colum.verſi.ſequeretur etiam &c.ff.de quæſtio.Et ideo tene menti ꝙ licet merus executor habeat conſcientiã ſuam cõtra ſniam quam debet exequi cum videat illam iniquam,tñ tenetur illam exequi,vt volunt doc.in c.paſtoralis.§.quia vero.& in c.præterea.de offic.delega.& in l.ſi vt proponas.& in l.executorem.vbi per gl. & Bal.C.de execu.rei iudi.Tñ hoc fallit in cauſa criminali ĩ qua tractatur de pœna corporali, quia in talibus cauſis merus executor non debet exequi ſententiam iniuſtã cõtra conſcientiam ſuam, quia damnum talis executionis eſt irreparabile. Ita nota. dixit Innoc.in d.c.paſtoralis.in d.§.quia vero.qđ dictum referi & ſequitur Iaſo.in.§.ſi minus in vij.col.in prin.inſti.de actio.ad quod etiã allegat Pau.de Leaza. & Pet.de Ancha.in cle.j.de re iudic.& Bald.in l.addictos.C.de epiſco.audi.pro hoc etiam facit illud ſatyrici,videlicet,Nulla vnquam de morte hominis contentio longa eſt. Et vltra eum dicas ꝙ tu pro prædictis optime faciunt dicta per do. Nellum in tractatu ſuo bannitorum in iiij.parte primi tempo.in v.q.incip.Quinto quæro &c.in verſi.ego vero &c.vbi notanter loquitur &c.

350 Damnum quod quis ſua culpa ſentit ſibi imputet & non alijs.l.ſi fideiuſſor.ff.manda.l.ſi merces.in.§.culpe.ff.loca.l.inter omnes.in.§.pen.ff.de furt.l.j.§.vſq; adeo.ff.de iniur.l.iij.§.ſi quis volentem.ff.de liber.ho. exhi.cum ſim.Et ideo teneas menti,nam tu ſcis quod ſi ſit facta locatio ĩ emphyteoſim alicui pro ſe & filijs, non comprehendũtur filij adoptiui,ſecundum Spe.in ti.de loca.in §.nunc aliqua.in verſi.lxviij.& habetur in c.adoptiuis.in ti.ſi de feud.fue.contro.inter do.& agna. hoc tñ intellige verum eſſe niſi ad inſtantiam concedentis ſeu locatoris fierent filij adoptiui,quia tũc tales filij adoptiui comprehenderentur in tali locatione.Ita no.dixit Soci.in l.ſi cognatis.in xij.colum. in ſi.ff.de reb.dub.quod etiam extendit ad materiam.l.ſi vnquam.C.de reuo.dona.de quo ibi latius per eum.Pro quibus faciũt dicta ꝑ Soci.met in fallentijs ſuis in ccclxxij.

fallen.in prin.quod eſt no.& faciunt etiam dicta per eundem Soci.in conſi.ſuo vj.inci. licet adijcere.in ij.& iij.col.in iiij.vol.& dicta per me in repe.mea rub.ff.de fideiuſſ.in xix.q.ante fi.& dicta per Lud.Ro.in ſingu. ſuo cccclxviij.incip.emptor &c.

351 Amicitia magna idem operatur ꝙ coniunctio ſanguinis.l.cum allegas.C.de caſtrẽ. pecu.lib.xij.& gl.in c.ij.in gl.pe.de teſta.in vj.gl.& ibi Abb.in vlt.col.in c.requiſiſti.de teſta.Cy.Saly.Alex.& Iaſ.in l.exigendi.C. de procur.Ioan.And.in c.fi.de poſtu.& Cy. in l.iniuitus.in iij.col.C.de procur. Pro quo facit optime tex.in l.ij.in prin.in uerbo,amici.ff.qui pet.tut.& facit tex.& gl.ſing.in l. in teſtamento.ff.de fideicom.liber.quæ dixit ꝙ affectio facit ꝙ ex teſtamento non ſolenni quæcunque legata debeantur,de quo tex.& gl.dixit plura ſingularia Iaſ.in l.non dubiũ.in ij.col.C.de teſta.& faciũt dicta per Bal.in l.ſi iure.C.de teſta.manu.et per Soci. in conſi.ſuo lxviij.incip.Ioannes &c.in pe. col.in prin.& per Barba.in repe.l.cum acutiſsimi in xiiij.col.in verſi.& ſi verbis daretur audacia &c.C.de fideicom.vbi conatur ſuſtinere quod diſpoſitio.d.l.cum acutiſsimi.& l.cum auus.ff.de condi.& demon.& l.generaliter.§.cum autẽ.C.de inſti.& ſubſti.&c. habeat locum etiam in perſona valde dilecta teſtatori.Et hoc ex pluribus iuribus & maxime propter gl.in l.ij.C.in quib. cau.colo.cenſi.lib.xj. Sed iſtud dictum improbat Iaſ.in d.l.exigendi.in pen.col.C.de tranſa. & pro ſupradictis faciunt optime dicta per Barba.in conſi.ſuo lxxv.inci.ſapienter.in iiij.col.in iiij.vol.& in eo.vol.in conſi.xxij.incip.Clementiſsimum.in ij.col.Modo ex ſupradicta concluſione pluribus iuribus roborata a doct.in dictis locis,videlicet ꝙ iura loquentia in affine vel cõiuncto ſanguine habent locum in amico magna amicitia coniuncto.Ego infero ad vnum multum ſingulare,videlicet ꝙ ſicut ego impune poſſum occidere illum qui fecit inſultum cum armis contra conſanguineum vel affinem meum pro defenſione ſua,ſicut ego poſſem pro me tali caſu talem inſultantem impune occidere,vt dixit Bal.in l.raptores.in iij.nota.C.de epiſco.& cle.quem refert & ſequitur Iaſo.in l.j.in ij.col.C.de indic.vidui.tol. vbi plura ad corroborationem huius dicti, ita potero impune occidere inſultantẽ cum armis amicum meum maxima amicitia cõiunctum per prædicta.quod audacius affirmo, quia hoc expreſſe voluit Bald.in l.vt vim.in ij.col.verſic.quinto quæritur &c.ff. de iuſti.& iur. Pro quo allegat quæ habentur in l.cum alienam.C.de lega. Vide tamẽ Saly.in l.nullus.C.de maledi.& mathe.quæ videtur dicere vnum verbum contra prædicta, ſed eius dictum poteſt reprobari per ſupradicta.de quo etiam dixi in repeti.mea l.j.C.de rap.virgi.in xlix.char.vbi videas. ad quod etiam vide Corne.in cõſi.cciiij.incip. Pro deciſione.in ij.col.in j.vol.& vide do.Fely.in c.ſi vero.el j.in ſi.de ſen.excom. vbi dicit ꝙ licitum eſt occidere aggreſſorẽ etiam ſi aggreſſum nunꝙ cognouiſſet,alleg. gl.in c.j.in verbo, hactenus.xxiij.q.viij.de quo ibi latius per eum.Tene menti,quia ſæpe contingit in facto.

352 Sepius vidi dubitari circa vnum, videlicet ſi ſiat treuga vel pax , bannito , an illa ſit ſibi ſeruanda, & an non ſeruans eam cadat in pœnam conuentionalem? in quo breuiter dicas quod talis non ſeruans talem pacem vel treugam nõ cadit in pœnam.ita dixit Bal.ſuper ſtatuto.in verbo.pax.in j.verſi.& do.Nellus in tract.bannito.in iij.parte ſecundi tempor is.q.lj.incipi.quæro bannitus &c.& ibi in q.ſeq.de quo etiã per Bald. in l.iuriſgẽtium.in.§.ſi paciſcar.el j.& in.§. ſi paciſcar.el ij.ff.de pact.vbi tenet quod talis pax non valeat. Et ideo ꝙ contrauenies non cadat in pœnam quod dicit obtinuiſſe in contingentia facti quod dicit procedere etiam ſi pœna ſit promiſſa cum iuramento. De quo etiam per Ioan.And.in regula, fruſtra.de reg.iur.in vj.in mercu.& per Barto. Bald.Ang.& Imo.in l.quid ergo.in.§.ſi hæres.per illum tex.ff.de lega.j.& per Bart.in quæſtione ſua incip.Lucane ciuitatis.& in l.eleganter.in.§.ſi.per illum tex.ff.de pign. actio.& per doc.in l.j.C.qñ lice.ſe ſine iudi. vindi.& per Bar.Bal.& Ang.in l.j.in.§.non autem.per illum tex.ff.de dol.& per Bal.in l.j.in vlt.col.C.ſi a non compe.iudi.& in l. paciſci.ff.de pac.& per Iaſo.in l.conuentionem.in j.col.ff.de pac.& per d.Phil.Corne. in conſi.ſuo clxxv.incip.conſuluit.in j.vol. & per Alexã.latius loquentem in l.qui ſeruum.ff.de verbo.obli.vbi etiam limitat prædicta.Et dicit iſta eſſe vera qñ cuilibet iure publico competeret facultas offendendi bãnitum,ſecus ſi ſolo offenſo,quia tunc poterit per pactum tolli alleg.in arg.l.j.in fin.& l.iij.ff.de adimẽ.leg.& l.iuriſgentium.in dicto.§.ſi paciſcar.& dicit qđ ita limitat Bald. in l.reos.in xiiij.col.C.de accuſa.& Bal. & Salyc.in dicta l.accuſationis.ff.quod metus cau.de quo latius valde dixi in practi.mea cauſarum criminali. in clxvj.char.vbi om-

nino videas, quia iſta ſunt multum vtilia & valde quotidiana.

353 Datio pecuniæ & interuentus ipſius inducit delictum vbi alias delictum non eſſet, & hoc patet in pluribus caſibus. Primo apparet in teſte qui accipit pecuniam vt dicat verum teſtimonium, nam talis teſtis incurrit pœnam falſi, ſecundum glo. Bar. & alios in l.j.in prin.ff.de fal.& ibi dixi in j.colum. & idem dicit ibi gl.Bar.& alij in iudice accipiente pecuniam vt iuſtam ſniam ferat, vt in l.ij.ff.de condi.ob tur.cau.& ratio eſt ſecundum Bar. in d.l.j.quia teſtes debent deponere gratis illud quod ſciunt non aũt per pecuniam, vt in l.iij.in.§.lege iulia.ff.de teſti. Et illud quod debet fieri gratis ſi fiat per pecuniam turpiter fit, vt not.in l.iiij.in.§.ſi tibi.ff.de condi.ob tur.cau.& idem etiã dixit Bar.in l.diuus.ff.de re iudi.& Bald.in l. data opera.in xv.col.verſi.quid ſi teſtis.C. qui accu.non poſ.pro quibus facit.l.j.verſi. pecunia accepta.ff.de recep.& tex.in l.fi.in §.fi.ff.ad l.iul.repetun.et faciunt optime dicta per d.Nellum in trac. bannito.in ij.par. ſecundi temporis, in xij.q. Et vltra prędicta circa hanc donationem pecuniæ teneas menti perpetuo ſingulare verbum, videlicet ꝙ ſi per auri dationẽ inducitur mulier ad adulterium, licet contenta fuerit committere tale adulterium, tñ inuita reputatur illud cõmiſiſſe. Et ille qui aurum vel pecuniã dedit punietur pœna ſtatuti quæ imponitur adulteranti mulierẽ inuitam. Ita ſing. dixit Ang. in auth.de leno.in.§.fi.circa fi.quod dictum pro no.refert & ſequitur d.Phil.Deci.in cõſi.ſuo clxx.incip.Viſo themate &c.in ij.colum.pro quo ſecundum eum facit tex.in l.j. C.de rap.virgin.& in l.j.§.perſuadere.ff.de ſer.corru.& etiam vr idem dicere Cy.in d. l.j.C.de rap.virgi.in j.col.in verſ.tertio oppo.ibi,& ſic mulier decepta &c.et idem voluit d.Ioan. Niuizanus in ſylua ſua nuptiali, in xiiij.char.in ij.col.ĩ fi.quod eſt no.pro quo facit, nam aurum ſeu munera faciũt nõ volentem velle. Ideo ſcribitur Deute.cxv. Quod munera excecant oculos ſapientũ & mutãt verba iuſtorum, quod dictum refert Ang.& Iaſ.poſt eum in l.non dubiũ.in principi.C.de teſta.et dicit tex.in c.qui recte.xj.q. iij.ꝙ acceptio nummorum præuaricatio veritatis eſt.& facit tex.no.in c.pauper.xj.q. iij.in verſi.cito violatur auro iuſtitia.

354 In dubio præſumitur pro iudice.l.ij.C. de offi.ciui.iudi.l.herennius.in.§.caia.ff.de euic.c.piſanis.de reſti.ſpol.cum ſi.hoc tamẽ intellige verum & locum habere qñ iudex ſeruauit debitum ordinem in procedendo. ſed qñ debitum ordinem omiſit non præſumitur pro eo. Ita no.dixit Bal.ĩ l.ſancimus. in iiij.col.verſi.xiij.quæritur.C.de iudi. qđ dictum refert & ſequitur d.Par.de Puteo in trac.ſuo ſyndi.in xix.char.in iij.col. Tu adde ꝙ ratio poteſt eſſe, quia cognoſcere iuris ordine non ſeruato eſt ius alterius auferre.ſecundum Bald.in c.j.§.ſeu furtum,in v. col.de pace iura.fir.quem refert & ſequitur d.Hiero.Tortus in conſi.ſuo quod facit pro cõmuni Florentiæ tempore Sixti pontificis in xxvj.col.& d.Catal.in trac.ſuo ſyndi.in verſi.ccccxvj.incip. Adde quod cognoſcere &c. Et in eodem trac.in verſ.cxxviij.inci. Adde ꝙ ſi poteſtas. Item alia eſt ẽt ratio, quia iudex procedens extra ordinem dicitᷣ procedere de facto, ſecundum Bal.in l.ictus fuſtium.in vlti.col.ff.de his qui not.infa. Et pro prædictis facit no.verbum Ang.in conſi.clxxvj.quod refert & ſequitur d.Philip. Deci.in conſi.ſuo lxxiiij.in iiij.col. vbi dixerunt ꝙ qñ in inſtrumento venditor promittit emptorem defendere de iure & de facto,& quod plus eſt obligat ſe ẽt ſi per iniuriam iudicis res euincatur, hoc tm̃ pactũ intelligitur qñ per ignorantiam iuris vel facti iudicis euinceretur ꝙ iudex ſeruato iuris ordine proceſsit, ſecus aũt eſſet ſi prætermiſſo iuris ordine iudex procedere & res euinceretur, quia iſto caſu vigore prædictę promiſsionis venditor non obligaretur. Et adducunt rationes et iura de quibus ibi ꝑ eos. Tene menti, quia modernis temporibus iudices ſunt temerarij & beſtiales, & nullum iuris ordinem ſeruant, imo ex capite & ſeruice ſua nouas leges faciunt conniuentibus oculis ſuperiorum ſuorũ, quod ſubditis tolerare neceſſe eſt cum alijs calamitatibus.

355 Debitor in diem nõ poteſt cogi ſoluere ante diem.l.iuſtas.C.de iure fiſ.lib.x.l.ſi mãdauero.la j.in prin.ff.manda.l.eum qui calẽdis.ff.de verb.obli.l.cedere diem.ff.de verbo.ſig.§.plus autem.inſti.de actio.cum ſi. Et dicit vulgare prouerbiũ, ꝙ optimus eſt debitor qui ſoluit in termino obligationis. Teneas tñ menti in materia ſingularem caſum l.j.C.de condi.ex le.vbi habetur ꝙ hoc fallit in fiſco qui propter neceſsitates ſuas occurrentes poteſt debitores ſuos ante diem exigere, & quod fortius eſt debitorem ſui debitoris poteſt ante diem exigere, debet tamen interuſurium medij temporis debitori relinquere, ſecundum gl.& doc.ibi. Et illũ caſum dicit ibi Bart.ſingularem.& dicit ibi Bal.per illum tex. ꝙ emptores gabellarum

pro neceſsitate reipublicæ poſſunt cogi an-
te tempus, dimiſſo tñ eis interuſurio medij
temporis, & ſubdit quod tota die propter
repẽtinas neceſsitates publicas hoc fieri vi
demus, & dicit ꝙ hoc nõ eſt iniuſtum, quod
dicit eſſe menti tenendum. Et dicit ibi Saly
ce. ꝙ hoc frequẽter practicatur in Bononia
contra gabellarũ conductores & daciarios,
& verum dicit. Nam ego vidi hoc fieri in
hac ciuitate pluribus vicibus, & idem per
illum tex. d. l. j. C. de condi. ex leg. dixit Iaſ.
in l. in diem. in j. col. in fi. ff. de condi. indebi.
Et adde hic ꝙ omnis fideiuſſor fugitiuns po
teſt capi ante diem fiende ſolutionis. Ita di-
xit Bal. in d. l. j. in fin. verbis. C. de condi. ex
lege. allegat ad hoc. l. quæſitum. ff. de pign.
vbi eſt gl. no. pro hoc dicto ſuo. quam vide.
356 Iuramentum eſt maxime potentie, & ha
bet plures effectus, ut patet ex dictis canoni
ſtarum in ti. de iureiuran. maxime in c. cum
contingat. & in c. licet mulieres. eo. ti. in vj.
& patet etiam in tract. de virtute iuramenti
edito ab excellentiſsimo V. I. interprete
do. Marco Antonio Baueria. Et per d. Ant.
Corſe. in repeti. ſua rub. extra de iureiur. &
per me in repeti. mea l. fi. C. de probatio. in
xxxiiij. & xxxv. char. vbi poſui plures nó
tabiles effectus ipſius iuramenti. Et inter
alios effectus habet vnum quod eſt magni
commodi & vtilitatis, nam iuramentum ap
poſitum in aliquo contractu operatur ꝙ ta-
le inſtrumentum ipſius contractus habebit
executionem paratam, licet de iure commũ
ni inſtrumentum publicum non habeat exe
cutionem paratam. l. minor. xxv. ann. cui fi-
deicommiſſum. ff. de minor. Ita dixit Bar. in
l. ij. ad fi. ff. de iureiur. Et ibi dicit ꝙ miratur
ꝙ conſuetudo hanc cautelam & hunc mo-
dum non adinuenerit. Idem tenet Fulgo. in
l. ſed & ſi poſſeſſori. in. §. ſi cum hæreditate.
ff. de iureiur. & Pau. de Ca. in l. nam & po-
ſtea. §. ſi petito. eo. titu. & in l. poſt rem. ff. de
re iudi. Et d. And. Barba. in repe. rub. extra
de iureiur. & Alex. in d. l. ij. & d. Iaſ. in. §. itẽ
ſi quis. in iij. colum. verſi. duodecimus effe-
ctus &c. inſtitu. de actio. Et latius ponit ipſe
Iaſ. in eodem. §. j. xvij. col. verſ. extra glo. vt
obſeruem &c. vbi ipſe per tres col. exami-
nat prædictum articulũ. Et firmat hanc par
tem & reſpondet omnibus quę adduci poſ-
ſent in contrarium. Et hanc partem etiã fir-
mat d. Ant. Corſe. in dicta ſua repet. rub. ex-
tra de iureiur. in x. priuilegio iuramenti.
357 Extant ſtatuta in aliquibus ciuitatibus
vt in hac noſtra ciuitate Bononię quibus ca
uetur ꝙ in aliquibus caſibus, vt eſt in caſu
damni dati quod ſtetur iuramento alicuius
puta damnum paſsi. Certe tale ſtatutum de-
bet intelligi niſi per partem aduerſam con-
trarium probetur. Ita multum no. dixit An-
gel. in l. qui reſtituere. in ij. colum. ff. de rei
vend. & clarius in l. qui vas. ff. de fur. vbi di
cit idem eſſe ſi ſtatutum dicit ꝙ ſtetur dicto
ſeu iuramento ſaltuarij. Et idem voluit Bar
to. in l. ij. in. §. ſi a pupillo. circa fi. ff. de vſuc.
pro emp. & in l. ſi poteſt. in penul. colum. ff.
de acqui. hære. & Ang. in authen. de exhib.
reis. in prin. Bal. in c. j. in j. colum. in tit. ſi de
inueſti. inter domi. & vaſ. lis oria. & in l. cõ-
tra negantem. C. ad l. Aquili. & in l. j. & ibi
Saly. C. de reb. credi. & in l. j. C. de re iudic.
Item voluit Alberi. in ij. parte ſtatuto. q. xv.
& do. Phili. in c. paſtoralis. in xij. colum. de
excep. vbi alios etiam adducit tenentes hãc
partem. Et do. Iaſ. in. §. ſed iſte. in xxiiij. co-
lum. inſtitu. de actio. vbi alia etiam adducit
pro hac opinione. Et inter alia adducit In-
no. & Ioan. Andr. in c. quia propter. §. illud;
de electio. vbi dicunt ꝙ licet quis poſsit ꝓ-
bare impedimentum per ſuum iuramẽtum,
vt eſt ibi tex. tamen admittitur probatio in
contrarium. Et adducit etiam alia plura de
quibus ibi per eum. Limitat tamen prædi-
cta d. Fely. in d. c. paſtoralis. niſi in ſtatuto di
ceretur ꝙ non poſsit probari contrariũ, vel
niſi diceretur ꝙ iuramẽtum haberetur pro
pleniſsima vel pro omnimoda probatione,
quia tunc non admitteretur probatio in cõ
trarium, ſecundum Lud. Roma. in l. ſi duo.
ff. de acquiren. hæredi. Et hoc propter glo.
in verbo, feciſſe. in clementi. j. de probatio.
& in clemen. j. in verſic. omnimodam. de fo
ro competen. Tene menti prædicta pro ſta-
tuto huius ciuitatis poſito ſub rubrica, de
emẽdatione damnorum datorum a quibus
ignoratur &c. Et vide ad prædicta omnino
quæ ego dixi in l. prima. in. §. ſi ſerui quaſi.
in ij. colum. ff. de quæſtionibus. Et vide om-
nino Alexan. in conſi. ſuo cccclxj. incipien.
In cauſa & lite &c. in j. colum. & quaſi per
totum, & maxime in iij. colum. circa princi.
Et vide Iaſ. in l. j. §. j. in j. colum. ff. ſi ex no-
xa. cauſa agatur.
358 Pater de iure ciuili non tenetur aliquid
dare filio ſuo baſtardo, & habetur in authẽ.
ex complexu. C. de inceſt. nup. & in auth. li
cet. C. de natu. lib. nec ẽt tenetur ei dare ali-
menta, vt in dictis iuribus, tñ de iure cano-
nico pater tenetur dare alimenta tali filio
baſtardo. tex. eſt in c. cum haberet. in fin. Et
ibi hoc volunt doc. extra de eo qui duxit in
matri. quã pol. ꝑ adul. et dicit ibi Abb. ꝙ ille

tex.non eſt alibi.Et dicit ꝙ licet de iure ci-
uili ſit ſecus,quod tñ ſtatur iuri canonico in
hoc , quia eccleſia hoc induxit ex quadam
equitate naturali ne filij alimẽtis priuati pe-
reant.Et hoc etiam firmat Bar.in d.authen.
ex complexu.C.de inceſt.nup.vbi dicit pa-
rentes poſſe legare filijs ſpurijs ratione ali-
mentorum.Et dicit ꝙ poſſunt parentes do-
nare vel relinquere dotes filiabus cum dos
ſuccedat loco alimẽtorum.quod dicit Abb.
in d.c.cum haberet.eſſe notandum.Et ita di
cit Bar.vbi ſupra ſe conſuluiſſe.Et idem di-
xit Bal.in l.j.in repe.in xiiij.col.verſi.ſuper
ſexta &c.C.de ſacroſan.eccle.& Io.And.in
addi.Spe.in ti.de inſtru.edi.in.§.nunc vero
aliqua.in pe.char.in iij.col.in addi.inci.con
tinuatur hic alia quæſtio &c.in fi.& Spe.in
ti.qui filij ſint legi.in.§.j.in viij.col.in verſ.
quid de natis &c.Et idem voluit Bal.in cõ-
ſi.ſuo ccxxxij.incipien.recolo me cõſuluiſ-
ſe &c.circa med.in iij.volu.vbi dicit ꝙ ali-
menta poſſunt donari & legari ſpurijs de iu
re canonico naturali pietate inſpecta , quia
licet filius ſpurius ſit ſpurius,tñ filius eſt,qa
natura cõis eſt, quinimo filij illegitime nati
nedum debent alia patre,ſed etiã patre mor
tuo debent habere alimenta in bonis patris
arbitrio boni viri.Ita dixit gl.in authen.de
trien.& ſemiſ.in.§.conſideremus.in ver.le-
gitima.quam gl.ibi no.ad hoc tñ illa glo.lo
quitur in filijs naturalibus.Et tene mẽti per
petuo circa hanc materiam ꝙ ſi pater in te-
ſtamento ſuo expreſſe prohibuiſſet hęredi-
bus ſuis vt non darent alimẽta filio ſuo ſpu
rio,tñ tali prohibitione non obſtante hære
des tenebuntur ſibi dare alimenta . Ita mul-
tum ſing.dixit Bal.in l.id quod pauperibus.
in vlt.col.C.de epiſ.& cleri.quod profecto
eſt ſing.verbum & forte paucis notum.

359 Iuramentum ſemper eſt ſeruandum qñ
ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis eterne.c.
cum cõtingat.& ibi per omnes extra de iu-
reiuran.habetur in c.licet mulieres.eo.titu.
lib.vj.& in c.quanuis.de pac.in eo.lib.& in
l.ſi quis maior.C.de tranſa.& in auth.ſacra-
menta puberum.C.ſi aduer.ven.cum ſimil.
Scias tñ ꝙ iurans in aliqua iuſta cauſa põt
venire contra iuramentum . Et tali caſu fa-
ctum ab eo valebit & tenebit non obſtante
dicto iuramento.Ita multum ſing.dixit Ioã.
And.in addi.Spe.in titu.de iureiuran.ſuper.
rub.vbi dixit ꝙ ſi aliquis iurauit nõ fideiu-
bere pro aliquo, & ex poſt proximior eius
ſit magno periculo conſtitutus niſi pro eo
fideiubeat,ꝙ non obſtante iuramento tenet
& debet pro eo fideiubere,quod dictũ pro
valde ſingulari refert & ſequitur Iaſo.in.§.
item ſi quis.in xvj.col.poſt me.inſti.de acti.
vbi etiam ponit,ſi quis iurauerit non fideiu
bere pro aliquo an teneatur iuramentũ vel
impediat cõtractum fideiuſsionis poſtea fa-
ctum,vide ibi per eum.

360 Scribitur apud legiſtas quod negligẽtia
eſt damnoſa , & econuerſo, ꝙ vigilantibus
iura ſubueniunt, vt dicit text.in l.pupillus.
in fi.& in l.qui autem.§.ſciendum.ff.quæ in
frau.cred.& habetur in l.ſumma.§.ſed ſi il-
li.ff.de pecul.& in l.debitor.ff.de ſepara.Et
habetur per gl.in prohemio inſti. in verbo,
vigilijs. Et dixi ego de hac negligentia ſeu
vigilantia aliqua ſupra in ſingu.cclxxxiiij.
inci.Tolle moras &c.Sed vltra ibi dicta cir
ca hanc materiam adde no.verbum Io.Cal
de.in c.ab excõicato.de reſcrip.vbi dicit ꝙ
licet excõmunicatus poſsit ſe defendere li-
cet non poſsit agere,vt habetur in c.intelle
ximus.de iudi.tñ dicit ꝙ iſtud eſt verum ꝙ
poteſt ſe defendere ſi talis excõicatus cura-
uit ſe abſolui ab excõicatione, ſecus ſi non
curauit abſolui,ſed contempſit excõicatio-
nem,quia tunc non audietur,etiam ſe defen
dendo. quod dictum refert & ſequitur Bar-
ba.in c.ſacris.extra quod met.cau. Itẽ adde
etiam ꝙ illud quod dicitur in l.per hanc.C.
de tempo.appel.videlicet non probatum in
cauſa principali poteſt probari in cauſa ap-
pel.& nõ deductum poteſt deduci. Iſtud ha
bet locum qñ ignoranter fuit dimiſſum &
non probatum vel adductum,ſecus ſi ſcien-
ter & per negligentiam fuit omiſſum , quia
tunc in cauſa appellationis non poterit ꝓ-
bari nec adduci.Ita ſingu.dixit do.Anto.in
c.ad audientiam.el ij.in iij.col.per gloſ.ibi.
extra de reſcri.De quo tñ dicto vide ibi do
mi.Fely.in x.colum. Et idem in ſimili dicit
Bar.in auth.qui ſemel.in iij.col.in verſi.cir-
ca ſecundum.C.de proba.& Lud.Roma.in
conſi.ſuo ccxxvj.incip.vltra pridie allega-
ta &c.ante fi.Item adde etiam ꝙ licet mari-
tus poſsit petere vſuras dotis poſt bienniũ
a die ductionis vxoris ad domum mariti,vt
in l.fi.§.præterea.C.de iure do.licet cõtra-
rium teneat gl.in l.de diuiſione.in gl.fi.ff.ſo
lu.matri.de quo latius per Iaſ.poſt Ange.de
Are.in.§.fuerat.in iiij.col.in verſi.ꝙ autem
incipiant &c.inſtit.de actio.Tamen ſi peti-
tio talium vſurarum non fuit facta per lon-
gum temporis ſpatium,puta decem annorũ,
non poterunt vlterius peti ab ipſo marito,
quia per talem tarditatem & negligentiam
præſumitur illas remiſiſſe,ita ꝙ pro præte-
rito tempore peti nõ poterunt, Ita multum

not.dixit Bal.in conſi.cxlix.incip.poſt biennium a die ductionis &c.in v.col. quem refert & ſequitur Iaſo.in d.§.fuerat in v.colū. Et allegat Bald. ad hoc caſum in terminis valde ſing.in l.cum quidam in.§.diuus ff.de vſur.quæ omnia ſunt no.ad propoſitum dictæ regulæ,ꝙ vigilātibus iura ſubueniūt &c. Et dicit Iaſo. vbi ſupra ꝙ iſtud dictum eſſet aureis literis ſcribendum, quia eſt quotidianum & ſummæ vtilitatis. Et ad prædictam regulam etiam optime facit,nam ſi debitor alienauit aliqua bona in fraudem creditorū & poſtea ſuperlucratus eſt de nouo alia bona quibus potuit creditoribus integre ſatisfieri,ꝙ ſi creditores fuerint negligētes in conſequendo creditum ſuū ſi poſtea de nouo debitor efficiatur non ſoluendo non poterunt creditores habere regreſſum contra bonorum poſſeſſores in quo facta eſt alienatio a debitorem in fraudem creditorum, nec contra eos poterūt agere reuocatoria. Ita probat tex.in l.fideiuſſores in princi.ff. de fideiuſſo. Per quem text.ita decidit Bal. in l.ſi.in prin.ff.ſi certum pet.quod dictū refert & ſequitur Iaſ.in.§.item ſi quis in fraudē in penul.col.inſti.de actio.circa fin.quod dicit videñ. eſſe doct. in aliquibus locis, de quibus ibi per eum.Et adde etiam hic tex. not.& ibi doct.in l.ſi.C.ſi maior fac.alie. ſine decre.fac.ratum habue. De qua exclamat Lud.Ro.in ſingu. ſuo 795.incip.Iudex Bononienſis,quem omnino vide.

361 Extat iuris regula ſatis trita & vulgata, videlicet ꝙ quilibet poteſt renunciare fauori ſuo,vt probatur in l.ſi quis in conſcribendo C.de epiſ.& cle.& in l. ſi quis in conſcribendo C.de pact.& habetur in l.non vſque adeo ff.ſi quis a paren.fue.manu. & in l.nemo exterus C. de iudæis. Et ideo videmus ꝙ beneficio purgationis more poteſt pacto renunciari, vt in l. ſancimus in.§.ſi quidem C.de fideicom.ſecundum Bald. in l.ſi pacto quo pœnam ad ſi.C.de pact. quem refert & ſequitur Iaſ.in d.l.ſi quis in conſcribendo in iiij.colum.C.de pact. vbi plura alia adducit ad materiā huius regulæ de quibus ibi per eum. & teneas menti ꝙ nedum quis poteſt renunciare fauori ſuo in damnum ſuum,ſed etiam hoc poteſt facere in damnū alterius. Et ideo ſcias ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ exiſtētibus maſculis filia femina non ſuccedat, ꝙ hoc caſu ſi extat maſculus & femina poteſt maſculus renunciare huic ſtatuto & eius beneficio, & filiam ſecū admittere,& hoc modo poterit ꝓiudicare creditoribus ſuis.Ita ſing. dixit Bal.in l.maximum vitium in vij. col. verſic. Sed pone quod frater C.de lib.præte. quod dictum pro valde not. refert & ſequitur Iaſ.in.§.itē ſi quis in fraudē in penul. col.in ſi. inſti. de actio.quod eſt not.

362 Statutum volēs ꝙ pater teneatur pro delicto filij ad pœnam pecuniariam licet ſit exorbitāſ a iure,tamen valet, & tenet Bal. in l.receptitia in prin.iij.col.C. de conſtitu. pecu.& in rubri.C.res inter alios acta. in ij. colum.vbi etiam dicit ꝙ licet tale ſtatutum ſit tolerabile, non tamen eſt laudabile. Et idem etiam tenet Bal.met in l.ſi quis in tantam in iiij.col.C.vnde vi.& ibi dicit ꝙ tale ſtatutum eſt contra ius naturale, ſed tamen non valet.& idem etiam tenet ipſe in l.ſi filio.la ij.ff.ſolu.matri.& in l.ij.ff.ſi ex noxa. cau'a agatur.& in l.lex cornelia in princ.ff. de vulga.& pupil.& in authen.ſi captiui.C. de epiſco.& cleri.& ibi etiam dicit ꝙ talia ſtatuta quæ diſponunt ꝙ parentes præciſe teneantur & cogantur ſoluere condemnationem filiorum,quia ſunt iuri cōmuni contraria,& ſic odioſa ſunt ſtrictiſsime interpretanda. Et idem quod ſupra etiam tenuit Albe. de roſa.in prima parte ſtatutorum in q. lxvj.& lxvij.Et ſentit ēt Bald. in l.j.§.j. in vlti.col.C.de vſur.rei iudic. vbi etiam ſubdit querendo,an ſtante ſtatuto de quo ſupra ꝙ pater teneatur pro delicto filij, nunquid pater repreſentando filium in carcerē euadat onus ſtatuti?Et determinat ꝙ non, cum poſsit dare filium pro noxa.per.§.fin. inſti. de nox.Et idem tenet Bal.in l. ſancimus C. de pœnis. vbi dicit per illum tex. ꝙ ſtatutū ciuitatis Peruſij,quo diſponitur ꝙ conſortes teneantur pro delicto conſortis quāuis ſit iniquum & contra ius diuinum,tamē valet,quia licet non ſit culpa, tamen ſubeſt cā vt a delicto magis abſtineatur.Et hanc partem etiam tenent alij doct. in diuerſis locis quos refert & ſequitur Iaſ.in.§.actiones autem in xj.colum.inſti.de actio. Et in hoc ſe fundant per glo.in rubri.C. de decre. decurio.lib.x. quæ dicit ꝙ illud quod poteſt fieri per pactum poteſt etiam fieri per ſtatutum,ſed per pactum poſſet hoc fieri, ergo & per hoc ſtatutum de quo latius per Iaſo. vbi ſupra ſed limita tamen prædicta, videlicet ꝙ ſtante validitate dicti ſtatuti, tamen eius diſpoſitio non habet locum in filio pupillo, nam ſi filius in pupillari ætate & intra decimum quartum annum commiſerit delictū pater eius non tenebitur vigore dicti ſtatuti.Ita multum ſingu. dixit. Iaſo. in dicto.§. actiones autem in xij. colum. vbi propter hoc allegat not. in capit. ſecundo extra de

delic.puero.& ibi Pe. de Anch. & alia etiã alleg. de quibus ibi per eũ.Tene mẽti, quia eſt ſing.verbũ & lucroſum, quia ſepe ſuperiores qui tenent quodammodo ciuitatis in prædam,faciunt talia ſtatuta iniqua & exorbitantia ſolum vt extorqueant pecunias a ſubditis,& non aliqua alia de cauſa vt quotidie docet experientia &c. Et vide etiam ad hanc limitationem Alberi.de roſa. in ſecunda parte ſtatutorum q.lxxj. incip. Item queritur &c.& vide infra in ſing.481. inci. Communis opinio.

363 Credo te ſcire ꝙ præcarium poteſt reuocari quandocunq; ad libitũ concedentis, vt in l.j.in prin.ff.de præcar. & in l.ij. in prin. & in l.& habet in prin.eo.ti. & hoc eſt verum,etiam ſi eſſet adductum tempus vſquequo haberet vti,vt in l.cũ precario.in prin. ff.de præca. Limita tamen hoc & prædicta iura,niſi talis concedens præcario vellet ſine cauſa reuocare præcarium illico cũ maximo danno illius cui conceſſum eſt,nã hoc caſu nõ poterit illud reuocare,quia ſibi obſtabit exceptio doli,cum non poſſit negari quod præcarium non ſit beneficium.Nã eſt beniuola actio commodum tribuens capiẽti,vnde non debet doloſe verſari in beneficio conceſſo.Ita not.dixit Abb.in c.fi.in vlti.colum.extra de precario.vbi allegat in ſimili Ioan.And.in proemio decretaliũ.quod dictum pro valde no.refert & ſequitur Iaſ. in.§.ſequens in vj.colũ.in prin. inſti. de act. vbi videas &c.

364 Libellus in aliquibus cauſis neceſſario non requiritur, vt colligitur ex dictis per Spe.in ti.de libel.concep.§. nunc videndũ. vbi enumerat forte 50. caſus in quibus non requiritur libellus.Et habetur etiam per gl. in authen.de exhiben.reis in §.ſancimus in glo.magna.& per Ang. poſt glo.in.§.tripli. inſti.de actio. Scias tamen vnum,ꝙ in caſibus in quibus requiritur libellus ſi actor vadit coram iudice & dicit notario, ſcribas qualiter peto a Titio centum in quibus peto eum condemnari &c. Quamuis notarius hoc ſcribat in actis,per hoc tamen non videtur libellum in ſcriptis obtuliſſe, nec dicitur procedere ordinario modo, ſed extra ordinem.Ita dixit not.Bart.in l. in ſacris la tij.C.de proxi.ſacro.ſcrini.lib.xij.quod dicit eſſe bene ſignandum,quia poſſet ſepe cõtingere de facto, quod dictum pro no.refert & ſequitur Iaſo.in.§.tripli.in v.colum.inſti. de acti. vbi dicit ꝙ hoc dictum ſequitur Ludo.Roma.in l.j.in ij.col.ff.de arbt.de quo ẽt dicit videñ, eſſe Bal.in authen.offeratur ad ſi.C.de lit. conteſta.& Angel.in l. prima in prin.in j.colum.& ibi Bal.& Pau. de Caſt. ff.de eden.Tene mẽti hoc dictum quia not. eſt,& ex eo limitatur etiam regula illa,vide licet ꝙ non refert quid ex equipollentibus fiat,de qua in l.generaliter C.de inſti.& ſub ſtitu.ſub condi.fact.& in l.cum ſeruus ff. de verbo.oblig.& in l. titius.§.lucius titius ff. de lib. & poſthu. cum multis ſi. vide tamen glo.not.in l.ſi quis ſe iniuriam C.de accuſa. quæ dixit hoc non habere locum vbi procedi poteſt per ſimplicem querelam.ꝙ glo. ad hoc ſumme not.Bald.in l.j.in vlti.col.C. vt in poſ.lega.& Lud.Ro. in ſing. ſuo 804. incip.Dicit ſtatutum &c.

365 Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur,ſed debet reſeruari in cauſa principaliori,& in vltimo iudicio,vt habetur in l. iij.§.ibidem cum glo.in verbo, obſcurior ff.ad exhiben.& in l.fi. C. de cõpenſa.Et vtrobique per doct.hoc tamẽ fallit niſi excipiẽs ſit paratus in continẽti probare,ſecundum Bar.in l.ſi is a quo. in prin. ff.vt in poſ.leg.de qua oblatione offerentis ſe ſtatim ſeu incontinenti probare, vt dixi late in c.ij.vltra med.extra de crimi.fal. & in repetitio.mea rubr.C. de probat. in vlti. colum. De quo etiam per Abb. in conſilio xxxj.incip.In cauſa & quæſtione &c. in fi. & per Bal.in l.j.in ij.colum.C.vt in poſ. lega. Et circa hanc materiã reſeruationis exceptionum teneas menti ꝙ talis reſeruatio exceptionum quam facit iudex per hũc modum,videlicet interloquor eſſe ad vlteriora procedendum ſaluis exceptionibus, ꝙ iſta verba ſunt tante importãtie quod ſi appareat poſtea dictas exceptiones eſſe veras & iuridicas,& quod vere obſtarent, tũc ꝓceſſus redditur retro nullus,& quicquid poſtea factum eſt habetur pro non facto. Ita dixit glo.in c.cum contingat. & ibi docto. de officio de lega.& Bal. in l.ille a quo.§.ſi de teſtamento verſi.fin.ff.ad trebellia. quos refert & ſequitur Iaſ.in.§.præterea.in xij.colum.inſtitu.de actionibus.ad quæ vide quæ dixi ſupra in ſingu.cxcviij.incip.Teſtis qui non debet &c.Nam ibi dicta multũ fraternizant cum dictis hic.

366 Aliqua tibi dixi ſupra in ſingula.xliij.incip.Debitor &c.de impediente creditorem vt non poſſit conſequi creditum ſuũ.Nunc autem dico tibi circa hanc materiam vnum aliud non minus vtile, videlicet quod licet ego receptauerim in domo mea mercatorẽ fallitum vel qui fregit,vt vulgariter dicitur non tamen propter hoc poſſum conueniri

vt eum debitorem tuum tibi exhibeā, alias tenear ad intereſſe. Ita ſing. dixit Io. de platea in. §. præterea inſti. de actio. Et hoc per tex. in l. fi. ff. de libe. homine exhiben. quod dictum refert & ſequitur Iaſo. in dicto. §. præterea. in x. colum. ante fin. vbi dixit ꝙ hoc dictum eſt diligentiſsime not. quia eſt quotidianum. & dixit ꝙ hoc dictum forte alibi non inuenitur. Vide quæ dixi ſupra in ſing. cxxxvij. incipi. In iure &c. Et ex hoc dicto etiam clare conſtat quod titulus de receptatoribus non habet locum in ciuilibus ſed ſolum in criminalibus.

367 Nemo prudens eſt qui neſciat ꝙ iudex ſecularis cuiuſcunque ſit præeminentię, nō eſt regulariter competens quādo tractatur de materia iuramenti, cum ſit quid ſpirituale, quod laicis non conuenit. Ita habetur in c. per venerabilem. qui filij ſint legi. & in c. cum ſit. de foro compe. & in c. prædicandū xxij. q. j. Et habetur per Hoſti. in c. tuam ſuper glo. fin. de ord. cog. & per Abb. in c. ſignificante de pig. in j. not. Iſtam tamen concluſionem & dicta iura limitat multum ſingu. do. Fely. quinque modis in cap. ſecundo extra de ſponſa. in xij. colum. Et inter alias limitationes limitat vno modo, videlicet niſi iudex ſecularis vellet cognoſcere de nullitate abſolutionis a iuramento facta a iudice eccleſiaſtico, quia poteſt, nec tenetur ſtare ſeu præciſe ſequi abſolutionem factā per iudicem eccleſiaſticum. Ita dicit multum ſolenniter conſuluiſſe Pet. de Ancha. in conſi. ſuo ccclxxxiij. inci. retento ordine dubiorum in ſecunda colum. motus per nota. per Ioan. And. in c. cum in iure. de offi. deleg. & in c. j. de offic. ord. vbi traditur ꝙ iudex ſecularis non tenetur exequi præceptum iudicis eccleſiaſtici ſi ſcit vel ſuſpicetur de eius iniuſtitia, de quo latius ibi per eum. Et per do. Fely. in d. c. ij. in xij. col. in ver. quinto limita &c. de ſponſalibus. Et idem dixit do. Bartho. Cæpo. in cautela ſua cij. inci. In multis contractibus &c. Et Soci. latius loquitur in hac materia in conſi. ſuo lxxxiij. incip. Pro clariori &c. in tit. ij. & iij. colū. in iiij. volu. Et in materia iſta ponit no. verbū Soci. in conſi. cvj. inci. Inſignis doctor in ij. colum. in eo. iiij. volu. Et in materia iſta vide ſingu. verbum Ludo. Ro. in conſil. ſuo ccxix. inci. In propoſita conſultatione &c. poſt prin. & vide Soci. in xvij. fallentia ſua in vlti. ver. in fi. vbi ponit ſingu. verbum circa hanc materiam. Tene menti, quia eſt ſingu. verbum in practica ad multa.

368 Licet tertius poſsit ſoluere pro debitore creditore inuito fauore liberationis l. ſolutionem ff. de ſolu. & habetur in l. ſoluendo. ff. de nego. geſt. & in l. qui decē. §. j. ff. de ſolu. & in l. poſtliminium. C. de captiuis. cum ſimi. tamen non poteſt tertius ſoluere canonem pro emphyteota inuito domino directo. Nam illa ſolutio canonis nō eſt ſimplex ſolutio. ſed eſt recognitio directi dominij quam alius pro alio facere non poteſt. Ita not. dixit Bald. in l. acceptam in xxv. q. C. de vſuris. Quod dictum tamen limita ſingu. niſi volens ſoluere prætenderet aliquod intereſſe, puta, quia eſſet creditor emphyteotę, quo caſu ſi emphyteota caderet a melioramentis non haberet poſtea vnde ſibi ſatisfieret, ideo ne emphyteota cadat poterit ſoluere ēt inuito dño directo. Ita nota. dixit Ang. in l. lex vectigali fundo ff. de pig. quod eſt multū not. ad quæ vide Iaſ. in l. ij. C. de iure emphy. in xviij. & in. xxij. col.

369 Mille hominum ſpecies & rerum diſcolor vſus. Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno. Ita ſcribitur apud Perſium. Quæ carmina profecto indubitatam veritatē continet, vt experientia quotidiana oſtēdit. Et ex hoc dubitant docto. Pone ꝙ duo fratres vel duo filij habent domum communē pro indiuiſo, & vnus vult habitare domū, alius vult eam locare, quis præferatur? Et dicunt ꝙ debet præferri ille qui vult habitare domum. Ita dixit Bald. in l. ſabinus in vltimis verbis. per illum tex. ff. communi diuidun. vbi etiam vide per domi. Flo. Et dicit etiam Salyc. in l. iubemus la ij. in princ. C. de ſacroſan. eccl. ꝙ ſi duo fratres vel duo ſocij habent fundum communem pro indiuiſo, & vnus vult ꝙ colatur & ſeminetur prout fieri debet, alter vero qui eſt rixoſus & beſtialis dicit ꝙ pars ſua non ſeminetur, & dicit fratri vel ſocio ꝙ faciat coli & ſeminari partem ſuam, attamen frater vel ſocius qui eſt prudentior, facit totum fundum coli & ſeminari, non tenebitur alteri reſpōdere de fructibus etiam pro parte dominica. Ita dicit Salyce. in dicta l. iubemus. & dicit quod hoc ſentit gloſ. ibi, quæ duo dicta refert & ſequitur Iaſo. in l. prima in penul. colum. C. qui teſtamen. face. Et in repeti. ſua l. quominus in xxxiiii. colū. ff. de flumi. Et ad materiam huius vltimi dicti facit optime text. in l. ſi vt proponis C. de edifi. priua. & in l. cum duobus. alias incipi. Si fratres in. §. idem reſpondit ſocius qui ceſſantis ff. pro ſocio. In quibus dicitur ꝙ ſi ſunt duo ſocij qui habent rem communem, puta aliquod edificium qđ egeat reparatione, &

ad reficiendum vel reparandum vnus ipſo rū ſociorū ſit negligēs,alter vero reficiat,ꝙ ſi ſocius negligens non ſoluat partē ſuā expēſarum cum vſuris ad eū pro ſua rata portione pertinētium intra quatuor menſes per dit dominiū partis ſue, & illud acquiritur & applicatur ſocio reficiēti.Et illos tex.ad hoc adduxit Ange.de Aret.in.§.ſequens.in penul.colum.in prin.inſti. de actio. quos dicit eſſe ſingulariſsimos.Et idem dixit Cęp. in tracta.vrba.ſeruitu.in tit.lix.ſub rubr.de refectione in iiij.col.&c.Et idem per prædicta tenet Iaſ.in repeti.l. quominus in xxiij. col.ff.de flumi.& in d.§.ſequens in viii.colum.& in l. creditor in ſi.ff. ſi certum petatur.Et circa materiam hic tactam vide late Soci.in conſi.ſuo lviij.inci.In cauſa &c.per totum in iiij.volu.

370 Vſucapio dicitur præſidium impiū tex. eſt in authen. vt eccleſia Roma. circa med. Itē etiam dicitur præſidium iniquiſsimum, ſecundum Angel.in l.qui equitate ff.de doli excep.& in l.j.C.de præſcrip.trigin. an. Et idem eſt dicendum de præſcriptione, quia fraternizant ſecundū Bald.in l.j.in vij.colū. C. de ſer.fugi.Et not. inſtitu. de vſucap. in princ.& in rubr.ff.eo.ti. Et voluit Soci. in conſi.lxxxvj.incip.In cauſa communitatis. in v.col.Et præſcriptio dicitur eſſe contra naturalem equitatē,ſecundū Bal.in l.ancille in iij.col.C.de fur.& Abb.in c.ſi.in vj.colū. extra de præſcriptio.vbi etiā adducit Bar. in extrauag.ad reprimen.in verbo,denūciationem.vbi dicit ꝙ vbi ſubeſt obligatio naturalis orta ex conſenſu,puta, quia promiſiſti mihi per pactum nudum , vel quia locupletaris cum iactura mea poſſum recurrere ad eccleſiā per viam denunciationis euāge lice.quod in præſcriptione dicit aperte voluiſſe Bal.in o.ſi quis per triginta in tit.ſi de feu.fue.contro.vbi dicit ꝙ præſcribens debitum ſcienter poteſt ſemper denunciari, quia ius ciuile non potuit tollere obligationem,vt in.§.ſed naturalia.inſtit. de iure natu.gen.& ci. Et præſcriptio eſt reſtringēda, quia eſt odioſa,ſecundū Inno.in c.ex tranſmiſſa. de præſcrip.quem refert & ſequitur Bal.in Marga.ſua.in verbo, præſcriptio. in iij.ver.Et idem dixit Inno.in c.tua.ad ſi. de deci.Et Bal.in l.non dubium.in verſi. adde quod conſuetudo &c.C.de legi.Bar. in l.ſi. poſt princi.ff. de eo per quem fact. erit. & voluit Paul. de Caſt.in conſil.ſuo ccxcv.incip. Viſis & ponderatis omnibus &c. in ij. colum.Et teneas mēti ex iſtis ꝙ ſi alicui eſt commiſſa cauſa ſecundū veritatem & equitatem ꝙ non debebit talis commiſſarius ferre ſententiam pro vtente pręſidio vſucapionis vel præſcriptionis,quia naturali equitate repugnat.Ita multum ſing. dixit Ange. in l.j.ff.de neg. geſt. Et in l. ſequitur in.§.ſi viam ff.de vſuca.quē refert & ſequitur Iaſ. in repeti.l.ſi is qui pro emptore in xxv.col. ff.de vſucap.

371 Teſtis de auditu aditus licet non probet, tamē facit qualemqualem præſumptionem ſeu coniecturam,ſecundum Archi.in c. hoc videtur xxij.q.v.quem refert & ſequitur Pau.de Caſt.in conſi.ſuo xvij.incip.In cauſa quæ vertitur Parme in x.col.Et Alex. in conſi.ſuo lxxviij.incip. In cauſa accuſationis de crimine falſi &c.in j.vol.& do.Fran. Cur.In conſi.ſuo lxx. incip. Circa primum in iij.col.in prin.Et ſcias quod prodeſt habere pro ſe iſtam qualemqualem præſumptionem,quia ſi probationes ab vtraq; parte eſſent pares ille obtineret qui haberet iſtā qualemqualem præſumptionem pro ſe.glo. eſt no.ibi communiter approbata in l.ſi duo patroni in prin.in glo.parua.in ver.authoritatis ff.de iureiur.Quæ omnia refert latius Iaſ.in repeti.l.admonendi in xxv.colum.in prin.ff.de iureiu.Et de hac qualiquali præſumptione vide glo.not.& ibi Bal.in l. mater C.de calumnia.Et d.Catal.in tract.ſynd. in ver.ccccxxxvij.incip. Adde quod licet aliquis,& vide d.Philip.Dec.in conſil. ſuo lxxxij.incip.Viſo proceſſu &c.in ij.colum. Tene menti prædicta,quia poſſent tibi prodeſſe tam in cauſis ciuilibus quā criminalibus.Et ex iſtis poteris limitare quæ dixi ſupra in ſing.cclxxvj.inci. Parū & nihil &c. Et ibi etiam poſui in ſingu.dictum in materia qualiſqualis præiudicij.

372 Capias vnū paucis vt credo notū, videlicet ꝙ quādo iudex inquirit contra occidentem bannitum qui ex forma ſtatuti poterat impune occidi,tunc quilibet de populo poteſt comparere coram iudice inquirente & oſtendere bannum illius occiſi, & ſtatutum permittens illū poſſe impune occidi & petere vt ipſe iudex vlterius non procedat cōtra occidentē,ſecundū Bar. in l.vbi pactum C.de tranſac.quem ſequuntur docto.Et fuit originalis doctrina Richar.malū in l.ſi.fa.§. veterani ff.de procu.per glo.ibi.Quam doctrinā referunt & ſequūtur doc.in pluribus & pluribus locis quos latiſsime adduxi in l.ſi quis ne quæſtio.in xxv.col.ff.de quęſtionibus,& in repetitio.mea rub.C.de proba. in xliij.col.& in l.infans in v.col.ff. de ſicc. & in practica mea cauſarū criminalium in

xvij.char.& ibi in xxix.& l[c.char.de quo etiam habetur per do.Nellum in tract.bannitorum in prima parte primi temporis. in ij.q.& in ſecunda parte ſecundi temporis in xiiij.q.& per Gandi.in tract.malefi.ſub rubri.vtrum procurator in maleficijs interue. in v.col.verſi. Vltimo circa materiam &c. cū verſi.ibi ſequenti.Et per do.Maria.ſoci. in repetitio c.veniens in lxiij.& lxiiij.colū. cum ſeq.de accuſa.Scias tamē & perpetuo tene menti ꝙ prædicta nō habērent locum quando talis bānitus interfectus fuiſſet bannitus per cōtumaciam & non ex veris probationibus delicti.nam ſtatutum permittēs bannitum poſſe impune occidi nō comprehendit bannitum per contumaciam,nec de illo intelligitur,ſed ſolum de bannitis ex veris probationibus delicti. Ita ſingula. dixit Alex.in l.omne delictum in prin.ff.de re mili. vbi ſing.dixit ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ bannitus pōſſit impune occidi, ꝙ vigore talis ſtatuti nō poterit impune occidi bannitus per contumaciam alleg.hoc voluiſſe Bal. & Io. de Imo.in l.ſi mora ff.ſolu. mat. Et dicas tu ꝙ idem dixit Bald. ſuper ſtatutis in verbo pax.in iij.ver.& in l.tranſigere in iiij. colū. verſic.nono oppono.C.de tranſact.pro qua doctrina faciūt optime quæ dixi in ſingulari meo iiij.inci.Quāuis &c.Et in l.infans in v.colū.ff.de ſicc.vbi omnino videas. Et faciunt dicta per Alex.in l.cum ſi.fa.in ij. col. ante fi.ff.de verb.obli.& per do. Phili.cor. in conſi.ſuo cxliij.incipi.Licet in ij.colum. ver.& propterea in ij.volu.& per Bal. in l. fi.in ſi.ver.quero hic ſi tabellio.C.de fide inſtru. & vide quæ addidi in d.l. infans in v. col.& vide quæ dixi in repe.mea cauſarum crimi.in.§.ſequitur nu.xx. & vide omnino do.Fely.in c.cum Bertholdus in ix.colū. de re iudi.Et ſic ex dicta doctrina Bal. in d.l.ſi mora.Et do.Alex.in d.l.omne delictum, & aliorum quos ſupra adduxi.Poteſt limitari & reſtringi doctrina Bar.in d.l. vbi pactum C.de tranſac.& ſequacium quos adduxi in dictis locis.Tene menti,quia eſt verbū non obliuiſcendum.

373 Vt noſti a doctoribus ī diuerſis locis examinātur plures quæſtiones circa materiam literarum,quæ quotidie ſcribuntur a mercatoribus inuicem vel ab alijs, & hoc maxime in l.admonēdi.ff.de iuretur. Ego autem volo ſolummodo dare tibi ſingulare verbū circa eandem materiam literarum, & ideo tene menti ꝙ ſi ſcribo tibi literam in qua cōfiteor me eſſe debitorem tuum in mille vel in alia ſumma,Sed antequam iſta litera tibi præſentetur ego moriar,hoc caſu talis litera nō nocebit nec præiudicabit hæredibus meis.Ita ſingu.dixit Inno.in c.cum dilectus extra de ſucceſ.ab inteſta.quod dictum reputat ſing.do.Anto.in c.fin.in v.colū.extra de confeſsio.& Barba.in d.c. cum dilectus. & in c.poſt ceſsionem de proba.in rub. extra de teſta.in lectu.in ij.colum.non in repe. Et Corſe. in ſuis nota.ſub verbo,confeſsio. in not.inci.Si ſcribo &c. De quo latius dixi in repeti.mea rub.C. de proba.in ij.col. ante fi.in verſi.& poſtquam &c.& in l.fi.in vj.colū.poſt medium ver.Et tene menti.ff. de quæſtioni. Et ratio poteſt eſſe, quia Titius ſi eſt mortuus non dicitur amplius Titius,ſecundum Bal.in l.j.in xiij. col. verſic. Sed quid dices C.de cōfeſ.quod etiam ipſe ſentit in l.conuenticulam in vlti.colū.C. de epiſc.& cle.Et illud dictum Inno. etiam refert & ſequitur Angel.in l.j.ff. de confeſ.& domi. Anto.in capit. per inquiſitionem. de electio.& Iaſo.in repeti.l.admonēdi in lxij. column.de iureiur. vbi nota.loquitur circa hanc materiam.

374 Bene & diligenter aduertant banniti capti dum recognoſcunt bannum ſuum, vt illud ſimpliciter recognoſcant. Sed caueant vt non fateantur cōtenta in dicto bāno eſſe vera,quia ſi illa confiterentur poſſent puniri, & bannum contra eos poſſet exequi, ēt ſi tale bannum eſſet nullum. Et hoc quia talis confeſsio ſpontanea facta cum recognitione banni validat ſententiā banni,cū cautum ſit in iure ꝙ confeſsio ſpontanea validat proceſſum inualidum, cum talis cōfeſſio non requirat telam ſeu ordinem iudicij, vt dixit Inno.in c.qualiter & quando el ij. de accuſa.& in c.per inquiſitionem de elec. & Bal.in l.properandum in fi.prin.C. de iudi.Et volunt alij quamplures doct.in diuerſis locis quos ſimul reduxi in l.j.in.§.diuus Antonius in iij.& iiij.colū.ff.de quæſtio. ita ſing.dixit Angel.in l.j.ff.de confeſ.ad quod alleg.Inno.in d.c.qualiter & quando.Tene menti,quia ſepe banniti & maxime ruſtici in recognitione banni ignoranter vel inaduertenter confitentur contenta in banno eſſe vera. Et etiam ſepe iudices ſub inuolucro verborum faciunt eos taliter confiteri, nam tunc poſſent puniri & bannum exequi etiam data nullitate banni, & ideo caueant ipſi banniti,Attamen ſi cōtingeret caſus venias ad me, quia prædictis non obſtantibus proculdubio defenſabo eos de iure a pœna mortis ex pluribus iuribus & rationibus, ꝗ breuitatis cauſa p̄ſentialiter non adduco.

375 Stulti non debent eſſe melioris conditionis quam ſint prudentes. ita dixit text. in l. ſeruius ff.quod vi aut clam.& in c.eum qui de præben.in vj.& in l.regula in vj. parte ff.de iur. & fac. igno. Et ideo ſcias ꝙ ſicut licitum eſt occidere hominem prudentem pro defenſione ſua, vt ſatis plene tradidi in l. vnius facinoris in.§.cogniturum in x. & xj.colum.ff.de quæſtionib.& in l.j.in princip.in v.& vj. colum.ff.de ſicc. ita licitū eſt occidere ſtultum cōtra aliquem irruentem cum armis, nec iuuatur ex eo quia ſtultus, quia arma ſtultorum ita incidunt & offendunt hominem ſicut arma ſapientum. Ita multum not.dixit Bal.in l.j.in xj. colum. in verſicu.Quid de furioſo C.vnde vi.vbi dicit ꝙ ſi aliquis furioſus vel dormiens inſultat aliquem, vt multi faciunt in ſomnis, an talis poterit impune occidi? Et dicit primo videri dicendum ꝙ non, quia talis inſultus vitio caret.allegat ff.de offi.præſi.l.diuus & ij.q.ix.c. indicas hermanum. ergo iniuſtum eſſet eum interficere. Contrarium tamen dicit, non quia contingat hoc vitio offenſionis,ſed natura defenſionis,ſicut ſi quis pateretur inſultum ab animali tuo,nam impune illud animal occideretur, licet aliter occidens teneretur aquilia, nam cum ſe defendens propriam ſalutem principaliter intendit impune facit,quia principalis debet cōſiderari & non ſecundario,vt ff.ad ſyllania. l.qui poſthumum & de fur.l.verum. Ita formaliter dicit Bal.in d.l.j.in xj.colū.in dicto ver. Quid de furioſo &c.C. vnde vi. quod eſt menti tenendū cū ſepe iſti ſtulti ſint periculoſi.Et quandoque beſtialiter percutiant prudentes,vt in facto ſepius viſum fuit.

376 Quod maior pars facit valet,quia omnes facere videntur l.quod maior ff.ad municipa.l.duo ex tribus ff.de re iudica.l.diē pro ferre.§.ſi plures ff.de arb.l.ſi §.j.C. qui bonis cede.poſ.c.cum inter c.dudum c.in Geneſi c.cum in veteri c. congregato de elect. cum multis ſimi. Et ideo teneas menti ꝙ ſi ſtatutum dicit ꝙ nullus inquiri nec torqueri poſſit niſi cum deliberatione Poteſtatis & antianorum.Et Poteſtas cum vno de antianis dicit aliquem eſſe torquēdum vel cōtra eum inquirendum, omnes autem antiani dicunt contrarium, ꝙ hoc caſu prefertur dictum Poteſtatis cum vno de antianis,ꝙ licet Poteſtas ſolum habeat dimidiam vocē & antiani aliam dimidiam, tamen poſtquā Poteſtas habet ſecum vnum de antianis apparet ꝙ excedit dimidiam partem, & ſic ꝙ ipſe Poteſtas facit cum illo antiano dicitur factum a maiori parte,& per conſequēs valet Ita not dixit Alberi. de roſa. in ij. parte ſtatu.in q.clxxxviij.incip. Paduæ eſt ſtatutum.vbi refert Richar.dicere ſe hoc obtinuiſſe de facto,& ipſe Alberi.ibi allegat plura iura ad hoc.Et idem dixit Soci.in conſi. ſuo xl.incip.Ex actis geſtis &c.in prin.ij.colum.vbi etiam allegat plura iura,& allegat Cy.& Iaco.But. in authen.cauſa quæ fit cū monacho.C.de epiſco.& cle. & text. & ibi Bald.in l.ſi quis titio ff.de vſufruc. lega. Et quæ habentur per Barto.in l.j.§.ſi plures ff. de exercitatoria & allegat alia plura de quibus ibi per eum.Tene menti quia non poſſet eſſe magis quotidianum,nam domini terrarum vt videantur facere aliquam eſtimationem ſuorum ciuium faciunt aliqua ſtatuta in quibus in aliquibus cauſis dant iuriſdictionem ſuo Poteſtati vel Capitaneo, & antianis illius ciuitatis vel alicui alteri officio Certe ſi tali caſu aliquis officialis vel antianus ſe concordat cum Poteſtate vel Capitaneo,illud quod erit diſpoſitum per eos valebit & tenebit tanquam factum a maiori parte. Et ceteri antiani vel officiales nihil poterunt propter ſeparationem ab eis factā per illum antiannm, cui antiano immemor illius dicti, ꝙ omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur&c.deberetur premium,de quo loquitur Bald.in l.ita vulneratus ff. ad leg. aquil.& do.Fely. eum referens in c.decetero.de homici. quos ego retuli in rubr.extra de homici.& in l.j.in prin.in xj.col. in ver. xv.limita &c.ff.de ſicc. Et vide omnino ad ſupradicta Iaſo.in l.ſi pater in j.col.ff.de vulga.& pupil.vbi notanter loquitur,& in l.ſi. in iij.& iiij.col.C. de impub. & alijs ſubſti. vbi etiam not.loquitur.& vide Soci.in conſil.ſuo cviij.incip.caſus &c.in j. colū. in iij. volu.& vide do.Rochum de Cur.in tracta. de iure patrona.in verbo, ipſe vel is a quo cauſam &c.in iiij.colū.in verſi. tertio quæro &c.& vide Iaſ. in l.iuriſgētium §.hodie. in nu.ix.& in pluribus numeris ibi ſequentibus ff.de pac.

377 Contumax in iudicio nō auditur niſi primo refectis expenſis l.ſancimus C. de iudi. c.finem litibus &c c.cum dilecti.de dolo.& contu.c.pia de excep.in vj. c.j. de dolo & contu.eo.li.cum ſi.& licet relictis expenſis non audiatur,tamen etiam tunc nō auditur opponendo exceptionis peremptorias. ita not.dixit Inno.in c.præterea. de dilatio. & Angel.in l.peremptorias C. ſent.reſcin.non poſ. quod dictum pro valde not.refert & ſequitur Angel, de Aret. in.§.appellantur in

ſij.col.inſtitu.de excep. iſta tamen doctrina
poſſet forte limitari & reſtringi vt non ha-
beret locum in minore ruſtico vel muliere,
& hoc per doctrinam no.do.Philip. de Pe-
ruſio in c.Nicolao.in penul.col.extra de ap
pella.vbi dicit ꝙ licet citatus perſonaliter
ſit verus contumax,& excludatur ab appel
lando,vt in l.ex conſenſu in.§.ſi.ff. de app.
& in l.j.C. quando appellan.ſit tamen dicit
quod hoc fallit in minore muliere & ruſti-
co,quia tales perſone citate perſonaliter ad
ſententiam audiendam, ſi non comparent
nec mittunt procuratorem tamen poterunt
appellare cum non cenſeantur eſſe in dolo.
ad quod alleg.Bal.& Ang.in l.vbi exigitur
ff.de eden.quod dicit eſſe ſingu.no.quod di
ctum etiam pro valde not.refert & ſequitur
do.Philip.dec.in conſi.ſuo xxxiiij.in iij.co
lum.& circa ſupradictam materiam expē-
ſarum vide aliquid per do.Iaſo.in l.is apud
quem in iiij.colum.in verſic.tene cum Bar-
to.&c.C.de eden. &c.

378 Geminatio actus eſt maxime importātie
& effectus, vt dixi tibi latiſſime vltra om-
nes in l.j.in.§.quæſtioni.in ij.& iij.col.ff.de
quæſtionibus,ſed vltra omnia quæ ibi dixi
teneas menti ſingulare & mirabile verbum
in hac materia geminationis,videlicet ꝙ li
cet ex forma legis vel ſtatuti pro aliquo cri
mine eſſet imponēda pœna pecuniaria,tñ ſi
accuſatus de tali delicto cōuincitur, ꝙ illud
ēt alias cōmiſit & frequētauit,tūc talis reus
debet puniri capitaliter pœna vltimi ſuppli
cij.ita dixit Bar.Bal.Ang.Odof.& Ioan.de
platea in l.j.per illum tex.C.de ſuperexact.
lib.x.& Bar.& Bal.in l.licitatio.§.quod illi
cite circa prin.ff.de publica. & d.Alexā. in
ſuis apoſtil.in d.l.j.C.de ſuperexact. ꝓ quo
doct.ibi aliqua adducunt, & maxime Ang.
& Io.de platea,nam dicit ibi Ang. ꝙ quādo
aſſeſſores volūt facere aliquē reū mori po-
nunt in inquiſitione quam formāt cōtra eū,
ꝙ illud ſeu illa crimina de quibus inquiri-
tur pluribus vicibus cōmiſit,& poſtea eum
conuincant de tali perſeuerantia, quo facto
dicit ꝙ ſecure poterūt eū ad mortē condem
nare,nō obſtāte ꝙ illa crimina de ſui natu-
ra nō ſint capitalia,quod dicit eſſe bene mē
ti tenendū.pro quo dicit eſſe tex.in l.oēs.C.
de delatoribus lib.x.vbi quis propter con-
ſuetudinē peccandi punitur pœna mortis,
& dicit Ioan. de pla. in d.l.j. de ſuperexact.
ꝙ propter conſuetudinē delinquendi auge-
tur pœna.ad quod alleg. ēt l. facultas C. de
iure fiſ.& l.iij.in ſi.C. de epiſco.aud. & d.l.
omnes C.de delato,& dicit do.Alex. in d.l.
j. de ſuperexactio. in ſuis apoſtil. ꝙ ex hoc
etiam dicimus ꝙ ille qui hodie furatus eſt
vnam rem vilem & cras aliam, & ſic ſucceſ
ſiue ꝙ ratione reiterationis & conſuetudi-
nis poterit furca ſuſpendi.ad quod etiam al
leg.Bald.in l.apud antiquos in ſi. C. de fur.
& doct.in authen.ſed nouo iure C.de ſeruis
fugi.adducit etiam ipſe do.Alexand.ad hoc
quod dicitur,videlicet ꝙ conſuetus litiga-
re repellitur a teſtimonio alleg.c.quia ſuſpe
ctos iij.q.iiij.& c.nullus.ibi,frequenter liti-
gantes &c.ea cauſa & quæſtione. allegat ēt
alia plura ad hoc,de quibus ibi per eum,&
ad prædicta de illo qui eſt conſuetus furari
quod puniatur pœna mortis vide Angel.de
Aret.in tracta.maleſi.in verbo,& veſtem ce
leſtem abſtulit.in iij.char.in verſic. quero ſi
alias &c.& ibi in addi.& vide Barto.in l. ſi
cui.§.ſi.in ſi.ff. de accuſatio. quem refert &
ſequitur Ioan.de pla.in d.l.omnes.C.de de-
lato.lib.x.& ad dictum doct.in d.l.j.C.de ſu
perexactio.facit optime tex.& glo.in.§.no-
mine autem criminis xxv.diſti. vbi dicitur
ꝙ peccatū veniale geminatū efficitur mor-
tale,& faciunt dicta per Bar. & Bal. in l.iij.
C.de epiſco.audien.vbi dicunt ꝙ bis carce
ratus pro eodem delicto amplius nō debet
relaxari,etiam ſi ex aliqua cōſtitutione car
ceratus debet relaxari.& ſubdit ibi Bald.ꝙ
non valet indultam principis ſuper condē-
natione ſecunda, niſi fiat mentio de prima,
quia videtur obreptitiuni,eo quia princeps
non eſſet facturus, quod dicit eſſe menti te-
nendum,& facit etiam,nam licet hęreticus
paratus corrigi non tradatur curie ſeculari
c.penul.§.ſi quis extra de hære.tamen ſi ge
minata vice cecidit nō auditur de correctio
ne c.ſuper eo. & c. accuſatus. de hære ti.in
vj. Et facit in materia geminationis in d.l.
j.§.quæſtioni.ff.de quæſtioni.& faciunt di-
cta per do.Rochum curtium in repeti.c.fin.
in ij.colum.de conſuetu.Et facit etiam,nam
contra frequentantem viam ſumitur indi-
cium maleficij commiſsi in illa via,ſecundū
docto.quos refert & ſequitur domi.Pari.de
puteo in tracta.ſyndicatus in xcvj.char. in
ij.col.verſicu.ſi aliquis eſt inuentus &c. Et
facit glo.in l.conſentaneum C.quomodo &
quando iudex. quæ dicit ꝙ humanū eſt pec
care,ſed diabolicum perſeuerare &c.Et vi
de circa prædictam materiam Alexan. in l.
j.in apoſtil. C. de paſcuis publ.lib. xj. vbi
dicit ꝙ perſeuerantia vel conſuetudo re-
fertur ad duas vices.& vide domi.Lauren.
calca.in conſil. ſuo j. in xix. colum. & vide
Ang.in auth.de trien.& ſemiſ.in.§.& quod

ſepe. vbi dicit ꝙ dictio plures verificatur in duobus.& idem dixit Bal. in l.fideicommiſſa.§.ſi quis decē ff.de leg.iij.& vide Angel.de Are.in tract.maleſic.in ver. pluribus & pluribus.& ibi in addi.& vide tex.in authen.de defenſo.ciuita.§.ſi.vbi dicit glo. ꝙ illud fieri dicitur frequēter quod bis fit.prę dicta tamen omnia limita & reſtringe niſi geminatio eſſet circa minima,quia tunc ſupradicta non haberent locū,nec homo poſſet morti tradi propter talia minima , quia talia minima non ſunt in conſideratione, vt in l.ſcio.ff.de in integ. reſtitu.l.omnis ff. de impenſis,& in c.licet cauſam in verbo, nulla aut modica.de probatio.& inſtitu. ad legem fal.in prin.in verbo,pro nullo aut modico.de qua materia dixi latius in l.furē. in fine ſecundę columnę.ff.de ſicc.& in lingu. meo cclxxvj. incip. parum & ad hoc bene aduertas ne erres,& loco iuſtitiæ facere iniuſtitiam & iniquitatem, vt in hac noſtra ciuitate fecit ſuperioribus diebus quidam iudex beſtialis,quod ſi comediſſet fenum fuiſſet vna beſtia & vnus aſinus,voluit oſtendere ſe eſſe doctum & fecit ſuſpendere quendam minorem,quia pro nihilo, & toleratū fuit a ſuperioribus quod grauius eſt,ſed vere dignior fuiſſet ipſe laqueo cum ſine aliqua doctrina auderet ſimilia facere, ſed talia eueniūt quando iudices nō ſtant ad ſyndicatum vt ipſe non ſtabat, quia tunc quod placet licet,& ceca eorum voluntas ſubrogatur loco legis,ſed iſta tranſeant cum alijs enormitatibus hodiernis. Teneas mēti præ dicta. nam pauci ſunt dies quibus illa vidi in facto &c.

379 Clericorum priuilegia in iure ſparſa ſunt plura & plura quæ enumerare & inſimul adducere laborioſum eſſet. vnum poſui ego ſupra in ſing. xxix.incip. ſtatuta laicorum. aliud poſui in ſingu.lv.quod incipit,Aduertas ad vnū &c.aliud in ſing. cvij.incip. priuilegium.aliud in ſing. cciiij.inci. percutiēs clericum & plura alia poſui in repeti. mea rub.ff.de fideiuſſo. ſed vltra omnia alia quę dixi, accipe nouiter vnū aliud non minus dignū,videlicet quod mutilati membris vel corpore vitiati non poſſunt teſtificare contra clericos in cauſa criminali.ita not.dixit Abb.antiquus in c.j.de exceptio. quem refert & ſequitur Bal.in Margarita ſua.in verbo ,mutilati. & idem etiam dixit glo.in c.j. iiij.q.iij.in ſi.vltime glo.quæ dicit idem eſſe in bigamo.quod eſt not.& perpetuo mēti tenēdum,ad quæ etiam vide glo.in c. ipſi apoſtoli.ij.quæſtio.vij.Tene menti, quia in cōtingentia facti faceret tibi magnum honorem & vtilitatem.

380 Furioſus non poteſt facere actum validū, nec ſimiliter cōtra eum poteſt fieri actus validus,ideo non poteſt cōdemnari per ſentētiam,ſecundum Spe.in tit.de ſen. in.§.iuſta in verſi. liē ex nulla ratione litigatoris &c. Et voluit Bal.in authē.& omnino in v. col. C.ne vxor pro marito.liē ſi committit homicidium non punitur, vt dixi ſatis late in l.iij.in princi.in vij.col.ff.de ſicca.Item non valet eius confeſſio,ſecundum Spe. in titu. de confeſ.§.ſequitur verſi.xiij. Item nō pōt intrare religionem,vt habetur in c.ſicut de regu.& eſt glo. in c.ex eo. de electio. in vj. Item furioſus non obligatur iuramēto,ſecūdum Bart. in l.qui habet in.§. ſi pupillus ff. de tutel.& Bald.in l.ij.in x.q.C.de reſcind. vendi. Item equiparatur prodigo l.j. & ibi Nico.de Neapo.ff.de cura.furio.Bar.in l.is cui.ff.de teſta. Item equiparatur ignorāti l. filiusfa.la.j.& Bar.in ſi.ff.de teſtamen. Item equiparatur abſenti l.ſed ſi vnius.§.filiusfa. ff.de iureiur.l.ij.§.ſi.ff.ſolu. matrimo.l.ij.§. furioſus.& ibi Bar.ff.de iure codic.Itē equiparatur mortuo,ſecundum Bal. in l.humanitatis in iiij.col.C.de impu. & alijs ſubſtitu.de quibus omnibus dixi in d.l.j. in prin. in vij.col.ff.de ſicc.quibus tunc addo quod furioſus non habet teſtamenti factionē actiuam,vt in l.is cui. & in l. qui teſtamento in .§.nec furioſus ff.de teſta.& habeſ per ſcribentes in l.furioſum C. qui teſtamen. facere poſſunt.imo nec ad pias cauſas poteſt teſtari ſecundum Bart.in l.j. in repetitio. in j.q. C.de ſacroſan. eccle. quem refert & ſequitur do.Philippus decius in l. in negotijs.ff. de reg.iur.Teneas tamen menti ꝙ licet ipſe furioſus non poſſit teſtari,attamen ſi rite & recte teſtetur prout faceret quilibet prudens & diligens paterfamilias, valet & tenet eius teſtamētum.Ita multum nota.dixit Ioā.And.in c.cum dilectus extra de ſucceſſ. ab inteſta. vbi refert ꝙ alias per ſenatores Romanos fuit approbatum teſtamentum cuiuſdam furioſi, quia bene diſpoſuerat,& refert Valerium hoc recitare. quod dictum refert & ſequitur Bald.in c.j.in ij.colum.in titu. per quos fiat inueſtitu.in vſib. feud.& Alexand. in conſilio cxlj. incipien. mature &c.ī ij.col.in j.vol.& in cōſi.ſuo lxxxv. incip.viſo themate &c.in ij. colum.in ij.volu.& Socin.in conſil.ſuo xcviij.incip. alias conſului in v.colum.in iij.volu.& Barba.in rubri.extra de accuſatio.in ij.col.& in conſil. ſuo xliij. incipien.illud in xvj.col.in iij.

vol.& in c.ex literis.in pe.char. de conſue. & in c.ſcitſcitatus.in v.char.extra de reſcri. in quibus locis refert & approbat illud dictum, licet ipſe Barba.ex verbis ſuis videat in contrarium in c.ſuper quæſtionum.in.§. intentionis. in iiij.col.de offic.deleg.& contrarium ipſe expreſſe tenet in c.ij.in ix.col. de teſta.& in l.j.in prin.in vij.col.ff.de verbo.obli. vbi ſe remittit ad ea quæ dixi in dicto c.ij.ſed Bart.vr tenere cũ dicto Io. And. in trac.ſuo de teſte.in c.incipi.oppoſita prudentie &c. Et Iaſ. in l.furioſum.in ij.col.C. qui teſta.face.poſ.& d.Ioan. Neutzanus in ſua ſylua nuptiali,in xiiij.char.in iiij.col.de quo etiam per d.Philip.Deci.in d.l.in negotijs.quæ opi.tanquam communior & rationabilior mihi magis placet,& iſta ſuperioribus diebus adduxi contra aliquos volẽtes annullare quoddam teſtamentum, probãdo ꝙ teſtator non erat in recto nec in ſano intellectu dum illud fecit, nam ego dixi ꝙ ẽt ſi non fuiſſet tunc ſane mentis, tñ valebat cum ipſe teſtator teſtatus fuerit rite & recte prout feciſſet quilibet prudẽtiſsimus & diligentiſsimus homo,& adduxi doctrinas ſuperius adductas.Ideo teneas mẽti prædicta.

381 Licet reus criminis vbi tractatur de pœna corporali debeat ſtare detentus nec ſit relaxandus fideiuſſoribus, vt habetur in l. fi.C.de accuſa.& in l.ij.C.de exhiben.& in l.ſi quis alieni.C.ad l.iul.maieſt.et in c.quiſquis.ij.q.viij. attamen poteſt relaxari ante ſentẽtiam qñ apparet ipſum reum fore abſoluendum, quod apparet publicato ꝓceſſu.Ita dixit Bal.in l.ſed ſi is.ff.de in ius vocan.& ibi dicit ꝙ de hoc eſt tex.expreſſus melior de iure in l.nullus.C.de exhiben.re. in verſi.donec repererit &c. Idem etiam dixit ipſe Bald.in l.ſi quis poſt accuſationẽ.ff. de teſta.& idem voluit Alex.in cõſ.clxxix. incip.in cauſa angelorum.in pe.col.in prin. & Iaſ.in l.ſi pecuniam.in.§.ſed ſi accepit.ff. de condi.cau.da.cau.non ſecu.Et Lud.Ro. in ſing.ccccxcviij.incip. accuſatus.pro quo eſt tex.in l.qui pœnæ.§.j.ff.de manumiſſ. & faciunt dicta per Ioan.de Platea in l.monete.ante fi.C.de delator.lib.x. Tene mẽti prę dicta quoniam illa pluries practicaui & obtinui,licet iudices ſe redderent difficiles ad excarcerandum reum ante ſniam, tñ finaliter viſis ſupradictis doctrinis annuerunt petitis per me,de quo etiam dixi in repe.mea rub.ff.de fideiuſſo.in xxxj.q.& faciunt dicta per Bald.in l.ſi pro ea.in vj.q.C.manda. quem vide.

382 Aliqui ſunt caſus in quibus reus poteſt interrogari de conſocijs, & tunc dictũ ſocij criminis facit indicium ad torturam contra ſocium,vt dixi late i l.j.§.diuus Antoninus. ff.de quæſtio.& ſupra in ſing.cclx.incip.ſocius criminis &c.Sed quæro , ſocius criminis in iudicio coram iudice ſolenniter ſponte vel de tortura ſeruatis ſeruandis,dixit ꝙ Titius fuit eius ſocius ad committendũ tale delictum , ex quo dicto poteſt torqueri ipſe Titius qñ ſumus in caſu in quo ſocius criminis poteſt interrogari de ſocijs, vt dixi in dictis locis ſuperius allegatis, hoc ſtante condemnatus eſt reus ad mortem, & dum eſt ſuper furca antequã miniſter iuſtitie eũ proijciat & occidat illo inſtanti dicit coram populo,rogo vos omnes vt rogetis deum pro me,& dicatis Pater noſter,& Aue maria,ꝓ anima mea.poſtea dicit , ego in ꝓceſſu meo huius delicti pro quo morior, inculpaui indebite & iniuſte Titium,& dixi,ꝙ ipſe fuit ſocius meus ad committendum hoc delictũ, ſcitote omnes ꝙ ego falſum dixi & mẽtitus ſum,quia dictus Titius nihil vnquam ſciuit de tali delicto quod feci, & ideo dictum Titium exculpo,& ab eo peto veniam de mẽdacio quod dixi contra eum , hoc dicto ſtatim miniſter iuſtitie eum proijcit de furca & occidit , an per iſtam exculpationem ſit ſublatum indicium exiſtens contra ipſum Titium propter primum dictũ illius rei factum in iudicio ſolenniter coram iudice? in quo Bal.in conſi.ſuo lxxxix.incip.regula iuris eſt &c.in fi.in iij.volu. videtur tenere ꝙ non ſit ſublatum dictũ indicium perueniens ex prima confeſsione rei,& alleg.rationem dicens quod reuocatio confeſsionis facte in iudicio ſi fiat in carcere nihil operat, quia talis reuocatio fit extra iudicium , non autẽ in iudicio, & ſic pariter videtur dicendũ in reuocatione & confeſsione facta ſuper furca.ego autem hoc dictum Bal.hic nõ approbo nec improbo, ſed me remitto ad ea quæ circa hanc quæſtionem & circa hoc dictum Bald.dixi latiſsime vltra omnes in practica mea cauſarum criminalium.in lxix.char.cũ ſex chartis ibi ſeq.vbi omnino videas,quia hanc quæſtionem a nemine tactam nec diſcuſſam plene examinaui.

383 Clericus incidens ſine habitu & tonſura an & qñ perdat priuilegium ſuum, habetur late per ſcribentes in c.perpendimus. & in c.in audientia. & in c.cum non ab homine. & in c.contingit.el ij.extra de ſen.excom. & ſatis late per Ioan.And.in conſi.ſuo.inci. Quia ſepiſsime &c. incertum inter conſilia do.Alex. nume.ccccvj.ſecundum ordinem

meũ,& per Raph.Fulg.in cõſil.ſuo cxxiiij.
incip.Præſuppolitus &c.in j.col.& per do.
Alex.in conſi.viij.incip.videretur circa pri
mum,in j.vol.& habetur etiam per d.Lau.
Calca.in conſi.ſuo lxx.inci.Pro dicto Nico
lao &c. Scias tñ quod licet clericus incidat
ſine habitu & tonſura,& immiſceat ſe enor
mitatibus, non tñ per iſta perdit priuilegiũ
fori,licet perdat priuilegium.c.ſi quis ſuadẽ
te diabalo.xvij.q.iiij.ita dixit Ioan.Ant.in
d.c.perpendimus.quem refert & ſequitur So-
ci.in conſi.ſuo xij.inci.quoniam in præſen-
tiarum.in vij.col.& idem dixit Cardi.in d.
c.perpẽdimus.quem refert & ſequitur Ale-
xan.in d.conſi.ſuo viij.in iiij.col.in ver.for
tificantur &c.pro quibus faciunt dicta per
Spe.in ti.de ſen.excom.in.§.j.in verbo,ſed
quæritur vtrum &c.quem videas.

384 Dixi tibi ſupra in ſing.clxxvij.inci.ma
litijs &c.quod malitijs hominũ eſt obuian-
dum nedum recta, ſed etiam indirecta via,
nunc aũt dico tibi circa eandem materiam
aliud nota. verbum, videlicet pone ſtatuto
cauetur ꝙ oẽs cauſæ intra tres menſes deci-
dantur ſub pœna. Aduerſarius cauſa teſtiũ
producendorum quos dicit habere in lõgin
quis partibus petit dilationẽ quę vltra tres
menſes extenditur hoc caſu nõ obſtante di
cto ſtatuto debet audiri,& ſic poſt tres men
ſes de cauſa cognoſcetur. Ita dixit Dyn.&
Cy.quos ibi refert Bal.in l.ſi cum ipſe.ff.de
excuſa.tuto.quod dicit Bald.eſſe no.dignũ.
& idem dixit Pau.de Caſt.in l.interdum.in
prin.ff.de interdi.per illum tex.de quo etiã
per d.Catal.in trac.ſuo ſyndi.in verſi.lxvj.
inci.adde quod ſi ſtatutum &c.Et per Iaſ.in
l.properandum. in j.colũ.C.de iudi.vide tñ
nota.verbum Alex.in l.j.in prin.in vlt.col.
verſi. Item inquantum.ff.ſi quis ius dicẽ.nõ
obtempe.vbi dixit ꝙ ſi iudex ſuſpicatur ꝙ
pars petat talem dilationem ad probãdum
per calumniam poteſt ei dare talem dilatio
nem omni comminatione, quod ſi non pro-
babit mulctabit eum, & ipſo poſtea non ꝓ-
bante poterit eum mulctare. alleg.hoc vo-
luiſſe Pe.de Ancha.in c.conſtitutus.de fide-
iuſſo.per l.ſi quis dicat.ff.de manumiſſ.& ꝑ
l.ius alimentorum.§.pe.& ibi Bar.ff.de ali-
men.pupil.præſtan. quod in practica dicit
eſſe not.dignum ſecundum Imo.in d.c.cõſti
tutus. de fideiuſſ.pro quo faciunt dicta per
eundem Alex.in d.l.j.in.§.ſi.in vlt.col.ver.
ex hoc nota ꝙ iudex.ff.ſi quis ius dicẽ.non
obtem.Tene menti, quia iſtud dictum põt
etiam inſeruire qñ vnus compromittẽtium
qui promiſit ſub pœna cum iuramento pa-
rere laudo, poſtea vult reclamare a laudo
vt impediat ſeu differat executionem dicẽ-
do ſe enormiter leſum, nam poterit audiri
etiam ſi hoc calumnioſe petat, ſed ſuperior
debebit ſibi dare iudicem ſuper talia aſſer-
ta enormi leſione cum dicta comminatione,
ꝙ ſi nõ probabit dictam allegatam enormẽ
leſionem ꝙ mulctabitur in tantam, & hoc
modo multi litigantes calumnioſi abſtine-
bunt ſe ab eorum calumnijs.

385 Dicit quoddam vulgare prouerbium,ꝙ
omne nimium vertitur in vitium. quod ꝓ-
batur in c.deniq;.iiij.diſt.& voluit glo.in c.
ſerpens.de pœniten. diſtin.j.& tex.in c.niſi
cum pridem,circa med.de renuncia.et ideo
teneas menti ꝙ ſi teſtis laborat aliquo defe-
ctu ex toto non repellitur, tñ ſi plura cõtra
eum laborant,in totum repellitur.Ita no.di
xit Soci.in conſi. ſuo cxviij.incip.viſa &c.
in antepe.col.in verſi.poſtremo &c.in j.vo
lu.& idem Barba.in conſi. ſuo lxxv.inci.ſa
pienter &c.in iiij.col.in iiij.vol.pro quo fa
cit regula illa vulgata, videlicet, quæ non
proſunt ſingula multa iuuant.de qua habeť
in l.cum ſcimus.C.de agri.& cenſi.lib.xj.et
per gl.in l.ij.in.§.etas.ff.de excuſa.tuto. &
per Ioan.And.poſt Spe.in ti.de inſtrumen.
edic.§.nunc dicẽdum.in pe.col. & per Bal.
in addi. Spe.in ti.de appel.in pe.char.in ij.
col.in verſi.incip.no.quod diuerſe &c.

386 Inualida licet regulariter non ſint in cõ
ſideratione, vt dixi ſupra in ſing.cclxxiiij.
incip.licet attamen hoc fallit in tribus caſi-
bus. Primo enim fallit qñ de iure aliquid
non valet,tamen princeps ſiue ſuperior fa-
cit illud de facto ſeruari, tunc perinde eſt
quo ad ſubditos ac ſi de iure valeret.Ita di-
xit Alber.de Roſa. in l.cunctos populos.in
vlt.col.C.de ſum.tri.vbi hoc tradit pro re-
gula.& ibi per hoc determinat not.quęſtio
nem.quod dictum pro no.refert & ſequitur
Alex.in conſi.ſuo cvij.incip.Pro inueſtiga-
tione &c.in vij.col.in ij.volu.& eos refert
& ſequitur Iaſ.in l.vbi pactum. in vlti.col.
C.de tranſactio.vbi poſt d.Alexan.in dicto
conſi. dicit ꝙ idem tenet Cardi.& Ioan.de
Imo.in c.peruenit. de fideiuſſ.& ſubdit etiã
Iaſ. quod ad idem eſt gl.in l.qui habebat.§.
j.ff.de manumiſſ.teſtam.quæ colligit vnum
quod eſt mirabile ſecundum eum,videlicet
ꝙ quando aliquid non tenet de iure, & ta-
men non poteſt hoc opponi eſt perinde ac
ſi valeret.quod dicit Iaſo. vbi ſupra eſſe ſi-
gnandum,quia hoc ſeruit ad multa, de quo
latius ibi per eum. Fallit etiam dicta regula
in alio caſu poſito per Ioan. And.in c.Ioan-

nes.de cleri.coniugatis. vbi dicit ꝙ ſi clericus in minoribus contrahit matrimonium nulliter, puta, quia contraxit cum conſanguinea, priuatur tamen beneficijs, perinde ac ſi legitime contraxiſſet, ea ratione, quia ſaltem contraxit quantum in eo fuit. quod dictum refert & ſequitur Ludoui.Roma.in conſil.ſuo ccccclxxxiij. incipien. ſaluatoris ſuffragio poſtulato &c.alias incipit, Dubitatur primo vtrum &c.in ij.colum.verſicu. tertio quia videmus &c.vbi dixit ꝙ lex ẽt pœnalis diſponens in pœnam eius,quod eſt legitime actum diſponere, etiam cenſetur in pœnam eius quod eſt nulliter actũ, dum tamen concurrat ratione indemnitatis. ad quod etiam allegit Ioan.And.in c.j.eodem titu.de cleri.coniugatis. & gloſ.ibidem dicentes, conſtitutum in ſacris matrimonium contrahentem, & ſic nulliter beneficijs priuari ſicut legitime contrahentem, ea ratione, ſcilicet ne melioris conditionis ſit qui contraxit illicite ꝙ̃ qui contraxit licite. allegat in argumen.c. nuper. extra de biga. vbi apertum eſt bigamiam induci per matrimonium contractum licet nulliter omni eo caſu quo induceretur per matrimonium legitime contractum. Ita ad literã dicit Ludo.Roma.in dicto ſuo conſi. Fallit etiam tertio dicta regula in caſu quem poſui in dicto ſingu.cclxxiiij.incip.licet vbi videas.

387 Taciti & expreſſi idem eſt iudicium.l. cum quid.& ibi glo.& docto.ff.ſi certum peta.l.quanquam.ff.de ritu nupti.l.ſi cut.ff.de ſeruitu. inſtitu. quibus modis re contrahi. obliga.in princip.& habetur in l.quicquid aſtringende.ff.de verbo. obligatio. & ideo tene perpetuo menti ſingulare verbũm, videlicet ꝙ ſicut confeſſio expreſſa facta per partem validat proceſſum nullum, vt dixi late in l.prima.in.§.diuus Antoninus.in iij. & iiij.colum.ff.de quæſtionibus, quia confeſſio non requirit telam ſeu ordinem iudicij,& ibi dixi & ſupra in ſingulari ccj.incipien.in confeſſum &c.& in ſing. ccclxxiiij. incipien.bene & diligenter &c.& in practica mea cauſarum criminaliũ.in xxiij.char. poſt medium. Ita etiam cõfeſſio tacita inducta per contumaciam a ſtatuto volẽte ꝙ contumax habeatur pro confeſſo,nam talis confeſſio etiam validat proceſſum nullum.Ita ſingulariter dixit Barto. in conſilio ſuo c.incipien.a d.Cy. de Bononia &c.quẽ refert domi.Nellus in tractatu ſuo bannitorum, in prima parte ſecundi temporis.in q. xlix.incipien. quæritur an talis &c.in fin. quod eſt not.

388 Defenſio non poteſt tolli alicui maxime in cauſis criminalibus,ut latiſsime dixi in l. unius facinoris.in.§.cogniturum.in ix.& in x.colum.ff.de quæſtionib.& vt ibi dixi terminus defenſionis debet per iudicem dari reo etiam ipſo reo non petente, ſecundum Bartol.in conſilio ſuo c.incipiente a domi. Cyn. de Bononia. in vltima colum. ubi ad hoc allegat text. in lege prima.§.fina.ff.de quæſtionibus & text. in l.ſi non defendantur.ff.de pœn. & idem tenet Barto. in lege quarta.in.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infect. & Paul.de Caſtro.in conſilio ſuo xxxiij.incip. Super primo, in ſecunda colum.& in conſilio ccvij.incipien. Super dubio &c.in tertia colum. & Cæpo.in conſil. ſuo xlj.incipien.Licet inuitus &c. in quarta colum.circa princip.& in conſi.ſuo xlvj. incipien.Titulus.in vltima colum.quinimo ipſa defenſio ſeu terminus ipſius non poteſt per aliquod ſtatutum nec per aliquam conſtitutionem tolli,nec per aliquam conceſsionem arbitrij ſublata eſſe videtur,ſecundum Ange.in conſilio ſuo clxxvij.incipien.In facto proponitur &c.vbi ad hoc allegat l.j.& ibi Barto.ff.de teſtamen.mil.de quo dixi in dicto.§.cogniturum.in decima colum. & teneas mẽti quod lex & iura adeo fauent defenſioni reorum ꝙ licet princeps de plenitudine poteſtatis poſsit tollere defenſionẽ in cauſa ciuili & pecuniaria, tamen hoc nõ poteſt facere in cauſa criminali. Ita ſingulariter dixit Bald.in l.iij.in.§.ſi is pro quo.ff. quod quiſque iuris. quod dictum refert & approbat domi.Felyn.in capitulo dilecti.in ſexta colum.de excepti.& in capitulo cum olim.in vltima colum.de re iudica.& Soci. in conſilio ſuo cxx.incipiente. Memini me alias conſuluiſſe &c.in nona colum.in verſicu.tertius caſus &c. Et idem voluit domi. Franciſ.de Are.in conſilio ſuo lxv.incipiente.Sicus Ioannes.in xiij.colum.in verſiculo ad obiecta &c.Et Soci.in conſi.clxiiij.incipien.Viſa bulla.in ſeptima colum.in verſic. tertius caſus quando princeps. & in conſilio clxvj.incipien.In cauſa quæ vertitur. in xx.colum. in verſicu. tertius caſus &c. vbi dicit ꝙ omnes doct. tenent hanc doctrinam Bald. & idem etiam videtur dicere Bartol. In l.filiusfamilias.in ſecunda colum.in verſicu. ſed an tunc.ff.de donatio.Et domi.Paris de Puteo in tractatu ſyndicatus.in xxx. char.in tertio volumi.in capitulo incipies. an poteſtas qui miſit &c. De quo etiam dixi in dicto.§.cogniturum. in vndecima colum. & in practica mea cauſarum crimi. in

lv.& in cxl.charta.vbi videas. & in repeti. mea.l.j.C.de rap.virgin.in xliij.char. Tene menti prædicta propter aliquos iniquos aſſeſſores qui ſitibundi ſanguine humano,pēdente termino defenſionis faciunt ſibi fieri mandatum a ſuperiore ꝙ aliquibus nō obſtantibus procedant ad condemnationē & executionem contra talem reum, quoniam non poſſunt etiam tunc procedere cōtra ipſum reum durāte termino defenſionis, alias ipſi aſſeſſores acriter ſunt puniendi pro tali ſententia & executione irreparabili, quod eſt ſingulariter notandum per prædicta.

389 Tu ſcis quod natura correlatiuorum eſt vt diſpoſitum in vno ex ipſis correlatiuis cēſeatur diſpoſitum in alio,vt ego latiſſime dixi in l.ſi quis viduā.in v.col.ff.de quęſtio. & in l.circuncidere.in.§.ſeruo.in ij.colū.ff. de ſiccar.& vltra ea quæ dixi in dictis locis ſcias ꝙ ſi ſtatutum diſponit quod a ſentētiæ lata ſuper executione inſtrumenti guarentigiati contra debitorem non poſſit appellari,tale ſtatutum extenditur vt verſa vice, ſi pronuncietur contra actorem petemē executionem inſtrumenti prædicti,et ſic in fauorem rei, puta inſtrm̄ non eſſe exequendum non poterit ſimiliter ipſe actor appellare a tali ſententia,vt ſeruetur equalitas inter litigantes.ita no.dixit Ant.de Bu.in quodā cōſi.ſuo.quod contrarium refert & ſequit̄ do. Bal.nouellus in trac.ſuo de dotib.in x.charta in iij.col.verſi.ſed vidi dubitatum de facto &c.vbi latius loquitur.ad quod faciunt optime quæ ego dixi ſupra in ſing.clxviij. inci.Equalitas &c.Pro quibus faciunt optime dicta per Iaſo.in l.ſciendum. in.§.ſi fundum.circa fi.verſi. vlt.nota.&c.ff.qui ſatiſda.cog.Et per do.Phil.Deci.in l.non debet actori.ff.de reg.iur.vbi omnino vide.& ex iſtis vna cum materia correlatiuorum limitatur regula illa quæ dicit quod illud quod non dixit lex,nec nos dicamus, de qua habetur in l.ſi ſeruum quis.in verſi.non dixit prætor.ff.de acqui.hære.& in c.inter corporalia.in verſic.vnde ſi circa &c.de transla. præla.& in l.liberto.in.§.largius. in verſic. quæſitum eſt.ff.de annu.leg.& in.§.optimū. in auth.de non eligen.ſecundo nuben. quia illa regula non procedit in correlatiuis in quibus lex non dicit nec mētionem facit de vno correlatiuo,tū idem dicitur eſſe ſtatutū in alio.ad quæ vide etiam Barba.in conſilio ſuo.incip.Circa hanc &c.in v.& vj.colum. quod contrarium eſt inſertum inter conſilia Alex.& in nume.eſt cccxcvj.& Bal.in authen.ex teſtamento.in vlt.col.C.de ſecun. nup.& vide etiam tex.in l.vnica.in.§.ſinautem ad efficientis.C.de cadu.tollen.quę omnia tene menti.

390 Tu ſcis ꝙ excuſſo debitore,& eo reperto non ſoluendo excutiūtur poſſeſſores bonorum ſuorum pro rata.l.ij.C.de debi.ciuitatū.lib.xj.l.j.§.ſi pluribus.ff.ſi quid in frau. patro.l.ſi libertus. la iij.ff.de bo.lib.l.cum poſſeſſor.ff.de cenſi.cum ſi.ſcias tū ꝙ ſi ſunt plures tertij bonorum poſſeſſores in quos ſit facta alienatio a debitore in fraudem creditorum quod hoc caſu creditor poteſt eligere vnum ex his poſſeſſoribus quem uelit, & eum inſolidum cōuenire quatenus ad eū peruenit nec tenetur omnes poſſeſſores pro rata ſimul cōuenire.ita no.determinat Bar. in l.moſchis. in prin.ff.de iure fiſ.per illum tex.iuncta glo.in verbo,omnem.& per tex. vbi dicit hoc eſſe expreſſum i l.creditores. ff.de diſtra.pigno.vbi idem firmat ipſemet Bar.quod dictum refert Iaſ.in.§.item ſi quis in fraudem.in vlt.col.inſti.de actio.& vltra eum hāc partem affirmat Spe.in ti.de obli. & ſolu.in.§.j.in verſ.in xxij.col.in verſi.Item debitor meus &c.quod eſt ſingulariter notandū in contingentia facti, quia prima fronte videretur dicendum contrarium per iura hic in prin.allegata,& vide Pau.de Ca.in l.eandem.in prin.in vlt.col.ff.de duob.re.

391 Pœna debet tenere ſuos authores & nō alios,vt habemus regulam tritam & vulgatam in l.ſancimus.C.de pœn.& in l.ſi hæredis ſeruus.§.fi.ff.de leg.j.& habetur etiā in l.iij.in.§.ſi emancipatus.ff.de bo.poſ.cōtra tabu.& in l.ſi quis præſens. & ibi dixi.ff.de fal.& ideo teneas menti ꝙ ſi ex forma ſtatuti miniſtrales capellarum debent denūciare maleficia, & ſi aliquis miniſtralis idiota qui neſcit ſcribere vadit ad notarium & facit quod ipſe notarius ſcribit denunciam,et ille notarius ſcribens errat in nomine delinquentis vel in alio ꝙ hoc caſu iudex coram quo fuerit producta talis denūciatio non poterit punire talem miniſtralem cum ipſe nō deliquerit in aliquo,ita no.dixit Bal.in l.ij. C.de errore aduoc.quod dictum ego retuli in l.qui falſam. in xj.col.poſt med.ff.de fal. in materia ignorantie.tene menti,quia alias vidi hoc in contingentia facti in hac ciuitate Bononiæ,& niſi oſtendiſſem dictum Bal. ille miniſtralis fuiſſet condemnatus licet eſſet innocens.

392 Aduertas ad vnum quod alias fecit mihi honorem & vtilitatem nō modicā, nam tu ſcis ꝙ qn̄ res furata reperitur pœnes unū talis inuentio facit contra eum indicium ad

torturam,quod ipſe eam furatus fuerit niſi oſtendat eam a quo habuit,ſecundum Bart. in l.fi.in pe.col,ff.de quæſtio.& in l.ij.& in l.milites.C.eo.ti.de quæſtio.& voluit Ang. in l.ancille.C.de fur.& Ang.de Are.in trac. maleſi.in verbo,fama publica.in ij.char. in verſi.quæro an vnum indicium &c. Et per do.Par.de Puteo in trac.ſynd.in xcvj.char. in ij.col.verſi.ſi quis eſt inuentus.circa fi.& Alex.in conſi.ccv.inci.Ponderatis.in ij.colum.in vj.vol.De quo latius dixi adducēdo plura ſimilia in l.qui falſam . in xiiij.& xv. col.ff.de fal.& in practica mea cauſarū criminalium.in xlix.char.Teneas tamen mēti perpetuo quod prędicta non habent locum in homine bone conditionis vitæ & famæ, quia ſi res furate reperiantur pœnes eū per hoc non poterit torqueri.Ita not.dixit Bal. & Ioan.de Imo.in l.ti.ff.de hære.inſti. & voluit Saly.in fin.in vlt.col.C.de quæſtio.vbi dat exemplū in ſtrazarolis Bononienſibus. & eum refert & ſequitur do.Augu. de Ari. in ſuis addi.ad Ang.de Are.in trac.malefic. in verbo,fama publica.in iij.char.in addit. magna inci.Tu autem in hac materia adde ꝙ miror &c.in ij.col.& in eodem tracta.in verbo,& veſtem cœleſtem.in v.char.in addi.incip.Tu autē inquantum tangit hic &c. de quo latius valde locutus ſum in d.l.qui falſam.vbi ſupra.& ideo ſis cautus quando tu eſſes aduocatus alicuius rei penes quem reperiuntur res furate vel alie res ſuſpecte alicuius delicti ꝙ ſtatim probes de bona voce & fama ipſius rei . nam facta tali probatione eſt ſublatum indicium ortum contra eum propter inuētionem aliquarum rerum pœnes eum exiſtentium per dictas doctrinas,& ego ſuperioribus annis cum hac cautela & modo defenſaui & liberaui a pœna mortis quendam magiſtrum Lazarū armarolum pœnes quem fuerant reperte monete falſe & ſtampe earū quas depoſuerat pœnes eum quidam amicus ſuus in quadam capſa,vt etiam retuli in d.l.qui falſam . Tene menti quia nō fallor eſt ſingulariſsimū verbum honoris & vtilitatis plenum.

393 Regula ſemel malus ſemper præſumit malus &c.eſt magne importantie & plura operatur vt dicunt doc.in pluribus locis.et dixi ego aliquid in l.j.in prin. in vlt.col.ff. de quæſtio.& in l.maritus,in vj.col.ver.modo quæri poteſt &c.eo,ti.cum pluribus verſi.ibi ſequentibus.& in ſing.meo ccxvij.incip.Ter vel quater.& in ſing.cxxiiij.incip. Tu habes &c.& in l.j.in prin.in xj.col.verſi.xvj.limita,ff.de ſiccar, & in d.l.j.§.diuus Hadrianus.in vlt.col.eo.ti.& in repet.mea. l.fi.C.de proba.in lxxxiij.char.in ver.quęro vlterius &c.vbi omnino videas.Scias tñ ꝙ dicta regula habet etiam locum econuerſo,videlicet vt ſemel bonus ſemper præſumatur bonus,& ideo dixit Bal.multum ſingu.in conſi.ſuo cxj.incip.Quidam nomine Rectorus &c.in v.volu. ꝙ licet alias incendium præſumatur ortum culpa & defectu inhabitantium , tñ vbi inhabitantes in domo erant conſueti eſſe vigiles & prudētes, tunc ſi alia indicia contra eos non apparent non tenentur de incendio,licet vt dixi incēdium præſumatur ortum culpa inhabitantium.quod dictum refert & ſequitur Alex. in l.ſi quis ex argentarijs.in.§.prætor ait.in vlt.col.ff.de eden.& idem dixit glo.in dicta regu.ſemel malus.de regu.iur.in vj.quę dixit quod ſemel bonus ſemper præſumit bonus,& illud conſilium Bald.etiam refert & ſequitur Alex.in conſi.l.incip. Viſis &c. in vlti. verbis.in j.vol.Pro quibus facit optime no.verbum Archid.in c.hoc ius porrectum.x.q.ij.vbi dicit quod prælatus qui cōſueuit bene adminiſtrare præſumitur in vtilitatem eccleſiæ conuertiſſe pretium rei eccleſiæ.quod dictum refert & ſequitur Bald. in c.cum cauſa. ante fin.extra de iudi.quod dicit eſſe not.dignum.Tene menti prædicta quia ſeruient tibi ad multa.

460 Notiſsimū fore opinor in iure ꝙ dictum teſtis ſine iuramēto eſt inualidum,vt hř per omnes in l. iuſiurandi C.de teſtib.& in cap. tuis quæſtionibus eo.ti.& in c.item iuriſiurandi iiij.q.iij.& in c. hortamur iij.q.ix. cū ſi.& hoc nedum procedit in teſte,ſed etiam habet locum in alia quacunque perſona cuius dicto ſtandum eſt ex diſpoſitione ſtatuti,vel alterius diſpoſitionis ſecundum Ang. in repe.l.ſi vacantia in ij.col.C. de bo. vac. lib.x.de quo latiſsime dixi in repe.mea l.ſi. in xxvij.char.C.de proba. & ſupra in ſing. ccxiiij.inci.Ad validitatem. Attamē teneas menti perpetuo ꝙ quando fides teſtis eſt ab vtraque parte approbata in tali teſte nō requiritur,iuramentum,& valet eius dictū ſine iuramento, ita ſing.dixit Bar.in l.lucius in fi.verbis ff.de fideiuſ.alleg.not. in l.j.§.j. ff.de fer.Quod dictum pro valde not.refert & ſequitur dicens illud nō legiſſe alibi. Iaſ. in repe.l.admonendi in xl vj.col.ff. de iureiur.quod dicit not.eſſe ad limitationē d.l.iuriſiurandi cum ſi.& illud dictū Bar.etiā pro not.refert & ſequitur idē Iaſ. in.§.itē ſi quis in xiij.col.inſti.de actio.& vide quę dixi in ſing.434.incip. Alias tibi dixi &c.

461 Regulariter ſtante ſemiplena probatione in cauſis nō magnis nec arduis defertur iuramentū in ſupplementum probationis, vt late habetur per omnes in l. admonendi ff.de iureiur. & in l.in bone fidei C. de reb. credi. Sed ſcias tu quod tale iuramentū in ſupplementum probationis non differtur ſtante ſemiplena probatione quando veriſimiliter debent poſſe inueniri plures teſtes illius rei.Ita not.dixit Bar.in d.l.admonendi.in xiij.colum.in verſi.Item hoc intelligo verum & idem voluit Bald.in d.l. in bone

ſidei.& in repe.l.de quibus in xxij.co.ff. de
legi.quos refert & ſequitur Alex. in conſil.
ſuo ccccl vj.inci. Viſo proceſſu cauſe in vlti.
col.pro quibus facit glo.not. in c.ſtatutū in
.§.cum vero in verbo,ſaltē.de reſcri. in vj.
quæ dixit quod iuramēto non creditur niſi
in defectum aliarum probationum quā glo.
refert & approbat Bald.in l.j.in j.colū.C.de
reb.cred. Tene menti, quia vidi hoc in fa-
cto in palatio poteſtatis non ſunt adhuc
tres dies &c.

462 Notario nō creditur niſi de his quæ co-
ram eo fiunt qn̄ celebratur actus vel contra
ctus,vt late tradunt ſcribentes in c.qm̄ con-
tra extra de proba.Et ideo teneas mēti vnū
perpetuo quod ſi notarius hodie conficit in
ſtrumentum mutui & aſſerit ꝙ heri in ſua
præſentia fuit numerata pecunia nihil pro-
bat de numeratione quia tēpore numeratio
nis non fuit rogatus de ipſa numeratione,
ſed hodie, & nō pōt atteſtari in inſtrumēto
niſi de viſis tēpore rogationis. Et ideo licet
falſum dicat nō punitur de falſo,quia loqui
tur,vt priuata perſona,ita no.dixit Bald.in
l.ex his in ij.col.C.de teſt.mili.qđ dictū pro
valde no.refert & ſequit̄ d.Fely.in c. ſi cau-
tio in xxiij.col.ver.& vnū perpetuo nota.
de fide inſtru.vbi dicit quod iſtud dictū nū-
quā exeat mētē tuā.& vide quæ dixi ſupra
in ſingula.ccccxv.incip.Iuramentum &c.&
Soci.in conſil.xcv.inci.In cauſa in j.colum.
in iij.volu.Alex.conſi.xx.incip.Viſo in iij.
col.in vj.volu.&c.

463 Rigor iuris ciuilis in pluribus moderat̄
ab æquitate iuris canonici, & hoc patet.nā
de iure ciuili ille qui non opponit exceptio
nē nō nu.pec.intra bienniū,vlterius nō au-
ditur illā opponēdo tex.eſt vulgatus in l.cō
tractibus C.de nō nu.pec.& ibi hr̄ per oēs.
atn̄ de equitate iuris canonici auditur etiā
poſt bienniū volēs ꝓbare pecuniā nō fuiſſe
numeratā.Ita dixit Dy.in regu. locupletari
de regu.iur.in vj.quē refert & ſequitur Lu.
Ro.in l.diuortio ff.de verb.oblig.& in cōſ.
ſuo xliiij.inci.Ex ſupra narrato in j.col.&
Ang.in conſi.cliiij.incip. Videtur prima frō
te.& voluit d.Ant.& Ioā.de Imo.in c.fin. in
pen.char. extra de ſol.& volunt alij plures
doct.in alijs locis.quos accurate refert & ſe
quitur d.Fely.in c. ſi cautio in xix.col. ver.
modo fallit primo de fid.inſtru.Moderatur
ēt in alio.Nā tu ſcis qđ vbi eſt dies & pœna
non admittitur moræ purgatio,vt late hr̄ in
l.magnam C.de contrah.& cōmit.ſtip.& in
l.traiectitie in.§.de illo ff.de act.& oblig. &
hr̄ latiſsime in l.ſi inſulam ff.de ver.obli. &
ibi dicit Ang.ꝙ debitor obligatus ex inſtru
mēto publico ſi conuenitur nō poteſt morā
purgare ſi extat ſtatutū quē debere cogi ad
obſeruantiā promiſſorum per inſtrumentū
guarentigiatū.qđ dictum ibi refert & ſequi-
tur Alex.in j.col.Attamē de equitate cano-
nica eſt ꝙ mora pōt purgari ēt vbi interue-
nit iuramētū,ita dixit Bald. in l.qui crimen
in xj.q.C.qui accu. non poſ. quod dictū ap-
probat Alex.in l.ſi quis maior.C. de trāſac.
vbi ad hoc ēt alleg.do.Ant.& Io.de Imo.in
c.dilecti de arbi.volētes quod de iure cano-
nico ſeu de equitate iuris canonici mora ſē-
per poſsit purgari ſi aduerſarius non ſit paſ
ſus damnum propter moram.& idē vr̄ vel-
le Bal.in l.ſi pacto quo pœnā in pen.col. C.
de pac.Et ita tenuit auūculus meus d. Hie-
ro.de Zanetinis in repe.c.j.de accuſa.in lv.
differētia inter ius canonicū & ius ciuile.&
ibi ipſe alleg.d.Alexā.pro hac parte conſu-
luiſſe in cōſi.ſuo cclxvj. incip. Videndū eſt
igitur &c.in ij. char. de quo latius per do.
Phili.dec. qui prædicta refert in conſil. ſuo
cxxxviij.in iij.col.& faciunt optime dicta
per eum in conſi.cxlvj.in fi.j.col.vbi ponit
an emphyteota qn̄ ſoluit canonē debito tē-
pore poſsit purgare morā.Itē ēt in alio ęqui
tas iuris canonici moderatur rigorem iuris
ciuilis.Nam tu ſcis quod de iure ciuili in-
certitudo vitiat omnē obligationē & omnē
diſpoſitionē. vt latiſsime dixi in repet.mea
rub.C.de proba.in fi.tn̄ de equitate canoni-
ca poteſt cōpelli promiſſor vt arbitrio bo-
ni viri adimpleat promiſſa incerta,ita ſing.
dixit Archi.in c.nōnulli j.q.ij. quē refert &
ſequitur do.Anto.in c.ex parte extra de cē-
ſib.quos refert & ſequitur do.Alex.in l.j.in
vj.col.ff.ſolu.mat.vbi dicit ꝙ non recorda-
tur hoc dictū vidiſſe apud legiſtas relatum
præterꝗ̄ a Bal.in l.ſalariū ff.manda.de quo
latius ſatis dixi in ſing.meo 223.inci. Non-
nulla dedi tibi ſingularia vbi videas. Et in
materia equitatis.vide quæ dixi in l.j §.fin.
in xiij.col.ver.& ad hoc dicendū ff.de quę
ſtio.Et ſcias ēt ꝙ ęquitas nō cōuenit iudęis,
& ideo illis nō eſt ſeruanda, ſecundū glo.in
c.ij.extra de iudæis.de quo latius per Iaſ.in
repe.l.admonendi in cviij.col. de iureiur.

464 Ex pacto nudo nō oritur actio.l.iuriſgē
tium in.§.ſed cū nulla ff.de pac. Et idem di
cas eſſe in promiſsione nuda ar.d §.Et ideo
ſcias & menti teneas vnum , videlicet, ꝙ ſi
aliquis peteret a me ꝙ donarem ſibi veſtē,
& ego reſpondi non tantum veſtem ſed om
nia quę habeo ꝙ talis reſponſio ſeu promiſ-
ſio me non obligat in aliquo ita probat tex.

& hoc ibi voluit Ioã. And. Bal. & alij in c. cũ veniſſent circa med. extra de inſti. & hoc ẽt expreſſe voluit Lud. Ro. in repe. rub. ff. de arbi. in iij. col. vbi alleg. Bal. in d. c. cũ veniſſent. quẽ refert Iaſ. in l. ex his verbis ante fi. C. de teſt. mili. Et pro iſtis facit, nã licet confeſsio ſit magni effectus & importãtie, tamẽ quilibet confeſſus non poteſt ex ſua confeſſione condemnari. quod patet ex his quæ dixit Albe. de roſa. in ij. parte ſtatu. in quęſt. cxlviij. incip. Itẽ quæro de eo &c. vbi dixit ꝙ ſepe in caſtris ſeu villis ſunt ſtatuta quod qñ fit eſtimũ quilibet debeat iurare & dicere omnia bona ſua & etiam debita ſi habet, modo aliquis iurauit ſe debere Titio x. quę vere ſibi nõ debebat, modo ille Titius virtute illius confeſsionis & iuramenti vult petere dicta x. quæritur an poſsit? arguit ad partes ſed finaliter dicit ꝙ non poterit petere dicta x. nam dicit ꝙ nõ eſt reperire ꝙ ex tali iuramento oriatur alteri actio cũ nõ ſit delatum a iudice nec a parte parti vt requiritur ad hoc vt ex iuramẽto oriatur, actio de quo ibi latius per eum. facit ẽt optime dictum Saly. in l. vnica in viij. col. C. de cõfeſ. vbi dicit, aliqs petebat a me mutuo x. ego volens me excuſare a tali mutuo dico non habeo, imo ſi habere pecunias reſtituerem. xx. iſti Seio præſente cuius ſum debitor ex mutuo, certe per hoc non potero conueniri a dicto Seio. ad quod adducit ibi Saly. plures rationes ex plura iura de quibus ibi per eum. vide tamen no. ſingularẽ tex. in l. deſiderium. & quæ ibi dicit Bald. C. de depo. Et licet credam prædicta eſſe vera tamen tales confeſsiones periculoſe ſunt & poſſet dare maximũ faſtidiũ confitẽtis. Et in materia vi de Berth. in reper. ſuo in ver. verba contrahentium in pen. & vlti. verſi.

465 Aliqua ſunt prohibita in vita quę tñ cõceduntur in morte. & hoc apparet. nam prohibitus alienare rẽ nõ eſt prohibitus illam relinquere in teſtamento vel in alia vltima voluntate ita dixit Ang. in cõſi. ſuo lvij. inci. do. Andrea ſuũ cõdidit teſtamentum &c. quem refert & approbat do. Alexan. plura addendo in conſi. ſuo cliij. incip. Viſis & accurate &c. in ij. volu. de quo etiã per ſcrib. poſt Bart. in l. pater in fundum ff. de leg. iij. & per Soci. in conſi. cclj. incip. Quoniam in præſenti &c. in ij. iij. & iiij. colum. & in conſil. xix. incipi. Pro declaratione ante fin. & per Bald. in conſil. ſuo cij. incip. verba ſtatuti &c. in j. col. in j. vol. & per Iaſo. in l. non dubium in j. colum. C. de teſta. & per domi. Philip. dec. in conſi. ſuo xxxviij. inci. Circa primum in vj. colum. Item hoc etiam apparet, nam licet adultus habens curatorem nõ poſsit in vita alienare res immobiles ſine authoritate curatoris & decreto iudicis, vt in l. lex quæ tutores C. de admi. tuto. & l. magis puto ff. de reb. eo. tamen adultus in teſtamento poteſt dare licentiam executoribus ſuis alienandi res immobiles ſine curatore & ſine decreto iudicis. ita dixit Bal. in l. prędium C. qñ decre. opus non eſt & in l. j. in prin. ff. de reb. eo. quod dicit Iaſ. eſſe mirabile in l. ſi frater in fin. C. qui teſta. face. poſ. Et idem dixit Alex. in conſi. ccxv. inci. Ponderatis &c. in j. col. in vj. volu.

466 Quoniã multi ſunt notarij nomine, pauci vero re & intelligentia. Ideo non eſt mirãdum ſi ſepe reperiuntur multi errores in inſtrumentis ipſorum notariorũ ex quibus inter partes oriuntur lites & diſcordie. Et ideo ſcias ꝙ ſi notarius in protocollo aliquid ſcripſit, & illud poſtea cancellauit, & poſtea i margine ſcribit, hoc fuit caſſum ſeu cancellatum de voluntate partium, nec de tali cancellatione ibi apponit teſtes ꝙ hoc caſu non creditur notario, & talis cancellatio non valet, & ea non obſtante poteſt inde ſumi publicum inſtrumentum. Ita multũ nota. dixit Ioan. And. in additio. Specu. in titu. de inſtru. edit. in. §. oſtenſo in vij. colũ. in addi. incipien. Dixi Rolandinus &c. vbi plura iura & rationes alleg. pro hoc dicto, quod dictum refert & ſequitur domi. Anto. in capit. cum P. tabellio in vlti. colum de fi. inſtru. & Abb. in conſilio ſuo xxxiiij. incip. Super quæſtionis materia in ſecunda colũ. in iij. volumi. & domi. Alexan. in conſil. ſuo lix. incipien. Viſo proceſſu in antepenulti. colum. in prin. in ij. volu. vbi refert alios approbantes hoc dictum & refert etiam Bald. tenere contrariũ, ſed reſpondit & finaliter tenet cũ Ioã. And. in loco prealleg. & idem tenet Iaſ. in l. ſi vnus in fin. C. de teſta. & ibi refert Pau. de Caſt. dicentem ita obtentum eſſe in facto in hac ciuitate Bononiæ, Tenementi, quia prima fronte videretur ex pluribus diceñ. contrarium & vide Bald. in rubric. C. de fide inſtru. in viij. colum, ver. modo incidit &c.

467 Viget ſtatutũ fere per omnes ciuitates Italie ꝙ inter affines de litibus, qõnibus ſeu differentijs fiat compromiſſum, quod etiam eſt cautum de iure communi, vt habetur in l. congruẽtius C. de pat. pote. Sed ſcias ꝙ tale ſtatutum non ſemper habet locum, nam qñ agitur coram iudice ordinario extra cõtractũ vel ex inſtrumẽto iurato & reus con-

uentus poſt oppoſitiones per eum factas pe
tit compromiſſum fieri virtute dicti ſtatuti
tunc non habebit locum dictũ ſtatutũ, quia
petẽdo cõpromiſſum reus incideret in per-
iuriũ,& nõ eſt veriſimile ꝙ de tali caſu ſta-
tuẽtes cogitauerint.Ita no.dixit Pau.de Ca.
in cõſi.ſuo lxvij.incip.Viſis & conſideratis
omnibus quod dictũ pro no.refert & ſequi-
tur Alex.in conſi.ſuo xxxvij.incip.Viſo &
opportune diſcuſſo proceſſu in x.colũ.in ij.
vol.& Iaſ.in l.eleganter in ij.col.ff.de cõd.
inde.de quo ego dixi in repe.mea l.fi.C. de
prob.in xxxiiij.char.Itẽ nec prædictũ ſtatu
tum habet locũ qñ res de qua petitur com-
promiſſum eſſet liquida,ſecundũ Bart.in l.
ille aut ille.§.cũ in verbis ff.de leg.iij.vbi di
cit ꝙ ſi ſtatutũ dicit ꝙ iudex teneatur mitte
re cauſam cõſilio ſapiẽtis,ꝙ tale ſtatutũ nõ
habet locũ qñ res eſt clara vel liquida,quod
dictũ refert & ſequitur Alexã.in conſil.ſuo
cxlv.inci.Viſo proceſſu in vlt.col.in v.vol.
quod etiam voluit Bald.in l.j.C.de rela. &
Bal.Pau.de Caſt.& Fulgo.in l.placet C.de
ſacroſanc.eccle.& voluit Iaſ.in d.l.eleg in-
ter in ij.colũ.vbi dicit idem eſſe ſi ex forma
ſtatuti vel conſuetudinis litere cambij habe
rẽt executionẽ paratã alleg.ad hoc Ang.in
l.ita ſtipulatus.§.chryſogonus ff.de verbo.
oblig.Et ſubdit generaliter loquẽdo quod
iſtud procedit vbicunq; quis habet aliquã
exceptionẽ impedientem litis ingreſſum ad
quod alleg.Bal.Saly.& Fulg.in l.fratris per
illum tex.vbi ẽt Alex.C.de trãſac.& Bal.in
l.ſi iudex in fi.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.
iur.& Lu.ro.in repe.rub.ff.de arb.in xviij.
col.quod ẽt voluit Fely.in c.ſicut in j.colũ.
de re iud.& in c.inter monaſterium in xv.
col.eo.ti.vbi latius loquitur in materia. Ad
de quod prædictũ ſtatutũ nõ habet locũ con
tra illũ qui habet inſtrumẽtũ habens execu-
tionẽ paratã vel ſentẽtiã,ſecũdũ Bar.in l.am
bitioſa in v.col.ff.de decre.ab or.fa. & in l.
ſi cã cognita.vbi ẽt per alios C.de trãſac. &
in l.poſt rẽ ff.de trãſa.& Lu.Ro.in d.repe.
rub.ff.de arb.in xvij.col.& volunt cano.in
c.expoſita de arbi.& Ioã.de Imo.in c.ſuper
eo.ad fi.de trãſac.& Iaſ.in d.l.eleganter. &
Ang.in d.l.poſt rẽ.& Alex.in cõſil.lxxxij.
inci.In cã in vlt.col.in j.vol. Videas tñ om-
nino Soci.prædicta reſtringentem multum
no.in conſi.ſuo iiij.inci.Viſis actis in j.vol.
vbi dicit quod prædicta procedunt quãdo
inſtrumenta guarẽtigiata ſunt clara & aper
ta,ſecus ſi aliquo modo vel ex aliqua cauſa
redduntur obſcura,quia tunc nõ habet locũ
prædictum ſtatutum alle.Abb.in c.cũ olim
de verb.ſig.vbi no.loquitur in materia pro
quo faciunt optime dicta per eundẽ Soci.in
cõſi.ſuo lj.inci.Præſtãtiſsime doctor in ij.co
lũ.in j.vol.Itẽ prædictũ ſtatutũ nõ habet lo-
cũ vbi eſſet quæſtio de articulo meri iuris,
quia nulla ſubeſt cõprommittẽdi ratio cum
ius habeat illã cãm pro deciſa,ſi tñ habuit
mixturã iuris & facti tũc põt cogi ad com-
promiſſum ita dixit Bal.in l.cum propo nas
C.de iureiu.& in l.ancille in j.col.C.de fur.
& Soci.in conſi.lj.inci.prçſtãtiſsime doctor
in ij.col.in j.vol.& Alex.cõſi.lxij.inci.Viſa
facti in ij.col.in ij.vol.& in conſi.lxij.incip.
In cã in ij.col.in vij.vol.Itẽ prçdictũ ſtatutũ
nõ habet locũ in cauſis criminalibus exiſtẽ
tibus,inter affines ita no.dixit Inn.Io.And.
& Abb.in c.irrefragabili in.§.ceterũ de of-
fic.or.Itẽ nõ habet locũ dictũ in q.tutele,nã
affines nõ poterunt cogi vigore talis ſtatuti
facere cõpromiſſum de tali lite ſeu differen
tia ita no.dixit Bal.in l.prçtor ipſe ff.de tu.
& cu.da.ab his.Itẽ dictũ ſtatutũ nõ vẽdicat
ſibi locũ in cã appellationis,ſed ſolũ in cã
principali.ita dixit Pau.de Ca.in conſil.ſuo
lxxv.inci.Quod in cã appellationis.& eum
ſequitur Alex.in l.ſi cã cognita.in vlti.colũ.
C.de trãſa.& in conſi.lxxxij.inci.In cã ver
tẽte in iiij.col.in j.vol.& in cõſi.ſuo ccxcvj.
inci.Diuini numinis &c.vř prima cõſidera
tione diceñ.in iiij.col.Itẽ prædictũ ſtatutum
non arctat clericos,ita dixit Bal.in cõſi.ſuo
cvij.incip.Dictat ſtatutũ in vj.vol.& Alex.
in conſi.ſuo ccx.incip.Viſa facti narratio-
ne &c.in v.colũ.in ij.vol.vbi alleg.alios ad
hoc,quod dicit ꝓcedere etiam in clericis in
minoribus conſtitutis de quo ibi per eũ.de
quo ẽt per Soci.in cõſi.lxxj.inci.Circa &c.
in iij.vol.An aũt tale ſtatutũ habeat locum
qñ aliqui ſunt fratres legitimi & aliqui non
legitimi qui habẽt litẽ inſimul.vide Pau.de
Caſt.in conſi.clxxxiij.inci.In cauſa quę ver
titur in j.col.& d.Fely.in proe.decre.in iij.
col.ante fin.Alex.cõſi.lx.incip.Viſa legiti-
matione in ij.vol.Itẽ an habeat locũ in emã
cipatis.vide Iaſ.no.loquẽtẽ in l.qui ſe patris
in xxvij.col.in verſi.ij. ✱ C.vnde lib.Item
an habeat locum legitimatis vide Pau.de
Caſt.in conſi.lxix.inci.Super eo &c.Itẽ an
habeat locum in minore vide Bal.in j.con-
ſtitutione C.in.§.quibus.Item ſcias quod
ſtante prædicto ſtatuto,ſi vnus ipſorum af-
finium dicit rem eſſe liquidam,ideo non eſ-
ſe fiendum compromiſſum alius dicit imo
rem eſſe liquidã,iſto caſu ſuper hoc an res
ſit liquida vel non debebit fieri cõpromiſ-
ſum,ita dicit Bar.in l.ſi quis in conſcriben-

do per glo. ibi C. de pac. & ibi clarius hoc firmat Pau.de Ca.Raph.Alex.& Iaſ.& voluit Cæpo.in conſi.ſuo x.incip. Non putet aliquis &c.in vlti.colum.& in cõſi.lxxiiij. incip.Viſo ſtatuto &c.in ij.col. Scias etiã in materia iſta quod ſtante dicto ſtatuto iudex non poterit compellere partes ad fiendum compromiſſum niſi hoc petatur ab altera ipſarum partium.Ita dixit domi. Anto.in c. venerabilis de excep.quem refert & ſequitur Alex.in conſi.ſuo lxxxij.incip.In cauſa in pe.col.in j.volu.& Iaſ.in d.l. eleganter in ij.col.ff.de condi.indeb.Et vt plene habeas materiã dicti ſtatuti, ſcias quod quando dictum ſtatutũ arctat aliquos ad compromiſſum tunc a laudo dato poteſt appellari licet regulariter a ſententia arbitri non appelletur: vt in l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arbi. tex.eſt in c.ab arbitris.de offi.delg.in vj.in fi.et ibi Bar.C.de iudi.& voluit Bar.in d.§. ſtari.& in d.l.j.in ij.col.C.de peri. & cõmo. rei ven.& in l.venales C.quando prouo.nõ eſt neceſ. de quo etiam per eum in l.quid ergo.§.ex compromiſſo ff.de his qui not.infa. & per Pet.de Anc.in d.c. ab arbitris.& per Bal.in c.cum vigeſimum de offi. delega. & per docto.in c.ſuſpiciones de offic.deleg.& per Bartol.in l.j.§.qui prouocauit in xj.colum.ff.de pact.& in c.irrefragabilis.§.ceterũ de offi.ord.& per Bal.in rub.extra de arbi.in vij.col.& per Lu.in l.arbitro ff.qui ſatiſ.cog.& in l.admonendi in xj.col.ff.de iureiu. & per Imo.in l.j.in viij.col.ff.ſolu.ma. & per Barto.in proe.C.& in l.nemo poteſt ff.de leg.j.& in l.ſi quis maior C. de tranſactio.Item ſcias quod dictum ſtatutum volẽs quod inter affines fiat cõpromiſſum de litibus & differẽtijs inter eos vertentibus dicitur fauorabile,ſecundũ Iaſ.in l.qui ſe patris in xxvij.& xxviij.col.C.vnde lib.Et quando ſemel vigore dicti ſtatuti eſt factum compromiſſum quod expirauit, an iterum poſſint cogi partes ad cõpromittendum. vide quæ dixi in ſingu.meo clxxij.incip.Habeo nũc&c.vbi ſatis late circa hoc locutus ſum. Scias etiã circa hanc materiam dicti ſtatuti quod ſtante prædicto quod inter affines fiat compromiſſum ſi vnus ipſorum affinium cedat iura ſua quæ habet cum affine alicui alteri quod etiam ille ceſsionarius tenebitur facere compromiſſum ſicut tenebatur ipſe cedẽs ne ille affinis efficiatur deterioris cõditionis per talem ceſsionem.Ita dixit Bal. in l. ſi poſt diuortium per illum text.ff. ſolu. matri.quem refert & ſequitur do. Phil. Dec.in conſi.ſuo lix.inci. Licet in caſu &c. in iiij.colum. Vltimo pro nunc quando vigore dicti ſtatuti poſsit peti fieri compromiſſum, an poſt concluſionem in cauſa vel quãdo colligitur ex dictis per iudicem quẽ ſententiam ferri velit.Ita dixit do.Lanfran. de Brixia.in trac.ſuo de arbi.in vlti.verſic. ad quod vide quæ dixi in l. maritus in iiij. & v.col.ff.de quæſt.& Raph.cu.in cõſi.ſuo lxxxv.incip.quamuis.de iure cõi.ante fi.& Pau.de Caſt.in l.ſi velut C.de compe.& idẽ dixit Alex.in conſi.lxij.incip.In cauſa &c. in ſecunda colum. in vij. volu. Tene menti prædicta, quia non poſſent eſſe magis quotidiana & notabilia ꝙ ſunt, nec alibi ſimul inueniens &c.

468 Sciunt communiter iuriſperiti quod vbi eſt dies & pena nõ admittetur more purgatio,vt late hr̃ in l.magnam C.de contrahen. & commit.ſtipu.& in l.traiectitie.in.§.de illo ff.de act.& oblig.& latiſsime in l. inſulã ff.de verbo.oblig.& dixi ſupra in ſingula. ccccl xiij.incip.Rigor &c. Tamen ſcias tu quod iſta regula non habet locum in cõtractu pignoris nam ſi ſum debitor tuus in certa quantitate & dem tibi pignus cum pacto quod ſi tali tempore non dedero tibi tuam pecuniam ꝙ habeas pignus inſolutũ, certe ſi non ſoluero tibi pecuniam debito tẽpore pignus non erit tutum,ſed ego potero morem purgare & dare tibi pecuniam tuã & non habebis pignus in ſolutum ita not. dixit Ange.in l.cum dominam C.de pigno.ad quod alleg.tex.quẽ dicit vnicum & ſingularẽ in l.calipodius alias incip.quãuis ff.de ſolu.Tene mẽti,quia eſt caſus quotidianus & vtilis,quia qñdoq; pignora ſunt magni valoris & maioris quam ſit debitum.

469 Dixit profecto not.verbũ Io.And.in addi.Spe.in titu.de obli.& ſol. ſuper rub.in j. col.videlicet,qđ propter illam regulã quod circuitus eſt euitandus,de qua in cle. auditor.de reſcrip.& in l. dominus teſtamẽto ff. de cond.inde.quod ille qui promiſit ſe obligaturum ad x.poteſt ſtatim ad x. conueniri abſque alia obligatione etiam euitari circuitus quod dictum refert & ſequitur Alex.in l.cum fundus in.§.ſeruum tuum imprudens in j.not.ff.ſi cer.peta. & Iaſ.in d.l. dominus teſtamento ff.de condi.indebi.vbi ambo dicũt quod eſt multum not.verbum quia multi contrarium dicerent. Et licet prędicti excellentiſsimi doct.ſequantur hoc dictum, tamen illud nunquam mihi placuit & ſemper de eo dubitaui eo quia ſtatutum ſeu lex loquens in vendente non habet locum in faciente pactum de vendendo,ſecundum Iac.

But.in l.j.C.de pact.pig.vbi dicit ꝙ ſi ſtatuto cauetur ꝙ de venditione ſoluatur gabella ꝙ non ſoluetur ſi fuerit factū pactū de vēdendo,quia aliud eſt vēdere & aliud facere pactum de vendendo.pro quo facit in argu. l.amplius non peti.ff.rem rat.hab. vbi dicitur qđ aliud eſt agere & aliud eſt velle agere.& pro iſtis faciunt alia plura not. adducta ad hoc propoſitū per do.Anto. corſe.in notab.ſuis in ver.ſtatutū in ij.ver.inci. Statutū loquēs &c.quē omnino videas. & ideo cogita an ſit vera illa doctrina Io.And.in loco præalleg.quia apud me dubia eſt.& vide ēt Bal.in repe.l.ij.in xxxix.col.ver.conſidera.quia longe &c.ff.de iureiu.& Alex.cōſi. clxviij.incip.Stantibus veris in vj.vol.

470 Habēs domū diruptā ex qua perducitur difformitas in ciuitate tūc dn̄s ipſius domus ſi non habet vnde reficiat poteſt cogi ad vēdendū alteri qui ſit potens ad reficiendum, & ſi eam iuſto precio vēdere non poteſt nō cogitur ad vendendū,ſed licite poterit a republica petere tantum quātum ſufficiat ad reparationem domus.Ita ſing.dixit Spec.in tit.de ſatiſda.§.hoc quoque vbi allegat aliqua iura de quibus ibi per eum. quod dictū pro valde not.refert & ſequitur d. Bartho. Cæpo.in tract.ſuo de ſerui vrba. prædio.in lix.rub.videlicet,de refectione in j.col. vbi dicit quod hoc dictū refert & ſequitur Lu. Ro.in ſingularibus ſuis. Tene menti, quia eſt not.verbum,neſcio tn̄ ſi data accidentia facti obſeruaretur a ſuperioribus.

471 Sepe contingit quod cōtractus fiunt ſine notario ſed partes cōtrahentes inter ſe faciunt ſcripturam priuatam conuentionis & obligationis inite inter eas . & quia accidit quandoque vnus ipſorum contrahentiū neſcit ſcribere,facit quod vnus tertius ſcribit pro eo de mādato ſuo & illa ſcriptura obligat ipſum mandantē tanquā ſi eā ſcripſiſſet, vt nota.in l. diuus in.§.ſenatus ff. de fal. & ideo dixit Gemi.in c.ſi pro te.in prin.de reſcrip.in vj. quod ſtante ſtatuto ꝙ quis non audiatur ſeu non admittatur ad excipiendū contra ſuam ſcripturā,habet locum etiam ſi ſcriptura non eſſet confecta manu propria ipſius ſed alterius eo mandante, de quo tamen dicto dubitauit domi.Fely.in c.inter in iij.colum.de re iudi.Sed queri poteſt an tali caſu credatur tali tertio quod ſcripſerit de mandato talis?In quo dicas quod non, quia eſt dictum vnius ſolius quod nō probat. Ita finaliter concludit.Ioā.de Imo.in conſil.ſuo xcj.incip.In cauſa quæ vertitur in j.colum. quod eſt not, quia eſt quotidianum, de quo etiam dixi in repe. mea rub.C.de proba.in lviij.col.vbi videas aliqua circa hanc materiam.& vide Alex.conſi.xxxiij.incip.Viſo proceſſu in vlti.col.in vj.volu.

472 Clauſula,rato manente pacto, operatur vt ſors & pœna poſsit peti,& non tantū ſemel ſed pluries ab illo qui conuenit inſtrumento,vt habetur per omnes in l.cū proponas & in l. ſi quis maior C.de tranſac. & in l.qui fidem ff.eo.de qua clauſula etiam habetur per Bar.in l.ij.in fi.C.de iure emphy. & in l.cum pactum in §.liber us ff.de leg.ij. & per Ioan.de Imol.in c.potuit.in xiiij .col. verſi.& nota bene glo.extra de loca.glo.& Bar.in l.fi.ff.de eo quod cer.lo.& per quendam Moder.do. Vitalem de Cambanis in ſuo tracta.clauſularum in j.char.in iij. colū. vbi not.loquitur, & habetur per Corſe. in conſi.ſuo lj.incip.In hac conſultatione in ij. & iij.col.in j.volu.Scias tamen ꝙ pœna cōuentionalis non committitur & peti nō poteſt niſi ſemel,etiā ſi in contractu ſit appoſita clauſula,& rato manente pacto.Ita ſingulariter dixit Bal.poſt Specu.in addi.in titu. de loca.in v.colum.in fi.in verſicu. incipiē. pœna legalis. quod eſt no. cum in contractibus ſepius apponatur pœna cōuentionalis quā legalis vel ſtatutaria, & tali caſu dicta clauſula nihil operabitur.

473 Memini me alias in aliquibus operibus meis plura dixiſſe in materia notarij, vt apparet in repeti.mea rubri.C.de probatio.in xlj. colum. cum tribus colum. ibi ſequentibus & in l.j.in.§.ſi quis dicatur in v.colum. & in l.penulti.in prin.ff.de quæſtioni. & in rub.ff.de fal. in vij.colū. & in practica mea cauſarum criminalium in pluribus locis,vt videri poteſt in tabula ipſius practice , in verſicu,notarium.Sed vltra ea quæ dixi in dictis locis ſcias ꝙ quando notorie apparet ſententiam eſſe iniuſtam debet reuocari nō obſtante ꝙ ab ea non fuerit appellatum.Ita ſingu.dixit Innoc.in c.fraternitatis de frigi. & male. quem refert & ſequitur ibi domi. Abb.& etiā in c.ij.de purga.vulg. pro quo facit text.in capitu.inter ceteras de re iudi. vbi habetur quod notorietas iniuſtitie reddit ſententiam nullam.& ibi etiam Abb.refert & ſequitur illud dictum Innocen.& nota.Abb.illum tex.ad vnum,videlicet quod ſententia continens iniquitatem eſt ipſo iure nulla.ad quem vide etiam Card.in capi. cum Bertoldus de re iudi.& Hoſtiē. in cap. fin.de præben. & domi. Anto.in cap.ſuam de pœnis.& Abb.in capit. nouit de iudi.& vide nota.glo.in dicto c.fraternitatis in ver

bo, per errorem.& Hoſtien.in cap.ſecundo de arbi.& Bald. in l. vnica C.ſi de momen. poſſ. fue.app.& cano.in c.interpoſita de appel.Bar.in l.prima in princip.ff.de ope. no. nun.Ang.in l.ſi pars ff.de inoffic. teſtamen. & Abb.in dicto c.inter ceteras & Corſe. in nota.ſuis in litera S.in notabili incipien. Sẽtentia poteſt reuocari &c.& in not. ibi ſeq. incipien.Si notorie &c.& ad prædicta etiã faciunt dicta per Abb.in diſputa.incip.Stãte ſtatuto condito in Italia in vij.colum. & Specu. in titu. de execu. ſenten. in.§.fin. in iiij.colum.in ver.illud autem queritur &c. Item adde hic ꝙ ſententia cuius euidens eſt iniquitas ex tenore ſententie vel ex actis,& quæ per victoris dolum & obreptionẽ obtenta eſt per ſuperiorem omnimodo retractando eſt ſaltem ſupplicationis auxilio cũ appellationis vel reſtitutionis via nequeat ſubueniri.Ita dixit Ioã.de Imo.in conſi.ſuo cxlvij.incip. In cauſa &c.in penul. colum. ad quod allegat Innocen.in c. cum dilecta. de reſcrip.& in c.cum Bertoldus de re iudi. & ibi Hoſti.& Ioan.de ligna.in cle.paſtoralis de re iudi. Item adde ꝙ in notorijs iniuſtum videtur ineptum. Ita dixit Bal.in l.j.in v.colum.in fi.C.ne ex delic.defun.& in reperto.ſuo in verſic.notorium in antepenul. verſi.de quo etiam per do. Nico. millum in reperto.ſuo,in litera S.in vj.colũ.in v. not. Et circa ſupradictam materiam de notoria iniuſtitia vide do. Fely. in capi. conſanguinei in j.col.de re iudi.& in c. inter monaſterium in xviij.colum.de re iudi.vbi dicit q̃d iniuſtitia equiparatur nullitati ad quod allegat Innocen.in d.c. cum Bertoldus & vide etiam do.Fely.in c.ſi in ij.colum.de re iudi.& vide not.verba Alexã.in cõſi.xxxix. incip. Stantibus in v. colum. in vj. volu.& in conſi.xcj.incip.in cauſa in j.colum.in eodem volu.& ibi in conſi. clxxxiij.incip. in cauſa & lite in fi.penul.colum.Tene menti prædicta,quia ſunt practicabilia, & ego in hac materia pluries conſului & oretenus allegaui.

474 Contractus ſimulatus firmatur iuramento,ſecundum glo.ſingularem in l. emptione C.plus valere ꝙ agitur. quam ibi ſequitur Bald.Salyce.& alij.& idem tenet Bald. per illam glo.in l.j.in verſi.modo ſolet dubitari &c.& in l.nec patronus in verſicu. in his etiam C.de ope.lib.& Paul. de Caſtr.& alij poſt Bartol. in l. ſi quis pro eo.ff. de fide.& in l.contra leges ff.de legi.& cano.in capit. cum contingat de iureiuran. in quibus locis etiam dicunt ꝙ in tali caſu non requiritur abſolutio a iuramento de quo etiam dixi ſupra in ſingu.327.incip. excipio. Limita tamen omnia prædicta,niſi in tali contractu eſſet appoſitum iuramentum omnia contenta in tali inſtrumento fuiſſe & eſſe vera, quia tunc non poſſet cõueniri tali inſtrumẽto ratione ſimulationis cum tunc non præſumatur ſimulatus ſed verus. ita dixit do. Anto.in c.cum contingat in viij.caſu & ibi Ioan.de Imol. in vj. membro principali. & domi.Abb.ibi in verſi. decimus caſus de iureiuran.& Abb.in diſputa.ſua incip. ſtatuto ciuitatis Senarum in verſicu.decimus caſus & Bald.& Saly.in l.fi.C. de non nume. pecu.& Ioann. de Imol.in l. nemo poteſt.ff. de legi.quos refert & ſequitur Soci.in conſil.ſuo lxxxiij.incipi.Pro certo in ij.colum. in iij.volu. & idem tenet do. Alexand.in d. l.nemo poteſt in vj.colum.& Ioan.de Imol. in c.ad noſtram ante fi.de empt. & vend.& domi. Bartho.Cæpo.in tracta.ſuo de ſimula. contractuum in vij. præſumptione in ij. colum. ad quæ omnia vide Alexand.omnino in conſilio xxxvj.incipien. Viſo themate in ij.colum.in ij.volumi.vbi no.loquitur Et iſtud ſepiſsime occurrit in facto,qa multoties contrahentes ponunt iuramentum in contractibus.

475 Non eſt tibi nouum,vt puto,ꝙ hæres & defunctus cenſentur vna & eadem perſona vt in auth.de iureiuran.a morien.præſti. in prin.de quo latius per Alex.in conſi. xviij. incip.attentis &c.in vlti.colũ.in v. volu.& per Soci.in conſil.ſuo xxiiij.incip. Præſens conſultatio &c.in ij.colũ. in iij.volu.& per do.Philip. decium in conſil.cclxij.incip. In cauſa in ij.colũ. Et ſcias ꝙ adeo eſt verum hoc ꝙ ſi quis vendit rem & promittit ſolũ pro ſuo dato vel facto tantum ꝙ nihilominus tenebitur etiam de facto illius cuius eſt hæres.Ita not.dixit domi.Alex.in conſi.ſuo cxviij.incip.attentis narratis in * colũ. in vj.vol.ad quod alleg.Bar.in l.ſi ſeruus la ij. in princ.per glo.ibi.ff.de cõdi.fur.& Bal.in l.fin.C.de actio. emptio. vbi dicit ꝙ ſi quis promittit de ſuo dato & facto,vel de ſuo dato vel faciendo tantũ,ꝙ tenebitur etiam de facto hęredis,quia illa dictio tantũ, videtur adiecta ſolum ad excludendas perſonas extraneas,de quo latius per ipſum Alex.in d. conſil.cxviij.& vide etiam eum in alio ſuo conſil.clxxij.incipien.In cauſa & lite.in vlti.col.in vj.volu.& domi.Philip.decium in conſil.cclxxxj. incipien. Viſo puncto in ij. & iij. colum. Et vide omnino infra in ſing. 546.incip. Licet hæres &c.

476 Audiuiſti à me pluries ī voce ꝙ vnus teſtis deponēs de maleficio īmediate facit indiciū ad torturā dū non ſit omni exceptione maior, vt dixit Bart. in l. j. in. §. idem cornelio ff. de quæſtio. & Ang. de Are. in tract. ſuo maleficio. in verbo, fama publica in iiij. char. in ver. & bene not. & Alex. in conſilio ccxxxvij. incip. ponderatis in ij. colū. & in cōſi. ccxxxviij. inci. viſo proceſſu &c. circa me. vbi ad hoc ēt alleg. Bar. in l. maritus ff. de quæſt. & Bal. in l. milites C. eo. & idē firmat Alex. in cōſi. ſuo clxxix. incip. In cauſa angelorū in fi. j. col. in ij. volu. & in cōſi. ſuo xj. incip. circa primū &c. in j. col. in j. vo. vbi etiā dicit ꝙ infames ēt ſola infamia facti repelluntur a teſtimonio in criminalibus, per l. fi. C. de proba. & per c. teſtimoniū de teſti. de quo etiam latius dixi in conſil. meo inci. In cauſa Hieronymi Pelizarij Cremonenſis &c. in vj. char. ad quæ tū vide quæ dixi ſupra in ſing. 457. incip. teſtimoniū ſcias tū quod licet prædicta ſint vera tamen non habent locū qn̄ tractatur de probando indicio remoto a maleficio in quo requiruntur duo teſtes conteſtes ad faciendū indiciū ad torturam, & non ſufficit vnus tātum, ēt omni exceptione maior, vt voluit glo. ſing. in l. fi. C. fami. hercif. de qua dixi in d. l. j. in. §. idē cornelio ff. de quæſtio. & in l. j. §. pterea in viij. col. & in l. de minore. §. plurium in xviij. colū. eo. ti. nā tales teſtes ad probandū indiciū ēt ſi non ſunt omni exceptione maiores, & ſic tali caſu ēt admittuntur infames. Ita dixit Soci. in conſil. ſuo liiij. incip. viſis teſtibus &c. in iij. col. in iij. volu. ad quod alleg. Bal. in l. cunctos populos C. de ſum. tri. & fi. catho. & Bart. in l. j. §. quæſtio ff. de qōni. & dicit ꝙ tali caſu ēt admittūtur familiares & ſimiles alleg. Bar. in l. ij. ff. de excuſa. tuto. tene menti, quia alias ego vidi hoc in facti cōtingentia &c.

477 In teſtibus qd̄ deficit in fide ſupplet numerus, ita dixit gl. no. in l. iij. & ibi Iac. But. ff. de teſti. & no. Io. And. in addi. Spe. in titu. de noto. crimi. in. §. fama in additio. incip. alias ſupra &c. & Nico. de Neapo. in l. excuſantur in prin. ff. de excuſa. tuto. & voluit Alex. in conſi. ſuo cxlix. inci. Viſo proceſſu in iij. colū. in v. volu. vbi alia plura alleg. ad hoc, & idem dicit ipſe Alex. in conſi. ſuo v. inci. In cauſa inquiſitionis in v. col. in j. vol. & in conſi. lxxviij. incip. In cauſa & lite. in iij. col. in eo. vo. & in conſi. xlvij. inci. abunde &c. in j. col. in ij. vo. Et in conſil. lvj. inci. viſo proceſſu in vlti. col. & in cōſil. ccxj. incip. viſis & diſcuſſis in vlti. col. in eo. ij. vo. & in cōſi. iiij. inci. viſo pceſſu in fi. in vj. volu. & ibi in cōſi. xciij. inci. repetitus in pen. col. & ibi in cōſi. cxxxj. inci. Perſpectis &c. & in eo. vj. vol. in cōſi. ccxxxvij. incip. Proſpectis in j. col. & voluit d. Phili. dec. in conſi. ſuo clxiij. inci. In cā matrimoniali in pen. col. de quo ēt per d. Fely. in c. teſtimoniū. in ij. col. extra de teſti. Et ad cōfirmationē pdictorū facit optime, nā ad hoc vt teſtes probent famā eſt neceſſe quod nominent a quibus audiuerint, alias non probāt, ſecundum Bar. & alios in l. de minore in §. plurium ff. de quæſtio. & volunt alij quos ego adduxi in d. §. pluriū in v. colū. tū hoc fallit niſi eſſent plures teſtes deponētes alicuius rei eſſe famā, quia licet non nominēt a quo audiuerint, tū faciūt in ſtū fidei. Ita dixit Rapha. Cu. in conſi. ſuo lxvij. inci. In præſenti quæſtione in ij. col. ad quod alleg. plura de quibus ibi per eum, limita tū omnia ſupradicta videlicet ꝙ in teſtibus ꝙ deficit in fide ſupplet numerus, nā hoc nō habet locū in cauſa criminali vel in cauſa ciuili ardua ita no. dixit Bald. in c. ad noſtrā de proba. ad quod alleg. tex. in c. licet cauſam in. §. quidā vero de proba. & ideo dicit Bal. in d. c. ad noſtrā quod in cā criminali nec in ciuili ardua plurimi infames non probant. & iſtud dictum Bal. refert & ſequitur do. Fely. in c. teſtimonium in v. columna. in fin. extra de teſtib. & domi. Philip. Decius in conſil. ſuo cxxxiij. incipien. viſo proceſſu in fin. iij. colum. vbi etiam ad hoc alleg. Petr. de Ancha. in conſil. ccxlvij. incip. in cauſa agitata & Angel. in conſil. cxxviij. & alia allegat de quibus ibi per eum &c.

478 Spurius eſt deterioris conditionis alijs hominibus, & habet multas infelicitates quas non habent legitimi, de quibus aliqua dixi ſupra in ſingula. 273. incipien. notiſsimum & habetur late per Bertha. in repertorio ſuo, in verbo, ſpurius. & in verbo, baſtardus. & inter alia ſcias quod ſpurius non poteſt præſcribere niſi ſpatio longiſsimi tēporis. Ita dixit gloſ. ſingula. in l. nemo poteſt ff. pro legato. quam gloſ. ad hoc pro ſingulari refert & ſequitur Bald. in capitu. primo in. §. naturales in vlti. colum. in titu. ſi de feu. fue. controuer. inter do. & agna. & idē dixit ipſe Bald. in l. id quod pauperibus in penul. col. in verſi. & adde quod iſte ſpurius &c. C. de epiſco. & ele. vbi alleg. d. l. nemo poteſt ff. pro legato.

479 Oblatio ad hoc vt valeat & operetur vires oblationis debet realiter & nō verbaliter fieri cū pecunijs in manibus, ſcd̄m Bar.

in l.ait prętor.in.§.ſi quis paratus.ff.de ope. no.nuncia.& Bal.in c.j.in §.licet.ſi de feud. fue.controuer. inter do.& agna.& Bart.& alij in l.acceptam.C.de vſu.& Pe.de Anch. in conſi.cccxxxij.inci. viſis diligenter actis & actuatis &c.& Ludo.Ro.in conſi.clxiij. incip.conſtitutio curie &c.in fi.& in conſil. ccij.incip.Pro diſcutienda &c.in ij.colum. & Bar.in l.fi.ff.de diſtra.pig.& Math.in no ta.ſuo cxxxvj.inci.no.ꝙ vbi qs debet &c. & Alex.late in conſi.ccccIxxvij.ſecundum ordinem meum, incip.In cauſa ſtrazarolorum.in v.col.& Soci.in conſil.cxviij.incip. Circa præſentem &c.in ij.col.in iiij.vol.& Ludo.Ro.in conſi.ccclij.inci. Spiritusſancti gratia &c.in j.col.vbi dicit ꝙ nõ ſufficit facere oblationem cũ pecunia in Marſupio, niſi prius corã teſtibus fuerit numerata pecunia.alleg.iura de quibus ibi per eum, ſed ſcias ꝙ iſtud fallit in pacto de retrouendendis in quo ſatis eſt pretiũ offerre ſine aliqua depoſitione vel demõſtratione pecuniæ. Ita no.dixit Io.And.in addi.Spec.in ti.de emp. & ven.ſuper rub.in prin.quem refert & ſequitur Soci.in conſi.ſuo lxxx.inci. In qõne in iij.col.in iij.vol.quod eſt multum nota.

480 Apud doct.maxime Cano. in pluribus locis dubitatũ fuit an clericus incedens ſine habitu & tonſura perdat priuilegium clericale.circa quod faciunt longã diſtinctionẽ, vt patet in conſi.Ioan.An. inci.quia ſepiſsime &c.quod cõſilium eſt ſeruatum inter cõſilia Alexan.nu,ccccvj.ſecundum ordinem meũ,de quo dixi ſupra in ſingu.ccclxxxiij. incip.clericus.vbi ẽt poſui alios doct.in diuerſis alijs locis tangentes hanc materiam, ſed quomodocunq; ſic tene menti perpetuo vnum,videlicet ꝙ ſi clericus qui dimiſit habitum & tonſuram cõmitiit delictum,& cõmiſſo delicto reaſſumat habitum & tonſurã ꝙ recuperat priuilegium clericatus, ita dixit Ioan.An.in c.Ioannes. in iiij.q.extra de cleri.coniug.vbi refert ꝙ Padue ita fuit determinatum, per id quod habetur in c.fi.de vita & hone.cleri.ar.l.ſi quis libellos.C.de appel.quod dictum refert & ſequitur Alex. in conſi.ſuo cxlix.incip.In cauſa inquiſitionis.in ij.col. in vj.vol.vbi dicit ꝙ hoc dictũ ſequuntur cõiter ſcribentes in d.c.Ioannes. Et dicit ꝙ idem tenet Io.Mona.Archi.Ioã. And.Ioan.de Ligna.& Gemi.in c.vnico.de cleri.coniuga.in vj.& Pau.de Leaza.in cle. j.de vita & hone.cle.& ſubdit d.Alex.in dicto cõſi.ſatis eſſe ꝙ tempore delicti ipſe clericus reaſſumat habitum & tonſuram, & dicit ꝙ dato ẽti quod poſt tempus delicti depoſuiſſet hoc ei non noceret,quia ad cognoſcendum ad quem forũ ſpectet cognitio delicti attenditur ſtatus in quo quis erat tẽpore delicti,ita ſecundum eum in proprijs terminis ſingulariter decidit Bald.in l.affinitatis.C.cõia de ſucceſsio.in fi.tene menti quia millies contingit in facto,& ex iſtis etiã poteris limitare iura loquentia de breuitate tẽporis,de qua temporis breuitate plura dixi in l.ſtatuliber.in ij.& iij.col.ff.de qõ.&c.

481 Cõis opinio inter ſcribentes vr̃ eſſe ꝙ ſtatutum generaliter loquens ita comprehẽdat minores ſicut maiores, vt habetur in l. ſine hærede.in.§.lucius.ff.de admi.tut.& in c.conſtitutus. de reſti.in integ.& per Cy.in l.ij.in vlt.col.C.quæ ſit longa conſue.& ibi gl.& Bal. in l.fi.C.de reſtitu.in integ.& per Ang.in l.ſi plures.ff.de pac.& per Iaco.Bu. in l.de quibus.in fi.ff.de legi.& per Bald.in addi.Specu.in ti.de reſti.in integ.in vlt.col. verſi.quæ præſcriptiones.& per Ang.in cõſi.clx.inci.Pro deciſione in præſenti.& per Lud.Ro.in ſuo ſing.vlt.& in cõſil.ſuo cxx. inci.circa primum &c.in prin.& in conſilio clxvj.inci.viſo diligenter.in j.col.& p Alb. de Roſa.in ij.parte ſtatu.q.ccclxix.inci. Itẽ quæro præſcriptiones.& per d.Roch.Cur. in c.fi.in cxxxij.col.de conſue.& per Soci. in conſi.cxxiiij.incip.viſo.in ij.col.in iij.volu.& d.Alex.in conſi.ccliiij.inci.abunde ſatis &c.in j.& ij.col.in vj.vol.tene tñ perpetuo menti vnum caſum in quo minores nõ comprehenduntur a ſtatuto generaliter loquẽte,qui caſus eſt qñ ſtatuto cauetur quod filia dotata non ſuccedat extantibus maſculis, tale ſtatutum non comprehendit nec habet locum in filia infante.ita dixit Bal.in l. ſi plures.C.de condi.inſer.in x.col.in verſi. iuxta prædicta formatur talis quæſtio,ſtatuto cauetur ꝙ filia dotata &c.& Pe.de anch. in repe.c.canonum ſtatuta.in lxxxix.col.in ver.pone ſtatuto cauetur ꝙ filia dotata &c. de conſti.vbi concludunt ꝙ ſtatutum diſponens ꝙ filia dotata non ſuccedat non habet locum in ea quę remanſit infans,& ideo fratres eam dotare volentes non excludent a ſucceſsione.quod dictum refert & ſequitur Alex.in conſi.clxij.inci.Viſis his.in prin.in vj.vol.vbi dicit ꝙ pro hac parte etiam conſuluit Pet.de Ancha.in conſi.cclxxxviij.& Pau.de Ca.in cõſil.cvj.inci.ſuper eo de quo quæritur &c.tene menti,quia eſt verbũ ſingulare.Et ſcias ẽt ꝙ ſtatutum exorbitans a regulis iuris cõis licet generaliter loquatur non tñ comprehendit minores,ſecundũ doct.in locis primo loco ſupra alleg.vbi aſſi-

gnant rationem quos per te videas. Et vide alium caſum in quo minores non cōprehenduntur a ſtatuto ſupra in ſingu.ccclxij.incipien.ſtatutum volens. & vide not.verbum in materia per domi.Pe.Phil.Corne.in conſilio ſuo clxxiij.incipien.me ſubſcripſi &c. in primo volumi.

482 Nedum docti ſed etiam imperiti, vt puto, ſciūt ꝙ obligatio ſeu promiſsio ſine cauſa eſt inefficax, adeo vt ex ea agi nō poſsit, vt habetur in l.cum de indebito.in.§.fin.ff. de proba.& in l.generaliter.C.de nō numera.pe.& in c.ſi cautio.de fi.inſtru. & in l.publia.in.§.ſi.ff.depoſi.voluit Bar.& alij in l. nuda.ff.de do. & Saly.in l.nuda.ff.de dona. & Saly.in l.vnica.C.de confeſ.& Bar.in l.j. ff.de eden.& Bal.in addi.Spe.in ti.de inſtr. edi.in iiij.colum.in ver.incip. inſtrm̄ habet eum &c.& volunt ſcribē.in l.ij.§.circa.per illum tex.ff.de doli exce.& Alex.in conſil. iiij.incip.Circa primum &c.in j.col.in ij.volu.vbi dicit hanc eſſe cōem opin.& dicit ꝙ hoc affirmat Io.de Imo.in l.a titio.ff.de verbo.obli. de quo latius per Alex.in d.conſil. ſed ſcias ꝙ licet prædicta ſint vera tn̄ promiſsio ſine cauſa facta ex certa ſcientia valet & tenet, quia ille qui ſcit ſe nō teneri & promittit ex certa ſcientia ſine cauſa vr̄ ex cauſa liberationis & donationis promittere, ita dixit Iac.de Are.Cy.& Bal.in l generaliter.in xiij.q.C.de non numera.pec.allegant l.campanus.ff.de ope.libe.& l.ſi patronus.ff.de dona.& l.donari.ff.de reg.iur.qđ dictum refert & ſequitur Alex.in conſi.ſuo iiij.incip.circa primum.in xj.col.in j.vol.et in conſi.clvij.incip.viſo themate.in vit.col. in vj.volu.vbi allegat alios plures tenentes hanc partem.& ſubdit ꝙ qn̄ in inſtrumento ſunt illa verba, videlicet ēt ſciens ſe ad infraſcripta nō teneri nec obligatum eſſe ſed volens ſe principaliter obligare, licet nō teneatur ſolenni ſtipulatione & pacto promiſit &c. tollunt dictum obiectum quod obligatio ſeu promiſsio ſit ſine cauſa, de quo latius valde per ipſum Alex.in dictis ſuis conſilijs, quæ omnia ſunt menti tenēda propter frequentiam inſtrorum & cōtractuum quæ continue fiunt cum dictis verbis & clauſulis, & pauci ſunt dies ꝙ caſus iſte euenit in facto in hac ciuitate. Et adde hic ēt ꝙ ſtipulatio facta ſub conditione valet & tenet, licet aliam cauſam non habeat, quia ipſa conditio impleta eſt ſufficiēs cauſa & ſuccedit loco cauſe, ſecundum Bar.& alios in l.a titio.per illum tex.ff.de verb.obli.ex quo limitatur regula ꝙ ſtipulatio ſine cauſa nō ualet, quia obſtat doli exceptio, vt in l.ij.§.certa.ff.de doli excep.& in l.qui ſine.ff.de condi.ſine cauſa. nam illa regula procedit in ſtipulatione pura, ſecus quando fit ſub conditione. Ita dicunt doc.& maxime Iaſo.in dicta l.a titio.quem vide omnino qui ſingulariter loquitur.

483 Beneficia principum ſunt latiſsime interpretanda.l.ſi.ff.de conſti.prin.cum ſi.ibi per gl.& doc.alleg.hoc tn̄ intellige eſſe verum niſi reſpiciant præiudicium vel iniuriā tertij, quia tunc ſunt ſtricte interpretanda ſecundum iura allegata per gl.d.l.j.ſed in præiudicium concedentis tm̄ bene fit latiſsima interpretatio, vt habetur in l.nec auus. & ibi Bal.C.de emancipa.libe.& in l.cū filius. ff.de teſta.mili.& in l.impuberi.ff.de admi. tuto.& c.inſuper.de offi.delega.de quo etiā habetur per Bal.in c.j.in.§.ſi.quid ſit inueſtitura.& in tit.de pace conſtan.in xxiiij. col.in verſi.poſsideant. Et ꝙ in præiudiciū tertij ſint ſtricte interpretāda, facit quod voluit Bal.in l.j.in j.col.ff.de conſti.princ.vbi dixit ꝙ ſi princeps aliquid dat vel cōfirmat ſemper debet intelligi ſaluo iure alterius. & hoc dicit Bal.in d.verſi.poſsideant. eſſe no.pro conceſsionibus aquarum quas facerent principes, quia debent intelligi ſaluo iure tertij.l.labeo.§.j.ff.famil.herci. & ideo dicit Inno.in c.cum dilecti.de dona.ꝙ priuilegia principum dum tangunt iura concedētium debent latiſsime interpretari, ſed qn̄ reſpiciunt damnum vel præiudicium tertij debent ſtrictiſsime interpretari, vt ibi.& in c.olim.de verb.ſig. & eſt bonus tex.in c.ex tuarum, extra de auth. & vſu pallij.& voluit Ioan.And.in d.c.olim.& voluit Abb.in conſi.ſuo j.in iiij.col.& in conſi.xcix.incip. In cauſa & quæſtione quæ in præſentia vertitur.in iij.col. Et prædicta intelliguntur ēt ſi beneficium ſeu priuilegium concedat pupillo vel minori, quia tūc etiam intelligitur ſine præiudicio tertij.tex.eſt in d.l.impuberi.ff.de admi.tuto.per quem ita dicit Bar.in l.idemq;.in prin.ff.qui potio.in pig.hab. Et in materia iſta teneas menti no.verbum, videlicet, ꝙ ſi papa confert alicui beneficium eccleſiaſticum cū clauſula non obſtante collatione alteri facta intelligitur de collatione inualida alteri facta & non de valida.ita dicit Compoſte.Ioan.Andr.& alij in c.cauſam quæ, de reſcrip.quam doctri.& omnia ſupradicta refert & ſequitur Iaſ.in d.l.fin.in v.col.ff.de conſti.princ.vbi dicit ꝙ hāc doctrinam ſequitur Alexā.in conſi.ſuo cxxv. incip. viſo tit.quæſtionis &c.in ij.col.in ij.

vol.& in conſi.ccclxxix. ſecundum ordinē
meum.incipi. viſo proceſſu cauſe vertentis
inter cõitatem &c.in iij.col.& conſi.xxiij.
incip.viſo proceſſu cauſe vertētis inter ma
gnificum &c.in iij.col.in v.volu.& d.Phil.
Deci.in conſi.cclxxxvj.inci.In cauſa. in fi.
& in conſi.ccxcij.inci.& proiectui &c.in ij.
col.de quo latius per Iaſ.in d.l.fi.ff.de cõſti.
prin.in v.col.Sed tu vltra Iaſ.dicas ꝙ illam
doctrinam Compoſte.& Ioan.Andre.refert
& ſequitur etiam Alexan.in cõſi.ſuo xj.in-
cipt.ex his quæ in themate &c.in j.colum.
in vj.vol.& ibi in conſil.xxxiiij.incip.viſis
& conſideratis &c. in ij.colum.de quo etiã
per do.Nico.Millum in ſuo repert.in litera
P.in iij.col.in vlti.no.

484 Si vera loqui fas eſt ingenue fateor me
ſumma admiratione hodierna die deiectum
fuiſſe & non ſine aliquali animi diſplicētia
& moleſtia,& hoc propter vnam contrarie
tatem Ang.quam in eius lectura inueni, nã
primo ipſe Ang.in l.ſi fideiuſſor.poſt princ.
C.de fideiuſſ.dicit,ſtatuto cauetur ꝙ inſtru
mentum debiti guarentigiatum habeat exe
cutionem paratam,pone tu petis a me cen-
tum ex aliqua cauſa, puta ex cauſa mutui
vel depoſiti,ego corã notario conſiteor me
eſſe debitorem tuum,ex illa cauſa notarius
facit ſolenne inſtrumentum huius cõfeſsio-
nis mee, an tale inſtrumentum habebit exe
cutionem paratam vigore dicti ſtatuti? in
quo dicit ꝙ non, eo quia iſtud non dicetur
inſtrumentum debiti,ſed potius inſtrumen-
tum confeſsionis debiti quod ſumit vires a
die talis confeſsionis & non ante. quod di-
ctum pro no.poſui ſupra in ſing.cxxxv.in-
cipien.quæro de notabili & quotidiano du
bio &c.nouiſsime autem reperi eundē An-
ge.contrarium dicentem in l.fi.C.de edicto
diui Hadria.tol.per gl.ibi,in verbo, diſpoſi
tionibus.quam dicit ibi Ang.eſſe ſingularē,
& per eam infert ad vnũ quod dicit eſſe mi
rabile & ſingulare, videlicet ꝙ ſi ex forma
ſtatuti inſtrumenta guarentigiata vel con-
feſsionata habent executionem paratam,&
contingat quod de debito non eſt factũ in-
ſtrumentum, tamen per teſtes probari põt
debitum,& quod coram iudice debitore cõ
feſſus fuit debitum,vel poteſt probari quod
notarius fecit debitori præceptum guarenti
gie,ſi fiat huiuſmodi probatio per teſtes, &
redigatur in ſcripturam, talis ſcriptura ha-
bebit dictam executionem pro quo etiam
allegat not. per Innocen.in c.fin.de fide in-
ſtrumen. & ſic apparet quod Angel.eſt ſibi
contrarius de directo ſi diligenter conſide-
rantur prædicta ſua dicta. Quid ergo tenen-
dum? dico ꝙ magis placet ultimum dictum
581 Vt dixi tibi ſupra in ſing. 163. inci. crimẽ falſi. & in rub. ff. ad leg. corne. de fal. in iij. & iiij. col. & ſupra in ſing. 507. incip. viget quãdoque &c. crimen falſi eſt deteſtabilius omnibus alijs criminibus & habet aliqua ſpecialia quæ non habent alia crimina, & in dictis locis de hoc adduxi plura exẽpla. Sed nuper do tibi aliud ſpeciale in ipſo crimine falſi. Nam tu ſcis ꝙ confeſsio ad hoc vt noceat confitenti requiritur quod ſit facta principaliter & non incidenter, vt dixi & oſtẽdi in l. prima in princi. in xv. col. ver. & vltra prædicta &c. ff. de quæſtioni. & in dicta l. prima in. §. diuus Antonius in iiij. colum. verſi. poſſet tamen huic dicto eod. titu. & in ſingu. 327. ſupra incip. plures ſunt caſus &c. in princi. tamen hoc non habet locum in crimine falſi in quo quis puniri poteſt etiã ex confeſsione facta incidenter, ſecũdum Per. de Anch. in cõſi. ſuo clxxij. incip. circa primum in penulti. colum. verſicu. ex cuius dictis &c. quod dictum refert & ſequitur do. Philip. dec. in cap. at ſi clerici in ij. col. ver. ſed iſta limitatio extra de iudi. & hoc poteris addere in dictis locis vbi ego tetigi hanc materiam falſi.

582 Accipe not. verbum cuius contrariũ prima facie quilibet diceret. Nam vulgata eſt regula in iure quod cui non conueniũt verba legis non conuenit eius diſpoſitio l. iiij. in. §. toties ff. de dam. infec. l. hos accuſare. §. omnibus ff. de accu. & l. ita autem in princ. ff. de admi. tut. cum ſimi. quæ adduxi ſupra in ſing. 339. incip. cui non conueniunt verba legis &c. Pro qua regula facit quod voluit Bald. in l. ij. per illum tex. C. de nauti. feno. vbi dixit ꝙ illud quod in contractu non dicitur pro non intellecto habetur. Scias tamẽ & teneas menti perpetuò ſingu. verbum videlicet ꝙ ſi ruſticus promiſit domino plãtare vineas vel vites in fundo, & dare quartã partẽ fructuum dño, ꝙ ſi plantauit in fundo alias arbores quod ſimiliter tenet dare quartam partem fructuum domino, licet de eis nihil dictũ ſit. ita ſing. dixit Io. And. in addi. Spec. in titu. de loca. in. §. j. in ver. quid ſi colonus mouetur. ad hoc per text. in. §. fi. inſti. vi bo. rap. & per l. tale pactum. §. fi. ff. de pa. quod dictum pro ſingula. refert & ſequitur Iaſ. in l. quicquid aſtringende in iij. col. in fi. ff. de verbo. oblig. vbi dicit quod forte hoc alibi in ſpecie non habetur. & idem dixit ipſe Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. in. §. ſtipulationibus eod. tit. Quod dictum addere poteris ad materiã regule quod ſubrogatus debet ſapere naturam illius in cuius locum ſubrogatur de quo aliquid dixi ſupra in ſing. 255. incip. ſubrogatus &c.

583 Titius fecit pacem cum Seio & promiſit ꝙ ipſe, nec Caius, nec Petrus, nec affines ſui offenderent dictum Seium ſub pœna mille, & pro hoc præſtitit fideiuſſores qui ſe obligarunt hoc modo, videlicet pro quo Titio tales fideiuſſerunt &c. an hoc caſu tales fideiuſſores teneantur ſolum ſi dictus Titius offenderit dictum Seium an vero teneantur pro offenſa facta a quocũque nominatio in

dicto inſtrumento in quo dicas quod tenetur ſolum pro offenſione facta per dictũ Titium.ita not.dixit Bald.in conſi.ſuo ccxxj. incipien.anno domini &c.in ij.volu.vbi allega.iura & rationes de quibus ibi per eum, quod eſt ſingu.no.cum ſepe fiant inſtrumenta modo quo ſupra.

584 Pluries & in pluribus locis alias dixi tibi ꝙ in his quæ ſunt difficilis probationis admittitur probatio per coniecturas & indicia,de quo dixi in ſing. meo j.& in repetitio.mea rubr.C.de probatio.in iij.colum.in verſi.ad prædicta &c.& ibi in lxiij.colum. in fi.& dixi etiam in pluribus conſilijs meis quæ omitto breuitatis cauſa. Et circa hanc materiam difficilis probationis tene menti nota.verbum, videlicet ꝙ vbi eſt maxima difficultas probationis tunc ſtatur iuramento maxime ſi res eſt parui præiudicij.ita dixit Bald.in l.qui accuſare. in ij.colum.C.de eden. quod dictum pro not.refert & ſequitur Alexan.in l.j.circa fin.C.de ſenten. quæ pro eo quod inter. quod profecto eſt no. ꝗa quotidie euenit in facto in iudicijs in quibus non habentur probationes & difficile eſſet eas habere.

585 Probationes diuerſi generis non cõiunguntur ad faciẽdum plenam probationem niſi quando quelibet probatio eſt de per ſe perfecta in eſſe ſuo,ſecundum Bal.in l.ſi qs ex argentarijs.poſt princ.ff.de eden.de quo plene ſatis remiſsiue dixi in l.de minore.in §.plurium.in xvij.col.verſi.& bene aduertas &c.ff.de quæſtio.& in l.vnius facinoris. in.§.teſtes torquendi.in ij.colum.eo.titu.& in repeti.mea rubri.C.de probatio. in lxiij. colum.in verſi.item ſcias &c. de quo etiam per Soci.in conſi.ſuo lxxxix.incip.in cauſa.in vij.colum.in j.volu.& per Iaſ.in repetitio.l.admonendi. in xcvj.colum. cum tribus col.ibi ſeq.de iureiuran. Scias tamen ꝙ ſi vnus teſtis deponeret de veritate & de fama,alius vero teſtis deponeret de fama tantum,iſti duo teſtes coniungerentur & plene probarent quaſi ſint duo teſtes de fama, & ſic primus teſtis ſubeat officium duorum teſtium.ita multum ſingu. dixit Bald.in l.gallus.in.§.ille caſus.in iij.nota. per illum tex. ff.de liber.& poſthu. quod dictum Alexan. ibi in ij.colum.exclamat vſq; ad cœlum & dicit ꝙ iſtud dictum alibi non reperit, poſtea illud reprehẽdit ex tribus rationibus, ſed poſtea vltimo loco illud approbat & dicit ꝙ non habet aliquem contradictorem, quod dictum refert & ſequitur Iaſo.in l.admonendi,numero xcix.circa fin.ff.de iureturando. vbi videas.

586 Imperſonalitas ex parte ſtipulantis nõ vitiat ſtipulationem,quia præſumitur in dubio ſtipulationẽ receptiſſe pro ſe & pro hæredibus ſuis, & ideo ſi ſum ſtipulatus hoc modo,promittis mihi recipienti,pro eo quẽ declarabo, poſtea neminem declaro an vitietur ſtipulatio? dicas ꝙ non.ita dixit Bal. in l.j.ad fin.ff.de pact.ſed de hoc eſt tex.expreſſius in l.ſecundum reſponſum.C.de contrahen.& commit.ſtipula.quem tex.ad hoc alleg.Bal.in l.cum poſt.in.§.gener.in reportatis antiquis.ff.de iur.dot.vt refert d.Alexan.in l.ita ſtipulatus. in xiij.col.ff.de verno.obliga.qui pro hoc etiam alleg.tex.in c. j.de feu.non haben.prop.natu.feu.quæ omnia refert & ſequitur do.Iaſ.in d.l.ita ſtipulatus.nu.vj.quæ lex eſt vltima lex quam ipſe legit in tit.ff.de verbo.oblig.Et prædicta addere poteris ad materiam incertitudinis quam ſatis late poſui in repe.mea rub.C.de proba.in fi.& ad prædicta vide quæ dixi in dicta repe.d.rub.de proba.in lxxix.col.in prin.verſi.item vitiat ſtipulationem &c.

587 Qualitas extrinſeca in dubio non præſumitur.l.quæcunque.ff.de publi.l.ſi emancipati.in verſi.emancipatum probauerit.C. de colla.l.denique.ff.ex quibus cau.maior. de quo habetur per Soci.in cõſi.ſuo lxviij. incip.viſa &c.in j.& in ij.colum.in iij.vol. & per do.Felyn.in c.ſicut.in xiij.colum.de re iudi. & per Alexan.in conſil.cj.incipien. ſuper primo dubio &c.in ij.& iij.col.in vij. vol.de quo ego late loquutus ſum in conſil. meo xcvj.incip.diuino &c.inter conſilia ciuilia, & per Bald.in l.ij.in xvj.colum.C.de ſerui.& aqua. Attamẽ hoc fallit in antiquis in quibus non expedit probare iſtas qualitates extrinſecas. & ideo non oportet probare quod notarius fuerit notarius, quia ex ipſo actu ita antiquo oritur præſumptio qđ fuerit notarius.ita no.dixit Bald.in authen. quas actiones.ad fi.C.de ſacroſan.eccle.vbi ad hoc alleg. Innocen.in c.veniens.de verbo.ſignifi.quod dictum refert & ſequit' Alexan.in conſi.ſuo cl.incip.in cauſa appellationis.in prin.iij.col.in vj.volu. Ex quo poteſt notare ꝙ quando producuntur aliqua inſtrumenta antiqua de aliqua ciuitate ad aliam ciuitatem non eſt opus portare literã teſtimonialem affirmantem & fidem facientem illum notarium deſcriptum in talibus inſtrumentis eſſe vel fuiſſe notarium,vt cõmuniter fit,quæ omnia nota in practica.

588 De iure communi mulier non præſumitur in dubio dare omnia bona ſua in dotẽ,

vt habetur in l.fi.C.de repu.& in authen.de nup.in.§.ſi quis enim.& voluit Barto.in diſputa.ſua incip.quędam mulier habens amplum patrimonium &c.& in l.ij.in prin.circa.ij.col.ff.ſolu.matr.& Bal.in l.nulla.C.de iur.dot.& in l.fi.C.de ſen.quæ ſine cer.quãti.& idem Bal.in authen.res quæ.C.cõmu.deleg.in iij.col.in verſi.quæro nunquid mulier.& idem tenet Saly.in d.l.fi.C.de repu.& Ioan.de Imo.in l.j.in vtij.col.ff.ſolu.ma.& Pau.de Caſt.in authen.præterea.C.vnde vir & vxor.de quo etiam per Lud.Roma.in conſi.ſuo xliiij.incipiẽ.ex ſupra narrato themate &c.in ij.col.ad fi. Quinimo etiam ſi maritus teneret & poſsideret bona mulieris & fructus percepiſſet etiam per decennium,ſciente & patiente muliere,non videt̃ mulier dare in dotẽ, quia agitur de magno præiudicio mulieris ſaltem in caſu quo ſtatutum diſponit quod muliere præcedente maritus lucretur aliquam partem dotis, vt concludit Bar.in dicta ſua diſputatio.per id quod habetur in l.mulier.C.de rei vend. & per no.in l.ij.C.commu.diui.& per not.per doct.in l.cum de in rem verſo.ff.de vſu.quę omnia refert & ſequitur Alex.in conſil.ſuo cxxij.incipi.viſo proceſſu &c. in iij.& iiij.col.in vij.vol.& ibi in conſi.cxlij.inci.viſo ſtatuto.in ij.col.In hac autem noſtra ciuitate Bonoñ.in hoc non ſumus in terminis iuris communis, ſed habemus ſtatutum poſitum ſub rub.de doti.reſti.in.§.præterea ordinamus &c. quo expreſſe cauetur ꝙ mulier intelligatur omnia ſua bona dare in dotem quãdo nubit,quod ſtatutum paſsim ſeruatur. Sed ſcias tu & teneas menti perpetuo quod dictum ſtatutum non habet locum in muliere minore xxv.annis nubente. ita ſingu.per optimas rationes & iura dixit Pe.de Anchar.in conſi.ſuo xciij.incip.iſta domina Ioanna &c.quem refert & ſequitur Soci.in conſi.ſuo lxxx.incip. præſens conſultatio.in j.colum.in iiij.vol.Tene menti quia plures ſunt mulieres quæ traduntur nuptui in minori etate xxv.annorum ꝙ̃ in maiori. vt docet experientia.

589 Alias de anno 1520. per regimina huius inclyte ciuitatis Bonoñ.facta fuit quędã meta ſeu prouiſio pœnalis ſup dotibus mulierum nubendarum de qua multi admirati ſunt, & ego quoque non potui non mirari, primo quia talis meta ſeu promiſio eſt cõtra regulã iuris quæ habet ꝙ in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter etiam abutẽdo, vt habetur in l.in re mandata.C.manda.l.etiã.§.j.ff.ſo.ma.l.non vſq; adeo.ff.ſi quis a par.fue.manu.& l.ſed ſi lege.in.§.conſuluit.verſi.dum ſe abuti putant.ff.de peti.hære. cum ſi. Secundo quia talis meta facta ſuper dote eſt nulla & inualida.Quod oſtendo,nam habemus clarum in iure ꝙ matrimonia debẽt eſſe libera.c.gemma.c.cum locum.c.requiſiuit.de ſponſa. & non valet ſtatutum per qđ impeditur matrimonium,vel per quod tollitur libera facultas cõtrahendi matrimoniũ, ſecundum Ioan.And.in c.ſtatutum. de hereti.in vj.in nouella.quem refert et ſequit̃ do.Alex.latiſsime affirmans hanc partẽ in conſi.ſuo xcvij.incip.principalis dubitatio &c.in j.vol.per totum,vbi ſingu.loquitur.& in conſi.ſuo j.in iij.vol.& in conſi.ccix.incip.ponderatis.in iij.col.in vj.vol.& in rubr.ff.ſo.ma.in vlt.col.& in l.ſeius & augerius.in j.col.ff.ad l.fal.vbi refert ſe ita conſuluiſſe.& idem tenet Abb.in conſi.lxv.in princ.in ij.vol.et in conſi.xij.incip.vt clare materia.in j.dubio.in j.vol.& Ang.in cõſi.xxix.incipt.ex themate &c.in prin.& Pe.de Ancha.in conſi.xxj.inci.pro ſolutione dubiorum.in ij.dubio.& do.Fran.de Cur.in conſi.ſuo xxvij.inci.magnificus vir.in j.dubio.& Fede.de Sen. in conſi.ſuo xxxvj.incipien.caſus &c.& Iaſ.in l.ſi.in vlt.col.ff.qui ſatiſda.cog.& Bal.in l.oẽm.in fi.C.ad tertul. & ibi vide omnino in addi.& Iaſ.in l.ij.in.§.quod ſi in patris.in viij.col.in fi.ff.ſo.ma.& d.Fely.in c.tenor.in fi.de re iudi.& Corſe.in no.ſuis in ver.ſtatutum in no.incip.ſtatu.quod inter homines &c.& d.Fely.in c.j.in vj.colum.de ſponſa.vbi omnes tenent hanc partem.pro qua facit,nam valet matrimonium ſine conſenſu patris de iure canonico ꝙ ius attenditur in matrimonio.ita voluit gl.in c.fin.xxxij.q.ij.& corrigitur illud quod dicit̃ inſti.de nup.in prin. & idem voluit gl.in c.j.de deſpon.impub.& hoc ibi firmat Abb.poſt glo.& idem firmat d.Phil.Deci.doctor diuinus in conſi.ſuo ccxxxj.incip.viſo caſu &c.in ij.col. vbi refert prædicta,vnde ſicut non valet ſtatutum ſuper matrimonio, ergo nec etiam valet ſuper acceſſorijs ipſi matrimonio,& ſic cum dos ſit acceſſoria ad matrimonium,vt eſt glo.in c.ſi annum xiiij.de iudi.in vj.& ſine quo eſſe nõ poteſt dos, vt in l.ij.C.de dona.ante nup.ergo non valet etiam ſtatutum ſeu prouiſio ſuper dote.ita no.dixit Pe.de Anchar.in conſi.ſuo xx.incip.pro ſolutione dubiorum.quem refert & ſequitur Soci.in conſi.ſuo lxxx.inci.præſens conſultatio &c. in pe.col.in iiij.vol.& idem dixit Alexã.in dicto ſuo conſil.xcvij.incip.principalis dubitatio &c. in iij.& in

vj.colum.in j.volu.vbi ſing.loquitur & reſpondet ad contraria quæ adduci poſſent, de quo ibi late per eum,quem vide,Et ideo ex iſtis dico ꝙ illa meta ſeu prouiſio facta ſuper dotibus eſt nulla & inualida. & pro hoc faciunt optime dicta per Paul.de Ca.in conſi.ſuo lxxj.incipien.vitis & ponderatis, in prima colum.

590 Licet acta iudicij debeant fieri corã iudice & probationes debeant fieri iudici & non notario,vt in l.quinquaginta.ff.de proba.& voluit gl.in l.iubemus C.de libe.cau. & gl.in l.hac conſultiſsima.C.de teſtamen. & habetur per Cano.in c.qm̃ contra. de ꝓba.& per Bal.in l.ij.C.de eden.& per Ang. & Imo.in l.ſi finita.in.§.iulianus.ff.de dam. infe. de quo latius dixi in l.j.in prin.in iiij. col.verſi.ſeptimo requiritur.ff.de quæſti.& in l.de minore.in.§.plurium.in ij.col.eo.tit. & in practica mea cauſarum crimina.in.§. poſtquam.nu.xx.Attamẽ tene menti in practica ꝙ appellatio in ſcriptis quæ debet fieri intra decem dies, vt in authenti.hodie.C. de appel.poteſt fieri coram notario illius iudicis qui tulit ſententiam, præcipue quãdo non poteſt haberi copia illius iudicis ita dixit Guid.de Suza.& Bal.in auth.quæ ſupplicatio.C.de preci.impe.offe.quod dictum ibi pro valde not.refert & ſequitur Iaſo.& dicit quod Rapha.Fulg.ibi refert ſe conſuluiſſe in ciuitate Vincentie vbi ſtatutum diſponit ꝙ ſententia mittatur executioni niſi appellatio interponatur intra decem dies & libellus porrigatur intra xx.& pręſtetur cautio de ſoluendis expenſis quod ſatis fuit talem cautionem fuiſſe præſtitam ipſi notario.Item adducit etiam Iaſ.vbi ſupra Bal.in l.pen.ff.de fideiuſſ.vbi no.ex illo tex.quod confeſsio facta coram notario actorum dicitur facta in iudicio. Item adducit etiã Paul. de Ca.in l.iuſiurandum quod ex conuentione in.§.pupillus.ff.de tuteiur.vbi per gl.ibi dicit ꝙ actus poteſt dici iudicialis licet non ſit factus in præſentia iudicis, quæ omnia tene menti in practica.

591 Extant quandoq; ſtatuta in ciuitatibus Italiæ quibus cauetur ꝙ pater teneatur aſsignare legitimam filij delinquentis fiſco.Sed tu ſcias ꝙ tale ſtatutum non habet locum in auo, nam ſi nepos delinquit auus non tenet̃ aſsignare legitima ipſius nepotis fiſco, ita ſingu.dixit Dy.& Ray.de Forli.in l.lege iulia.in.§.hoc capite.per illum text.ff.de ritu nup.quod dictum refert & ſequitur d.Nellus in tractatu bannitorum. in prima parte ſecundi tempor,q.xxxiiij.incip.quæro ſtante ſtatuto &c.in fi.pro quo faciunt dicta per Bal.in l.penul.C.ad macedo. vbi dixit ꝙ ſi ſtatutum diſponit ꝙ pater teneatur ſoluere condemnationem pro filio non tenebit' ſoluere pro nepote. quod dictum refert & ſequitur Alexan.in conſi.ſuo lvj.incip.Aldrouandus &c.in ij.colum.in v.volu. Ego autem dubito ꝙ dicta doctrina nõ ſit vera per doctrinam ſing.Bar.in l.quemadmodum.C. de agri.& cenſi.lib.xj.de qua late loquutus ſum in practica mea cauſarum crimin.in.§. aggredior.nu.lviij.cum ſeq.& cum in ſupradicto caſu tractet de vtilitate fiſci ſeu reipubli.videtur ꝙ dictum ſtatutum debeat extẽdi ad auum,licet loquatur in patre tantum, tamen cogita.

592 Nullitas actus non excluditur per lapſum termini dati ad omnem defenſionem faciendam contra actum.Et ideo tene menti ꝙ poſt terminum banni licet ſtatutum dicat ꝙ bannitus vlterius non audiatur, tamẽ ipſe bannitus vel agentes pro eo poterunt proponere nullitatem dicti banni, maxime illam quæ prouenit ex defectu iuriſdictionis.ita ſing.dixit Bal.in l.ſcire oportet.in.§. hæc de illis.per illum tex.ff.de excuſat.tut. quod eſt ſingul.not. ad multa de quo etiam dixi ſupra in ſingula.ccccclxj.incipien. aduertas quod hic replicaui non habens memoriam hoc ibi dixiſſe,ſed talis error eſt tolerabilis quoniam nunquam nimis ꝙ nunquam ſatis.& ad prædicta uide dictã per Socin.in conſil.xxvij.incipien.in præſenti. in ij.colum.in iij.volu.Pro quo facit,nam nullitas poteſt opponi licet appellatio ſit ſublata per clauſulam appellatione remota capitulo inter cæteras.de re iudic.c.licet.de ſenten.excommu.in vj.glo. in c.ex conqueſtione.de reſtitu.ſpol.Bal.in addi.Specu. in titulo de appellatio.verſic.dicit ſtatutum. Bal. & Ang.in l.prima.C.qui pro ſua iuriſdictio. Bald.in capitulo ſancimus. quo tempo.mil. & in l.prima.C.de iur.& fact.ignoran.Barto.in l.ſecunda. in.§.ſi prætor.ff.qui ſatiſd. cogan. & Specu.in titulo de ſenten.in.§.vt autem.verſi.hoc autem.tene menti quia iſta ſunt quotidiana & multũ lucroſa.& vide q̃ dixi ſupra in ſingulari cclxxxiij.incipien. lapſus termini &c.

593 Tu ſcis qđ notarius committens falſum circa exercitiũ notariatus perdit poteſtatẽ conficiẽdi inſtrũ.l.ſi aliqui.C.de ſuſce.& archa.li.x.voluit gl.in l.ſi quis ex argẽtarijs. in.§.j.ff.de edẽ.& voluit Inn.& alij in c.fraternitatis.ff.de heret.Bal.in l.ij C.de manu, vin,Bal,& Imol,in l,ad teſtiũ.§.conditionẽ.

ff.de teſta.& Bald.& Imol. in l.in fraudem. §.ſi quis.ff.de teſta.mili.Quæ regula ſeu cõcluſio limitatur pluribus modis a do.Fely. in dicto c.fraternitatis. Et inter alia dicit ipſe ibi ꝙ ſi partes requirerent notarium falſarium ſuper confeſsione inſtrumenti ꝙ ſi non valebit vt inſtrumentum, valebit ſaltẽ vt confeſsio.ita ſecundum eum dixit d.Maria.Socr.in d.c.fraternitatis.arg.l.ij.C.commu.vtri.iudi.vbi habetur ꝙ ſi ſententia nõ poteſt valere per cõſenſum partium in vim ſententiæ,valet tamen in vim pacti,de quo ibi latius per eum.

594 Sicut non veriſimilia non attenduntur & ſunt magne importantie,vt dixi & plura adduxi in l.j.in princi.in xv.col.verſic.quo ad tertiam.ff.de quæſtioni.& in repeti.mea rub.C.de probatio.in xxiiij.colum.& in ſingula.meo ccxcviij.incip.remotum a veriſimili &c.& in ſingul.cccxliij.ſupra incip.veriſimilitudo.& in ſingu.cccxcvj. incip.veriſimilitudo.ita e contrario veriſimilia attenduntur & ſunt magne importantie, vt dixi in d.ſingu.meo ccxcviij.vbi poſui not.verbum.Sed vltra alia dicta in hac materia veriſimilitudinis, teneas menti vnum perpetua memoria dignum, videlicet ꝙ vbi confeſsio extraiudicialis eſt veriſimilis non ſolum facit indicium ad torturam, iuxta ea quæ habentur in l.capite.ff.de adulte.cum ſi.ſed etiam facit plenam probationem in ciuilibus & in criminalibus.ita ſingula.dixit do. Tindarus in tract.ſuo de probatio.in ea parte in qua tractat de confeſsio.in verſi.nunc de criminalium &c.de quo dicit eſſe caſum expreſſum in l.quæro.in.§.fi.ff.de edi.edic. & in d.l.capite quinto . quod dictũ refert et ſequitur do.Fran.Bru.in ſuo trac.de indi.et tortura.in iij.char.in iij.col.in ver.aliud eſt indicium &c.circa fi.de quo ego etiam dixi in l.de minore.in prin.in x.col.ff.de quæſti. tene menti quia eſt ſingulare verbum.

595 Plures ſunt iuris periti qui libenter acceptant officium quando non debent ſtare ad ſyndicatum,& eis datur officiũ aliquod cum promiſsione quod non teneantur ſtare ad ſyndicatum.Sed ſcias tu ꝙ ſi conceſſum eſt arbitrium poteſtati quod non teneatur ſtare ad ſyndicatum quod hoc caſu videtur ſibi remiſſa leuis culpa & leuiſsima, non aũt dolus nec lata culpa.ita dixit Bal.in l.ſi ſeruus vetitus.ff.de lega.j.& ideo acceptantes officia diligenter ad hoc aduertant ne ſeipſos decipiant,quia in cauda officij ſtat venenum latens in ſyndicatu. & ideo dici ſolet: Omnis laus in fine canitur &c.

596 Notarij quandoq; ex imperitia, vel ex imprudentia,vel caſu fortuitu perdũt protocollum inſtrumenti , tunc quomodo ſuccurratur parti volenti ipſum inſtrumẽtum? quo dicas quod notarius qui perdidit protocollum poteſt petere teſtes examinari ſuper contentis in contractu de quo fuit factũ protocollum,quibus examinatis ſecundum eorum dictum, poſtea conficiat protocollũ deinde extendat inſtrumentũ.ita dixit Bar. in l.fi.ff. de tabu.exhi.quem refert & ſequitur Pau.de Ca.in l.prætor ait.in.§.fin.ff.de eden. vbi dicit iſtud eſſe multum not. cum notarij ſepe recipiunt ſubſtantiam inſtrumẽti in vno folio,poſtea portãt domum & ponunt in libro & quandoq; perditur , & hoc ego alias vidi in facto.

597 Coitus contra naturam improbiſsimus & abominabilis eſt vltra omnia alia vitia , & ideo committentes tale nefandiſsimũ ſcelus puniuntur pœna mortis,vt eſt tex.in authen.vt non luxu.contra natu.ante fi.& ibi docto. & habetur in.§.item lex iulia.inſtit. de publi.iudic.& in l.cum vir in fœminam. C.de adulte.& in c.vt clericorum.de vit.& hone.cleri.& in c.clerici.de exceſ.præla. & in c.flagitia . & in c.vſus naturalis.xxxij.q. vij.Et vltra pœnam mortis puniuntur etiã alijs pœnis,nam tales ſunt infames, vt probat tex.& glo.in l.j.§.remouet.ff.de poſtul. Et vltra has pœnas dicit Iac.de Bel.& Bar. in dicta authen. vt non luxuri.contra natu. quod condemnatus de ſodomia nõ poterit facere teſtamentum,& quod conuictus poſt mortem de tali crimine eius teſtamentũ declarabitur inualidum.ad quod alleg.Specu. in titu.de inſtru.edi.in.§.compendioſe.verſicu.xxxiij.quæ omnia ſunt notãda licet ad ea minime aduertant committentes tale ſcelus,ſed iſta proijciunt poſt terga contra honorem & animas eorum,vt hodiernis temporibus faciunt delinquentes.

598 Iuſta cauſa in pluribus caſibus excuſat quem a pœna & ab obligatione, vt ſatis late dixi in l.patre vel marito.in iiij.& v.colum.ff.de quæſtio. & in ſingu.meo ccxxxj. incip.iuſta cauſa &c.& etiam circa hãc materiam plura ponit Iaſ.in l.barbarius.numero xvj.& ibi per duas col.ff.de offi.prætio. de quo dixi ſupra in ſing.ccxxxj.inci. iuſta cauſa. Sed ſcias tamen ꝙ iuſta cauſa nõ excuſat aliquem a pœna conuentionali.ita no. dixit Bal. in l.non ſolum.ff.de rei ven.& in l.quod te.ff.ſi cer.pet.quem refert & ſequitur Alex.in conſi.ſuo xliij.incip.quia ſubtiliter &c.in pe.col.in vj.vol.& in eo.vol.in

conſi.cxxxv.incip.circa primum.nu.xviij.

599 Poteſtates & iuriſditiones ſunt diſtincte & ſeparate, vt habetur in authenti.quomodo opor.epiſco.in prin.& in c.nouit. de iudi.& in c.per venerabilem.qui fil. ſint legi.Et ideo ſcias ꝙ licet papa ſit ſupra ius poſitiuum & poſſit illud tollere, vt in c.propoſuit. de conceſ præben. & etiam ius alteri quæſitum, vt not.glo.in c.ſtatutum.de here.lib.vj.& in Spe.in tit.de lega.§.j.verſic.habet etiam.intellige tamē hoc eſſe verum & habere locum in iure canonico, quia eſt ſupra ius canonicum, ſed ſecus eſt in iure ciuili quia nō poteſt tollere ius ciuile non inducens peccatum.ita not.dixit Pau.de Caſt.in conſi.ccxviij.incip.præſuppoſito fine præiudicio &c.vbi ſubdit etiā ꝙ licet papa poſſit tollere ius quæſitum ſubditis arg.eorum quæ no.Inno.in c.in noſtra.de iniur.non tamen poteſt tollere ius quæſitum non ſubditis vt laicis non ſolum per legem imperialem, ſed nec ſi per ius canonicum ſicut ecōuerſo non poteſt imperator tollere ius quęſitum eccleſiæ vel clericis per legem imperialem, vt no.Inno.in c.nouit.de iudi.ita formaliter dicit Paul.de Caſt.in dicto conſilio ccxviij.Sed tu vltra eum circa materiam d.c.propoſuit. adde ꝙ licet ſolus papa poſſit ſine cauſa diſpenſare contra legem poſitiuam, ſecundum Innoc.in c.cum ad monaſterium.circa med.de ſtat.regu.quem ſequitur Abb.in c.at ſi clerici.in vj.colum.de iudic. hoc tamen fallit niſi lex poſitiua haberet in ſe aliquam rationem diuinam vel naturalē, prout eſt lex prohibens pluralitatem beneficiorum.ita dixit Abb.in c.per tuas. in xj. colum.de arbi. & in c.per venerabilem. in princ.qui fi.ſint legi.& in c.de multa.in iiij. col.de præben.& Bal.in l.reſcripta.in fi.C. de preci.impera.offer.quos refert & ſequitur do.Fran.de Curte in tractatu ſuo feudorum.in x.char.in iij.colum.in verſi.incip.ſecundo confirmo &c. Et an papa ſine cauſa poſſit tollere ſeu diſpenſare contra ius poſitiuum vide domi. Felyn.in c.poſtulaſti. in xviij.colum.de reſcri.

600 Materia c.reintegranda.iij.q.j.& l.ſi coloni.C.de agri.& cenſi.libr.xj.& c.ſæpe.de reſti.ſpol.eſt vtilis lucroſa & multum quotidiana, & multum verſatur in palatijs, & vere a paucis eſt perfecte intellecta.Circa quā ſtatui tibi aliqua dicere q̃, vt puto, ab alijs non audiuiſti, & maxime ſtatui referre vnū iudicio meo ſingul.notandum in practica, videlicet ꝙ ad hoc ut procedat iudicium in materia dictorum iurium non ſufficit generaliter dicere in libello ꝙ libellans fuerit ſpoliatus ſua poſſeſſione ſue rei, & ſi generaliter allegare ſpoliationem, ſed eſt neceſſe in ipſo libello exprimere ſpecialiter ſpeciem ſpoliationis, vtputa, & fuit ſpoliatus poſſeſſione rei ſue per furtum vel per vim ſibi illatam, vel ꝙ poſſeſſionem perdiderit ex aliqua alia cauſa iniuſta alias generaliter loquendo non ꝓcederet libellus & reus abſolueretur.ita ſing.dixit Ioan.And.in dicto c.ſæpe.de reſti.ſpo.quem refert & ſequitur do.Lanfran.de Oria. Brixien.in ſolenni ſua repeti.rubri. extra de cau.poſſeſſ. & proprie.in iiij.col.in verſi.eſt tamen ſingul. not.quod dictum non nemini me alibi didiſſe. pro quo dicto iudicio meo facit tex.in l. ſcire oportet.in.§.ſcire autem.ff.de excu.tuto.in verſi.ſed oportet eum de ſpecie remiſſionis teſtari &c. & faciūt optime dicta per Iaſ.in l.j.in penul.& vlti.col.ff.ſi quis in ius voc.non ier.& facit quod voluit Bar.in cōſi.ſuo lxv.incip.Petrus Nicole &c.in penulti.col.in verſi.ex his concluditur &c.vbi dicit ꝙ ille qui vult dicere inſtrumētum ſimulatū debet ſpecialiter dicere ſpeciem ſimulationis.vide tamen do.Phil.Deci.in conſi.ſuo cxxxvj.incip.in cauſa reuerendi. circa med.vbi videtur innuere contrarium.& vide quæ ego dixi in repe.mea.c.reintegranda.iij.q.j.in nu.cxvij.Et circa materiam d.c.reintegranda.& aliorum iurium ſupra alleg.ſi vis ſcire quando remedium eorum habeat locum et cum quibus perſonis, Item an in eo requiratur litis conteſtatio, et an in eo requiratur menſis ſpoliationis, & an tale remedium competat laicis.Item an tale remedium ſit perpetuum, vide de omnibus iſtis Alex.in conſi.lj.in j.vol.quod incip.viſo & diſcuſſo &c.in prin.& in conſi.ccxxv. inci. conſideratis his.in iiij.col.& in cōſ.ccxxix. incip.circa proceſſum.in ij.iij.& vj.col.vbi etiam ponit an tale remedium cōpetat malæ fidei poſſeſſori. Item circa materiam d.c. reintegranda.vide Barto.in d.l.ſi coloni.& ibi Alexan.& Alex.in conſi.ccxlv. inci.pōderatis his &c.in vlt.col.& do.Fely.in c.veniens.in vj.colum.verſi.ſcias etiam.de teſti. & Alex. in conſi.xc.incip.viſo proceſſu.in v.volu.& in conſi.xciij.incip.in cauſa & lite.& ibi in conſi.ſeq.& per Ang.in l.ſiue autem.§.ſi duobus.ff.de publ.in j.col.& Soci. in conſi.cclxvj.incip.in cauſa.circa med. & Alexā.in conſi.xcij.incip.viſo.in vlt.col. in v.vol.& Alex.in conſi.cccxj.incip.in cauſa mota.in princ.iij.col.Barba.in conſi.xxiiij. incip. clementiſsimum Deum. in iiij.volu.

domi.Philip.Deci.in conſi.cxcj.incipiente
in cauſa. quaſi per totum.& in conſilio lvij.
in prima & in vltima colum. & in conſilio
cclij.incipien.agitur cauſa. in j.colum.& in
conſi.ccclj.in penultima colum.& in conſi-
lio lxij.incip.in cauſa quæ agitur.in j.col.&
Soci.in conſi.xxxix.incipi.in quæſtione. in
iij.vol.per totum Alex.in conſi.xxxiij.inci
pien.viſo.in j.col.in vj.vol.& in conſi.ciij.
incip.ſuper eo.in princ.ij.col.in vij.vol. &
do.Lanfran.de Bri.in d.ſua repeti.rubri.de
cau.poſ.& propri.vbi plura ponit ſatis dif-
fuſe circa materiã d.c.reintegranda.& alio-
rum ſimilium iurium.

601 Enormia ſunt talis naturæ & importan
tie ꝙ alteram diſpoſitionem ſtatutorum &
iuris communis,vt voluit Inno.& alij in c.j.
de conſtit.& Bald.in l.quid ergo,in.§.pœna
grauior.in iiij.colũ.ff.de his qui notan.infa.
& in c.j.in vj.col.qui feu.da.poſ. & volunt
docto.in pluribus alijs locis quos ego retuli
ſupra in ſingu.ccxliiij.incip.tu ſcis.& in l.j.
in prin.in ix.col.ff.de quæſtio.& in l.vnius.
in.§.cognitiurum.in xiiij.col.verſic. & ratio
prædictorum.eo.ti.Et ideo ſcias ꝙ vbi tra-
ctatur de probãdo enormi crimine recipiun
tur teſtes ante lit.conteſt. & parte non cita-
ta.ita dixit Archi.in c.j.de homic.in vj.quẽ
ſequitur ibi Gemi. in.§.ſi.quos refert & ſe-
quitur do.Fely.in c.quoniam frequenter. in
prin.in penul.col.vt lit.non cõteſt.Pro qui-
bus facit regula illa cum ſua materia,videli
cet ꝙ propter enormitatem delicti licitum
eſt iura tranſgredi, de qua late dixi in dictis
locis.Et illud dictum Archid.& ſequaciũ re
tuli etiam in repe.mea.l.de vnoquoque.in
50.fallẽ.ff.de re iudi.& in conſi.meo xcviij.
inter conſilia ciuilia,quod incip. clementiſ-
ſimi ſaluatoris &c.in pen.char.& vide quæ
dixi ſupra in ſingula.ccxliiij.& in ſingulari
cccxcvij.incip.arbitrium &c. & vide om-
nino infra in ſingu.cccccclxv.incip.niſi me
mea fallat memoria &c. vbi poſui tria ſin-
gularia dicta in hac materia enormitatis
delictorum.

602 Ex delicto per aliquem commiſſo ter-
tius nõ debet pati pœnam,quia pœna ſequi
tur delinquentem & non alios, vt in l.ſanci
mus.C.de pœ.& habetur in l.ſi hæredis ſer
uus.§.ſi.ff.de leg.j.& dixi ſupra in ſingulari
cccxcj.incip.pœna debet.& in ſing.cccccclj.
incip.pœna.pro quo facit quia nemo debet
alterius odio prægrauari,vt in c.non debet.
de reg.iur.in vj.cum ſi. Et ideo teneas per-
petuo menti ſing.verbum ꝙ ſi aliquis habe-
ret plures filios & filias infantes & deberet
ſibi abſcindi manus, quod hoc caſu ne dicti
filij fame pereãt quod debebit relegari aut
pœna mitigari ne præiudicetur filijs.ita ſin
gu.dixit d.Par.de Pute.in ſuo tracta. ſyndi.
in lxxiij.char.in vlt.colum.verſi.& ideo di
xi &c. vbi refert ſe alias ita conſuluiſſe in
contingentia facti.& alleg.in ar.quæ haben
tur in l.j.ff.ſolu.matr.& in l.ad beſtias.ff.de
pœn.Tene menti quia quotidie euenire po
teſt in facto.

603 Præcedentia repetita eſſe intelliguntur
in aduerſatiua exceptis illis quibus aduerſa
tur expreſſe.Et ideo dixit ſing.Bal.in l.om-
nes populi.in xj.colum.ff.de iuſt.& iure.ꝙ
ſtante ſtatuto ꝙ ſtantibus maſculis fœminæ
ab inteſtato non ſuccedant,condito vero te
ſtamento filiæ ſint contente quocũq; relicto
ſibi facto a patre.dicit hanc vltimam parti-
culam propter illam aduerſatiuam vero,de
bere intelligi cum repetitione præcedentis
qualitatis,ſcilicet ſtantibus maſculis.arg.gl.
in.§.item lapilli.inſti.de rer.diui.quod dictũ
refert & ſequitur Alex.in l.ſi filius a patre.
in antepe.col.ff.de libe.& poſthu.& eos re-
fert & ſequitur do.Phil.Deci.in c.at ſi cleri
ci.in.§.de adulterijs.j.col.extra de iudi.vbi
aliqua ponit de iſta aduerſatiua vero , de
quibus ibi per eum.

604 In materia contumacie dixi tibi in ope
ris meis multa nota.& ſingularia, & maxi-
me in practica mea cauſarum criminalium,
in.§.poſtquam . in pluribus numeris vt ibi
videre poteris.& ſupra in ſingul.iiij.incip.
quamuis &c. Nunc autem in eadem mate-
ria contumacie dico vnum aliud ſatis not.
& lucroſum , videlicet ꝙ ſi vnus notarius
condemnatus ſit de falſo ex ſua vera cõfeſ-
ſione vel conuictus, nunquam amplius po-
terit inſtrumenta conficere,vt in auth.de ta
bellionibus.in.§.ſi.& no.Bar.in l.eadem.§.
j.ff.ad l.iul.repetunda.Tamen ſi eſt damna-
tus per contumaciam poterit etiam confice
re inſtrumenta.ita no.dixit Bar.in l.ſi ideo.
in prin.ff.de euictionibus.& Bal.in l.tranſi-
gere.circa medium.C.de tranſa.quos refert
& ſequitur Ang.de Are.in tract.ſuo malefi-
ciorum,in verbo,qui iudex videns ꝙ inqui
ſiti non comparent.in iiij.char.verſi.quæri-
tur tamen &c. in ij.colum.in ſi.vide tamen
do.Auguſti.ibi in additio.in iij.col.in verſi.
adde Bal.in l.in exercendis &c.& vide quę
dixi ſupra in ſingul.ccclxxij.incipi. capias
vnum &c.& in repeti.mea.l.de vnoquoq;.
in xxxvij.colum.circa prin.ff.de re iudi.&
in practica mea in.§.poſtquam,nu,liiij.& in
§.ſequitur,nume.xx.

605 In ſucceſsionibus licet admittant pro-
ximiores & magis cõiuncti ſanguine, vt ha-
betur inſtitu. de hæredi. quæ ab inteſta. defe
runtur. & C. de legitimis hæredib. cum ſi. ta
men iſtud fallit in ſucceſsione regni, quia re
gnum tranſit in infinitum vſque ad centeſi-
mum gradum & vltra, intantum q̃ ſi morta
tur Rex vel princeps alicuius regni deficiẽ
tibus agnatis ſuis vel cognatis ſi reperitur
vnus de ſua familia ſeu de ſua domo, ille de
bet ſuccedere in regno. ita no. dixit Bald. &
Aluar. in capitulo primo. §. capitanei. de feu
do guardie. q̃ dictum refert & ſequitur Cæ
pol. in caute. ſua xcvj. incipien. eſt dubium.
& domi. Philip. Deci. in l. certum. numero
ix. C. vnde legiti.

606 In pluribus locis iam tibi dixi quod te
ſtis ſine iuramento non probat & eius dictũ
nihil operatur, vt dixi ſupra in ſin. ccxiiij.
incip. ad validitatem &c. & in alio ſingula-
ri ccccxxxiiij. inci. alias tibi dixi &c. in qui
bus locis plura adduxi in materia iuramen
ti teſtis, & dixi etiam in repetitio. mea. l. fi.
in xxxij. char. C. de probationibus. Sed nu-
per dico tibi vnum aliud, videlicet quod te
ſtis non iuratus non probat, quod hoc fallit
in perſonis in dignitate conſtitutis, vtputa
in cardinalibus, nam licet dictum eorum ſi-
ne iuramento non faciat probationem, fa-
cit tamen præſumptionem & coadiuuat te-
ſtes inductos. ita dixit gl. ſingul. in c. cũ olim
eſſemus. in verbo, fratrum. de priuile. quam
glo. ibi reputat ſing. Anto. de Butrio, & do.
Alexan. in conſil. ſuo clxxx. incip. in cauſa
angelorum. in iij. colum. in verſic. ſolum fal
lit &c. in ij. volu. Et pro dicta glo. optime fa
cit tex. & glo. in c. nobiliſsimus. xcviij. diſt.
quod cap. ſumme not. & plura dicunt doct.
maxime Bald. in l. exemplo. in fi. C. de pro-
batio. & Angel. in l. quæcunque. §. fina. ff. de
publicia. Abb. in conſilio xviij. incipien. in
cauſa & quæſtione. in ij. colum. in iij. volu.
& in conſil. xciij. incipien. in quæſtione hæ-
redum. in ij. colum. & Iaſ. in repetitio. l. ad-
monendi. in lxxvij. colum. de iureiuran. &
Deci. in conſilio ccccij. incipien. in cauſa. in
vltima colum.

607 Superioribus annis vidi quæſtionem
vnam de facto, quidã volens ire ad nuptias
vt ſumptuoſe incederet, fecit ſibi accommo
dare vnam veſtem ſiricam, quæ veſtis fuit
valde deteriorata & deuaſtata ex pluribus,
quo ſtante ipſe commodatarius dicta veſtẽ
portauit domino vt illam reſtitueret, ſed do
minus vidẽs eam multum deterioratam no-
luit illam acceptare ſine pretio deteriora-
tionis, quod videns ipſe commodatarius di
ctam veſtem ſine aliquo pretio dimiſit ſu-
per oſtio domini præſente ipſo domino &
teſtibus, quæ veſtis ex poſt fuit exportata
& derobata fuit dubitatum cuius periculo
fuerit derobata. inueni Paul. de Caſt. ponen
tem hanc quæſtionem in terminis in l. qui
ſtichum. ad fin. ff. de ſolutio. vbi loquitur de
equo commodato ad vecturam qui fuit red
ditus deterioratus, & finaliter poſt plura
adducta pro & contra tenet quod dominus
tenebatur rem acceptare etiam ſine pretio
deteriorationis, alias ſibi imputet tale fur-
tum. allegat glo. & Bar. ibi tenentes contra-
rium. poſtea ipſe ex aliquibus & iuribus &
rationibus tenet contrarium, de quo ibi la-
tius per eum. Tene menti quia ſepe de fa-
cto contingit.

608 Cumulaui alias forte ſexaginta doctri-
nas & iura circa illud quod in homine mul
tum operatur bona vita conditio & fama,
& hæc poſui in lege prima. in. §. ad quæſtio
nem. in tertia & quarta colum. ff. de quæ-
ſtionibus, in repetitione mea. l. finali. C. de
probationibus in tertia chart. & alium mi-
rabilem effectũ poſui in practica mea Aue-
rolda. in. §. diligenter. numero cxcvj. Sed
vltra omnia quæ dixi in dictis locis accipe
etiam ſingula. verbum in dicta materia, vi-
delicet quod non poſſunt puniri teſtes de
falſo qui depoſuerunt ſe ſcire illud quod au
diuerunt ab homine bone fame & opinio-
nis. ita ſingula. dixit Pet. de Anchara. in con
ſilio ſuo xxiij. incipien. viſa inquiſitione for
mata contra Philippum de Mantua. in pe-
nultima columna, quod dictum pro valde
nota. refert & ſequitur Iaſo. in lege prima
nume. viij. ff. de eo per quem fac. erit. quod
dicit eſſe valde tenendum cordi.

609 Aduertas ad vnum quæſo quod iudi-
cio meo eſſet ſcribendum literis aureis &
in marmore ne deleretur, videlicet tu ſcis
quod diſpoſitio capitulo quia fruſtra. extra
de vſuris. vult q̃ non audiatur vſurarius
petens vſuras niſi prius reſtituat vſuras ex-
tortas, quod etiam expreſſe vult tex. capi-
tulo michael, eodem titulo. Sed potes du-
bitari, an diſpoſitio dictorum iurium lo-
quatur tantum in Chriſtianis vſurarijs, vel
etiam extendatur ad iudæos vſurarios? in
quo dicas quod ita comprehendit iudæos
vſurarios ſicut Chriſtianos vſurarios. ita ſin
gulariter dixit Laurenti. de Rodul. in ſuo
tractatu de vſuris quem poſuit in capitulo
conſuluit. in cxlvj. quæſtione quem refert
& ſequitur Ioan. de Ana. in cap. quanto. in

iij.colum.eodem titu.de vſur.& Iaſ.in l.j.in iiij.colum.C.de eden. Tene menti, quia eſt ſingula. verbum lucri plenum contra iudeos hodiernos.

610 Non ſtatur aſſertioni patris donantis filio propter benemerita de ipſis benemeritis, niſi talia benemerita aliter plene probētur, ſecundum glo.& docto.in l.ſi donatione.C.de collatioin.& Bart.in l.ſi forte.ff.de caſtren.peculio & habetur late per Alexā. & alios in dicta l.ſi donatione, & ibi Deci. in fi.iiij.colum. vbi plures adducit hoc firmantes,& poſtea ponit plures limitationes circa hoc. poſtea ibi in vij.colum.ponendo ſextam limitationem ponit not.verbum dicens quod prædicta non procedunt quādo eſſent præſumptiones & cōiecture de aſſertis benemeritis a patre, quoniam tunc eſſet ſtandum aſſertioni patris.alleg.hoc uoluiſſe Saly.in l.mater.C.de cōtrahen. emp. quem in ſimili refert & ſequitur Alexan.in conſi. ccxlj.ſecundum ordinem meum.quod inci. conſideratis his &c.in j.colum.quod ſecundum ordinem aliorum eſt in conſi.xviij.in iij.volu.& ibi Alexan. etiam alleg.Cy.in l. j.in fi.C.de ſacroſan.eccl.Et adducit etiam Aug.in conſi.cliij.incip.pater emit domum pro ſe & filijs &c.vbi concludit ꝙ licet cōfeſsio facta per patrem confitentem ſe habuiſſe pecuniam a filijs ſuis tanquam ad eos pertinentem ſit ſuſpecta, quia eſt prohibita donatio inter patrem & filium in poteſtate exiſtentem.l.ij.C.de inoffi.donatio.& l.donationes quas parentes.C.de donatio. inter virum & vxor.& confeſsio facta inter perſonas inter quas eſt prohibita donatio eſt ſuſpecta de fraude, vt habetur in l.cum quis decedens.in.§.titia.ff.de lega.iij.cum ſim.tamen ſi tempore dictæ confeſsionis paterne dicti filij erāt in aliquo eorum exercitio ita edocti, ꝙ veriſimile eſt eos potuiſſe ſuperlucrari ex eorum induſtria quantitatē, de qua in dicta confeſsione fit mentio, tunc ſufficeret dicta confeſsio, per no.per gl.Cy.& Barto.in l.cum oportet.C.de bo.quæ lib.de quibus etiam latius per Alex.in d.conſi.

611 Adduxi tibi ſupra in ſing.ccxlviij.inci. conditio mulierum plures caſus, in quibus conditio mulierum eſt melioris conditionis q̄ conſtitutio maſculorū.Nunc autem econtra volo tibi dare aliquos caſus in quibus conditio mulierum eſt deterior conditione maſculorum.Scias ergo ꝙ in teſtimonio ferendo præfertur teſtimonium maſculi teſtimonio fœminæ, vt in c.forus.& ibi Abb.de verbo.ſignifi.& habetur in l.j.ff.de ſena, & in l.fi.ff.de fide inſtrumen.& ibi no.Bald.in lectura Florentina.& Ludo.Ro.in rubr.de arbi.in iiij.char.& voluit Alex.in conſi.ſuo ccxxxvj.incip.perſpectis.in vj.vol. & Bal. in conſi.ſuo cxxj.incip. quis melius &c. in ij.volu.quod tamen limitatur niſi mulieres deponerent pro reo & maſculi pro actore, quia tunc præfertur dictum fœminarum, vt voluit Belenzi.in dicto c.forus.& do.Fely. in c.quoniam. in vltimis verb.de teſtib. ad quod vide Corſe.in nota.ſuis.in verbo, teſtis.in vj.notab.& ibi in ix.nota.de quo ego dixi in l.vnius facinoris.§.in cauſa.ad fin.ff. de quæſtio.Item in alio eſt deterior cōditio fœminarum conditione maſculorum, videlicet in ſcriptura priuata, in qua mulier non poteſt ſe deſcribere in teſtem vt poteſt maſculus, vt eſt text.in l.ſcripturis.in verbo. trium virorum.C.qui potio.in pigno.habe. quem tex.ibi ad hoc ſumme no.Bal.in fi.ij. col.item fœmina nō poteſt eſſe teſtis in cauſa feudali, ſecundum Bal.per illum tex.in c. j.quot teſtes ſint neceſ.quem refert & ſequitur d.Phil.Deci.in c.quoniam.nume.ix.extra de teſtib. Item regulariter fœmina non ſuccedit in feudo, vt habetur in c.j.§.hoc autem notandum.qui feudum dare poſſunt. & in c.j.§.ad filias. de ſucceſ.fra.& in c.j.in titu.an muti vel aliter imperfe. & in c.j.de alie.feu.pater. de quo latius per do.Philip. Deci.in conſi.ſuo xxxij.in ij.col.in fi.& in conſi.lxxxv.in iij.col.& in conſi.cxxxix. in j.col.& per Alexan. in conſi.xcvij.in vj. vol.& per Decium in con.cclxix.inci.conſultus.in fi.ij.colum.& per do.Fran.Cur.in conſi.xlix.incip.recolende memorie &c.in vij.col.Item fœmina non poteſt eſſe procurator, vt in l.fœminæ.ff.de procur. & habetur in c.cum dilecta.de cōfirma.vti.vel inuti.vbi glo.dicit ꝙ nec etiam poteſt eſſe arbiter, nec iudex, de quo latius ibi per d.Phil. Deci.& illa officia quæ mulier per ſe facere non poteſt non poterit etiam facere per interpoſitam perſonam.l.non licet.ff.de cōtrahen.emptio.l.neque.C.de hære. inſti.voluit Decius in l.j.nume.xij.C.de eden. Eſt & alius caſus in quo mulier eſt deterioris conditionis q̄ vir, videlicet quia ſi duo ſunt patroni maſculus & fœmina & ſint diſcordes in præſentando, tunc præſentatus a maſculo præfertur præſentato a fœmina.Ita dixit Bald.in l.j.ff.de ſenato.quod dictum refert & ſequitur do.Ioan.Crotus de Monteferrato in tracta. ſuo de teſte.in iij.char.nume.lviij.& ibi excellentiſsimus I. V. D. do.Pe.de Monchada olim filius & diſcipulus

lus meus chariſsimus qui ſua eminētiſsima ſcientia totam Hiſpaniam decorauit, quod dictum nota eſt inter alios caſus in quibus conditio mulierum eſt deterioris conditionis conditione virorum. & iſta addere poteris dictis per me in dicto ſing. meo 248.

612 Aliqui ſunt iudices qui minus prudenter ſibi perſuadent per viam indirectam tollere appellationem parti offenſe vel grauate & ideo nihil verbis proferunt, ſed partem compellunt de facto vt ſibi placet. Sed ſcias tñ tu quod tali caſu pars grauata ex tali facto iudicis ita poterit appellare ſicut poſſet ſi verbis tuliſſet ſententiam. Ita nota. dixit Bal. in c. ex parte M. in prin. iij. colū. extra de appel. & allegat rationem dicens quod non minus eſt facere ꝙ dicere alleg. l. de quibus. §. fin. ff. de legi. quod eſt no. verbum ad obuiandum cautelis iudicum.

613 Clarum & expeditum eſt in iure quod nulla lis regulariter poteſt eſſe inter patrē & filium in poteſtate, vt eſt tex. in l. lis nulla ff. de iudicijs. & in l. actiones ff. de acti. & obliga. & habetur de materia in c. ſi. §. ſi. de iudi. lib. vj. & in c. non eſt extra de ſponſa. quæ regula tamen fallit in peculio filij, vt in d. l. lis nulla. & fallit ēt in aliquibus alijs caſibus poſitis per glo. & doc. in d. l. lis nulla. & in dictis iuribus ſuperius allegatis. Sed vltra glo. & doc. ibi ponit alium caſum ſeu aliam fallentiam quidam excellentiſſimus doctor do. Iacobinus de S. Georgio Taurinenſis, vt puto in dicta l. lis nulla, nam dicit ꝙ licet nulla lis poſsit eſſe inter patrem & filiū in poteſtate, tamē ſi pater diſsipat bona ſua propria, tunc filius pōt implorare officium iudicis contra patrem & petere vt ſibi aſsignet legitimam vel tot bona ex quibus poſsit alimenta percipere ad quod allegat Bald. in l. ſecunda C. ſi quid in frau. patro. quem ibi ſequitur Pau. de Ca. & eum ēt ſequitur Lud. Ro. in l. ij. §. quod ſi in patris ff. ſolu. matrimo. & tu vltra dictum do. Iac. in hac materia vide Bald. in l. imperator ff. ad trebel. & in l. nō poteſt ff. de adoptio. & vide Pau. de Ca. & Alexā. in d. l. imperator. ff. ad trebel. & pro dicta limitatio faciūt optime dicta per Ioannes de Imol. in l. ſi conſtante in v. & vj. colum. ff. ſolu. matrimo. quem vide.

614 Vulgata eſt regula iuris quod ea quę in continenti fiunt videtur ineſſe, vt dicit tex. in l. lecta verſicu. dicebam ff. ſi certum petatur. & in l. petens vbi per gloſſ. & ſcrib. C. de pact. per quam regulam plura ſingularia dixit Iaſo. in l. edita in v. colum. verſi. ego teneo C. de edendo. & ego plura etiam dixi in l. ij. in vlti. columñ. C. de ſiccar. vnum aliud nupetrime tibi dico circa eandem materiam quod eſt proprio nota. videlicet ꝙ licet poſt perfectam venditionem omne periculum ſeu damnum circa rem venditam eueniens ſpectet ad emptorem, vt in l. prima C. de pericu. & commo. rei vendi. cum concor. ibi in gloſ. poſitis. & habetur in l. prima ff. eo. & in l. neceſſario. & in l. ſi in vēditione. §. primo & in l. ſi vendita eodem titu. & in l. quod ſepe. §. in his ff. de contrahē. empti. cum ſimi. Attamen ſi vendo tibi animal ſanum tempore venditionis, ſi tamen completa & perfecta venditione incontinenti ſuperueniat vitium vel infirmitas, tunc venditor tenetur non obſtante quod contractus in totum eſſet perfectus, per illam regulam, quę incontinenti fiunt &c. Ita ſingula. dixit Cyn. in l. prima in fin. de edil. actio. quod dictum non memini me alibi legiſſe ꝑ quod poteris limitare iura ſuperius allegata &c.

615 Neceſsitas, vt ſcis, ſuperueniens domino & locatori domus, rumpit locationem ipſius domus, adeo quod ipſe dominus locator poteſt auferre domum tali caſu neceſsitatis ſuperuenientis ipſi conductori. tex. eſt expreſſus in l. idem. in verbo, neceſſariam. & ibi per omnes C. locati. Sed ſcias tu quod eodem modo neceſsitas ſuperueniens conductori operatur vt rupta ſit cōductio, quia tali caſu neceſsitatis ſuperuenientis ipſe cōductor poterit relaxare domum conductam impune. Ita multum nota. dixit Raph. Fulgo. in l. ſi in lege in. §. ſi domus ff. loca. vbi ponit exemplum dicens ꝙ ex cauſa ſuperuenientis peſtis ſcholaris deſerens domum conductam, non tenetur ad ſolutionem penſionis, quia ſicut dominus poteſt expellere inquilinum, ita ecōtra inquilinus poteſt ex neceſsitate diſcedere & relinquere domū conductam argu. l. ſancimus C. de epiſco. & cle. & peſtis eſt cauſa neceſſaria quia agitur de ſalute corporis animati. Et licet ipſe Rapha. vbi ſupra dicat hoc, non determinat cum hoc tunc de facto penderet, tamen ita poteſt cōcludi & determinari maxime propter naturam correlatiuorum quæ eſt vt diſpoſitum in vno ex correlatiuis habeat locum in alio, vt in iuribus vulgaribus. Et ex iſtis poteris addere ampliationem ad d. l. edem C. locati.

616 Solent ſepe iudices partibus, vel vni parti tantum, præfigere terminum agendi vel docendi de iure ſuo vt videmus quotidie

fieri in iudicijs. Sed ſcias tu & pro regula habeas ꝙ ille cui ſit talis monitio ꝑ iudicē non conſtituitur in mora per lapſum primi termini, & niſi bina monitio iudicis ad hoc interueniat nō cōſtituitur in mora, adeo q̄d non poſsit poſtea agere & docere de iure ſuo ita no. dixit Ang. in. §. ſi quis aūt nō implens in auth. de heredi. & fal. quā doctrinā refert & ſequitur Ang. de Are. & de ea facit feſtum in tract. maleficiorū. in verbo, necnō ad querelā in xj. char. in j. col. in verſi. quero an iudex &c. in fi. & illam doctrinā etiā refert & ſequitur Alex. in conſi. ſuo cviij. incip. viſo themate & diligenter conſideratis verbis &c. in fi. in j. vo. & Iaſ. in repeti. l. rē quę nobis in vlti. verbis ff. de acqui. poſ. vbi ꝓ hac doctri. ipſe adducit tex. in l. impuberibus in. §. fi. ff. de ſuſpec. tut. & tex. in. §. ſi qs autē pro redēptione in auth. de eccleſia. tit. & dicit ꝙ d. Alex. ſibi contrarius vr̄ tenere contrariū in l. fi. in j. col. ff. de ferijs. & dicit quod etiam Lu. ro. in l. quandiu in. §. j. ff. de acqui. heredi. multis rationibus conatur dānare dictā regulam ſeu doctrinam Ange. dicēs tamen ꝙ in quæſtione de facto dum eſſet aduocatus nō potuit tantum clamare ꝙ iudex voluerit in iudicando ab illa regula recedere, & dicit Iaſ. ꝙ ille iudex bene fecit & ſic approbat dictam doctrinam. Sed vltra Iaſ. ſcias tu, ꝙ eandē doctrinā poſuit idē Ang. in auth. de eccle. tit. in. §. ſi quis autem pro redemptione in fi. de qua doctrina vide etiam do. Augu. de Ari. in additio. in d. ver. quero an iudex & vide quæ ego dixi ſupra in ſingu. 283. incipien. lapſus termini &c. & do. Fran. de Are. in l. quandiu in viij. colū. in fi. de acqui. hære.

617 Memor exiſto me alias plura & plura ſingularia dixiſſe in repeti. mea rubr. ff. de fideiuſſo. in lxvj. & lxvij. column. circa illam materiam ꝙ inhabilis concurrens, vel adiunctus cum habili gaudet priuilegio ipſius habilis, de quo etiam dixi in ſing. meo. 180. inci. plura & plura &c. & in l. de minore in. §. tormenta in prin. iij. colū. ff. de quæſtio. ad quam materiam vltra ea quæ adduxi in dictis locis faciūt optime dicta per Soci. in conſi. ſuo cxxx. incip. viſa contingentia in vlti. col. in j. vol. & per do. Nellum in tracta. bannito. in j. parte iij. tempo. q. xvj. & per Bald. in c. j. in vlti. colum. ver. vlti. extra queritur. de contro. feu. apud pares termi. & per Iaſo. in l. j. in prin. C. de tranſact. & per Alex. in conſi. cxlix. inci. in cauſa inquiſitionis in ij. col. in vj. vol. & in conſil. cccclxix. incip. viſo puncto in fi. v. col. Sed vltra omnia quæ dixi in dictis locis circa hanc materiam teneas menti vnum aliud nota. verbū videlicet quod licet ſententia lata ex falſa cauſa in iure conſiſtente reddatur nulla, vt in l. qui teſtamento ff. de excuſa. tuto. & ibi Bar. Bal. & Ang. & no. in c. ſicut & in c. inter ceteras. de re iudi. & nota. Abb. in c. j. in iij. colum. eod. titu. & tradunt ſcrib. in l. qui rome in. §. duo fratres ff. de verb. obli. & in l. ij. C. quando prouoca. non eſt neceſ. Attamen ſi ſentētia lata ſit ex duabus cauſis quarum vna erat vera alia falſa ſubſtentabitur ſententia ex cauſa quæ erat vera, licet vbi vna tantum fuiſſet expreſſa ſententia eſſet nulla. Ita ſingu. dixit Inno. in c. in præſentia de renun. alleg. in ar. id quod habetur in c. abbate. de verbo. ſig. quod dictum refert & ſequitur Alex. in conſi. ſuo cxiij. incip. perſpectis his in penul. col. in vj. volu. vbi dicit ꝙ idem dixit Ioan. An. in c. cum inter de re iudi. & dicit ꝙ communiter docto. ſequuntur eos in dictis locis pro d. Alex. in d. cōſi. dicit ꝙ benefacit tex. not. in c. per tuas. qui filij ſint legi. per quem ibi ponderat d. Ant. probari ꝙ ſi iudex mouetur ex duabus cauſis ad ferendam ſententiam quarum vna facit ad cauſam alia non, quod ſuſtinetur ſententia ex ea quæ facit ad cauſam, vbi alias redderetur nulla ſi vna tantum non faciens ad cauſam fuiſſet expreſſa c. ex parte & c. dilectus de conceſ. preben. & dicit ꝙ ita ēt dicit do. Anto. in c. ab excōmunicato de reſcrip. & Abb. in c. ſicut de re iudi. & in d. c. ex parte. & Ioā. de Imo. in l. ſi is ad quem ff. de acqui. hæredi. & dicit do. Alex. in d. conſil. quod pro iſtis etiam bene facit quod no. glo. fi. in l. pe. C. ſi ex fal. inſtru. & quod notat Iacob. Butri. in l. j. §. ignominie ff. de his qui not. infa. Item ad confirmationem prædictorum adducit etiam do. Alex. quod no. Iaco. de Rauē. & Ray. in l. ſi ex plagij. ff. de verb. obli. vbi limitando illam legem volētem quod promiſſo facta ob turpem cauſam non valeat, procedit niſi illam cauſa turpis eſſet accumulata alteri cauſe nō turpi, quia tunc promiſſo non vitiabitur propter accumulationem alterius cauſe, & dicit quod hoc ſequitur Ioannes de Imol. in dicta l. ſi ex plagij. vbi etiam pro hoc allegat illud dictum Innocen. in dicto c. in præſentia. & dicit illud eſſe ſingu. & communiter incognitum legiſtis. Ita reſidet Alexan. in d. conſil. quæ omnia ſunt not. quia quandoque contingunt de facto, de quo etiam vide domi. Ioann. Crotum repetitio. l. qui rome. §. duo fratres in xxiiij. colum. ff. de vet

bo. obligatio.

618 Quando variatio ſeu ſingularis teſtium non eſt circa negotium principale, ſed circa aliqua acceſſoria non attenditur nec inualidat dictum teſtis, quia illo conſideratur quando eſt in facto principali & non in acceſſorijs ſecundum Bar. in l. eos ff. de fal. & Specula. in titu. de teſte §. j. verſi. item quod de ſuo & Ang. in conſil. cclxxiiij. incip. ex themate in vij. colum. & Bal. in l. de quibus in penul. col. in verſi. dictum eſt de ſingularitate ff. de legi. & Bald. & Saly. in l. penul. circa fi. in ver. item hæc vera C. de tranſac. de quo per do. Philip. decium in conſil. ſuo c. inci. in cauſa inquiſitionis in iij. colum. & in conſi. cv. in iij. col. & in conſil. cccxlij. incip. in cauſa partus &c. in iij. col. Limita tamen prædicta & dicas illa procedere & locum habere in teſtibus non ſuſpectis aliqua ratione vel cauſa, quia ſi tales ſunt varij et ſuper acceſſorijs non probant. Ita ſingu. dixit Alex. in conſilio ſuo cliiij. incipien. viſo themate in ij. columm. in v. volumi. vbi ad hoc allegat Specu. in titu. de teſte. in. §. iam de interrogatorijs. verſicu. & nota. & Azo. in ſumma C. de teſtibus in penulti. colum. Pro quibus ſecundum eum facit glo. in cap. cum cauſam quæ inter archiepiſcopum. in verbo, tempore. de teſti. & Bald. ibi & glo. in authē. de teſte in. §. & licet in verbo, cauſam. & no. per Bal. in l. teſtium in vj. colum. C. de teſti. Et ideo dicit Alex. in d. conſil. ꝙ ſi teſtes ſuſpecti interrogantur ꝙ biretū habebant in capite contrahentes tempore celebrati contractus, & vnus dicat ꝙ habebāt biretum nigrum, alius vero dicit ꝙ habebāt biretum rubeum, ꝙ tales teſtes non probāt licet contrarietas eorum non ſit circa factū principale, ſed circa circunſtantias. quod eſt ſumme notandum, quia ſepiſsime contingit in facto. de quo etiam pulchre per do. Philip. Dec. in cap. licet cauſam in nume. xiiij. de probatio. Et ad prædicta vide Bald. in margarita ſua, in litera T. in ix. colum. in vlti. verſicu. & glo. in l. ob carmen. circa prin. in verſic. aſsiſtit ff. de teſti. vbi glo. loquitur de teſtibus examinatis contra Suſannā qui fuerunt varij in circunſtantijs & non in facto principali, tamen quia erant ſuſpecti fuerunt reprobati & merito lapidati. & vide Inno. in c. cum cauſam in glo. in verbo, tempore de teſtib. Item ſcias & pro primo teneas menti quod licet varietas teſtis non ſit circa factum principale, ſed ſit circa acceſſoria, tamen minus eſt credendum tali teſti, ſecundum Bald. in l. ſi ex falſis in vlti. columna C. de tranſactio. quem refert & ſequitur dominus Philip. Decius in conſil. cv. in vj. colum.

619 Emergens calamitas nouum expoſcit auxilium & nouum ſuffragium arg. l. de etate in. §. ex cauſa ff. de interroga. actio. & l. ſi hominem ff. manda. & argu. eorum quæ habentur in c. pen. de cle. non reſi. & in c. ſuggeſtum de decimis & in l. ex facto ff. de vulga. & pupil. pro quibus faciunt plura ſingularia adducta per incomparabilem iuris fontem domi. Philip. Dec. in cōſi. ſuo cccxxxv. incipien. viſo &c. in ſecunda colum. & per me in ſinguli. meo cxlij. incipien. cautum eſt. & in alio ſingu. meo ccxxxiij. incip. quę de nouo emergunt &c. & per Dy. in conſil. xx. incip. ſuper quæſtione &c. quem refert & ſequitur domi. Flor. in l. quædam mulier in iij. colum. ff. fami. hercis. Et ſuperueniens deficientia facultatum iuſtam inducit cauſam diminutionis onerum. Ita dicit text. in l. cura. in. §. deficientium ff. de iure immuni. Et ideo exactor tributorum habet facultatem arbitrio boni viri dimittere vel diminuere tributum ei cuius patrimonium aduerſa fortuna collapſum eſt. Ita dixit Lud. Roma. in conſil. ſuo ccclxix. incipien. circa primum in viij. columm. vbi dicit ꝙ de hoc eſt glo. lingu. in l. omnes la. j. C. de anno. & tribu. lib. x. quam glo. ibi ad hoc not. Bart. Bald. Angel. & Ioan. de platea, & do. Alex. in apoſtil. ad Bart. vbi plura adducit in materia paupertatis. De qua materia paupertatis dixi ego plura in l. j. in. §. preterea. in xviij. xix. colum. ff. de qō. & aliqua ēt dixit Ang. in addi. ad Bar. in l. illud eo. ti. de anno & tribu. & ad principale dictum ſuperius vide ſupra in ſing. 241. inci. non debet addi afflictio afflicto &c.

620 Cauſa poſſeſſorij dicitur cauſa parui prę iudicij, adeo quod licet res ſit magni valoris, tamen ſi de poſſeſsione tantum litigatur cauſa dicitur minima, ſecundum Barto. in l. admonendi in penulti. columna de iureiuran. & domi. Anto. in capitu. fina. in vij. colum. de iureiuran. Bartol. in l. ſecunda ff. de appel. recip. & in l. j. ff quorum bono. & Math. in notabi. ſuo iij. incip. no. quod in iudicijs poſſeſſorijs &c. & Bar. in l. ſi. C. vbi in rem actio. & voluit do. Philip. Dec. in conſil. ſuo xxviij. incip. diligenter conſideratis in ij. colum. & in conſi. lvj. incip. in cauſa appellationis in j. colum. Et in tali iudicio poſſeſſorio ſemiplene probationes ſufficiunt, ſecundum Bart. in dicta l. j. in ij. colū. C. quorū bono, & in l. ij. §. ſi. in prin. C. vbi in rem

actio. & Mathe. in d. nota. ſuo iij. & voluit do. Philip. Dec. in dicto conſi. ſuo lvj. & plenius per Alexan. in conſil. ſuo ciij. incipien. ſuper eo. in prima colum. in vij. volu. & in conſi. ſuo cxvij. incip. viſo proceſſu in vlti. col. in ij. volu. Et ideo ſcias ꝙ in cauſa poſſeſſorij ſtante ſemiplena probatione cũ non dicatur cauſa magna, vt dixi, poterit deferri iuramentum in ſupplementum probationis. Ita not. dixit Alex. in conſi. ſuo xcj. incip. in cauſa & lite vertente in j. col. in vol. v. vbi ẽt dicit ꝙ qñ eſt ſemiplene probatum & actor a prin. petijt ſibi ius & iuſtitiam miniſtrari quod tunc iudex etiam abſque alia petitione partis poterit deferre iuramentũ in ſupplementum probationis. Ita ſecundũ eũ dixit Abb. in c. fi. in fi. de iureiurã. quod dictum refert & ſequitur Deci. in cõſi. cclij. incip. agitur cauſa in j. colum. poſt med. & idem etiam dixit Lanfran. de Oriano Brixieñ. in ſua repe. l. admonendi ff. de iureiu. in vlti. verbis.

621 Magne importantte & operationis in teſtibus eſt ratio per eos reddita ſeu aſsignata, nam illa eſt quæ reſtringat, declarat, vel ampliat dictum eorum, ſecundum Bal. in l. conuenticulam in antepe. col. C. de epiſ. & cle. in ver. modo venio ad teſtes &c. & in l. data opera in xviij. col. C. qui accu. nõ poſ. vbi alleg. not. per glo. in l. j. in. §. hoc interdictum ff. de fonte. & voluit Inno. & alij in c. cum cauſam quæ inter. de teſti. pro quo facit tex. in l. cum pater in. §. dulciſsimis ff. de leg. ij. & habetur per cano. in c. quoties de teſti. & per ſcri. in l. iij. C. de teſti. & voluit Alex. in conſi. ſuo xx. inci. viſo proceſſu cauſe in pe. col. in ij. volu. & ibi in conſi. xxiiij. incip. animaduerſis in ix. col. & in eo. volu. in conſi. lxxx. incip. examinato proceſſu in iij. col. & voluit Soci. in conſi. xiij. incip. inſignis doc. in iij. col. in iiij. volu. & ibi in cõſi. lvj. incip. viſo proceſſu. in penulti. colum. & Bal. in margarita ſua in litera L. in x. colum. in j. verſi. inci. teſtis ſi teſtificatur ſuper his. Et magis creditur teſtibus reddentibus bonam rationem dicti ſui etiam non interrogati quam teſtibus non reddentibus bonam rationem dicti ſui etiam non interrogati, & tllis proferentibus, ſecundum Iaco. de Aret. quem refert & ſequitur Bal. in l. presbyteri ad fi. C. de epiſco. & cleri. & in c. primo. §. ſacramentum de conſue. recti feu. quos refert & ſequitur Alex. in conſil. cxlviij. inci. excellentiſsime d. vicarie in prima colũ. in ij. volu. Et circa hanc materiam redditionis rationis fiende per teſtem. Tene menti aliqua mihi nunc occurrentia, & primo ꝙ teſtes deponentes de valore rei non probant niſi reddant rationem dicti ſui. Ita dixit do. Fely. in c. cum cauſa in ij. col. de teſti. vbi allegat plures doc. hoc tenentes ad quem me refero. & idem dixit do. Lanfran. Brixien. in repe. c. quoniam contra falſam in lvj. col. de proba. Secundo ſcias ꝙ teſtis non reddẽs rationem dicti ſui non debilitat delictum teſtis reddentis rationem dicti ſui, adeo quod non poſsit deferri iuramentum in ſupplementum probationis ei qui producit illum teſtem reddentem rationem dicti ſui. Ita no. dicit Bal. in l. de quibus in pe. col. ff. de legi. quem refert & ſequitur do. Felyn. in c. cum cauſam in vj. colum. ver. fallit quarto de teſti. de quo etiam dixi in ſing. meo. 197. inci. quo ad hoc &c. & in l. proprietatis C. de ꝓba. & in practica mea cauſarum crimi. in. §. diligenter nu. 4. Tertio ſcias etiam ꝙ in cauſis criminalibus non creditur teſtibus niſi reddant rationem dicti ſui etiam non interrogati. Ita ſing. dixit Saly. in l. fi. C. de probatio. quem refert & ſequitur Alex. in conſil. xv. incip. viſo proceſſu inquiſitionis in viij. col. in j. vol. & voluit Iaſ. in repe. ſua l. admonendi in xcix. col. ff. de iureiur. & in l. ait p̄tor nu. 21. ff. eo. ti. & do. Philip. dec. in conſi. ſuo xxxvij. inci. in cauſa in iij. colum. & in c. veniens nu. 13. de teſtib. de quo etiam ego dixi in practica mea cau. cri. in. §. diligenter nu. 31. vbi ampliaui hoc dictum & dixi infra in ſingu. 658. incip. teſtis vbi hoc limitaui. Quarto ſcias ꝙ in caſu quo teſtes inſtrumentarij vel non inſtrumentarij deponentes contra inſtrumentum præiudicent ipſi inſtrumento requiritur ꝙ reddant rationẽ dicti ſui etiam non interrogati, alias dictum eorum non præiudicat inſtrumento. Ita no. dixit Bal. in l. presbyteri in vlti. colum. C. de epiſ. & cle. quẽ refert & ſequitur d. Lanfran. de Oriano Brixien. in repeti. ſua l. admonendi in xv. col. ff. de iureiu. vbi dicit ꝙ iſtud fuit dictum Iac. Bu. in qõne ſua incip. quæſtio talis eſt, quidam petijt a Titio &c. quam allegat Bald. in d. l. presbyteri & illud dictum Bald. in d. l. presbyteri, etiam refert & ſequitur Alexan. in conſi. ſuo lvj. inci. viſo proceſſu in iiij. col. in ij. vol. de quibus etiam vide Iaſ. in l. cum hi §. vult igitur in ij. & iij. colum. ff. de tranſact. & vide omnino quæ dixi infra in ſingula. 644. incipi. tradidi tibi &c. Tene menti prædicta quia facient tibi honorem & vtilitatem tempore opportuno.

622 Priuilegia eccleſiæ plura ſunt, & vt ita

dixerim quaſi numero infinita, & multa ponit Ludo.Ro.in repe.authen.ſimiliter C.ad l.fal.Sed inter alia priuilegia quæ habet ipſa eccleſia habet vnum maxime importantie non omnibus cognitum,quod eſt,'tu ſcis ꝙ tranſacto biennio exceptio non nume.pecu.opponi non poteſt,vt eſt tex.in l.in contractibus C.de non nume. pecu. tamen ipſa poteſt perpetuo opponere talem excep. nō nu.pec.nec ſibi curri aliquod tempus ad eā opponendam.Ita ſing.dixit Bal. in authen. hoc ius porrectum in iiij. column.C. de ſac. ſan.eccle. quem refert & ſequitur Lud. ro. in d.authē.ſimiliter in xvj.col. verſi. ſeptima &c.C.ad l.fal. & idem voluit Ange.in conſi.ſuo ccxlv.inci.quia omne datum &c. in ij.col.quem refert & ſequitur Lud.Bologni. in addi.ſuis ad conſilia Ioā. de Ana.'in conſil.xcvij.incip.in cauſa &c. poſt princi. illius addi. & idem tenuit Car.in clemen.ſ. in ix.q. de reſti.in integ. Et licet contrariū teneat Specu.in tit.de in integ. reſtitu.in.§. ij.in verſicu. hoc autem tamen. Ioan. And. in additio. & in capitu.fina. extra de ſolutioni eum reprobat,& ad hoc etiam allegat Hoſtien. de quo latius per eum in dicto c.fi. de ſolutio.

623 Ex diſpoſitione iuris cautum eſt ꝙ publicatis atteſtationibus non poſſunt vlterius examinari teſtes ſuper eiſdem capitulis, vt clemen.teſtibus.de teſti.& volunt doc. poſt glo.in c.per tuas eo.titu.& doct.in c. fraternitatis eod.titu.cum ſimi. Sed tu amplia dicta iura & dicas hoc habere locum non ſolum ſi teſtes ſint examinati, ſed etiam ſi non ſunt examinati,ſed ſolum iurarunt de veritate dicenda in manu iudicis. Ita not. dixit Innocen.in dicto c.fraternitatis de teſtib. in verſicu.idem dicunt ſi teſtes iurauerint &c. quod dictum pro valde not.refert & ſequitur Angel.in conſil. ſuo clv.incipien.in quęſtione alias in hac quæſtione &c. In j. colū. vbi videas.tene menti quia pauci ſunt qui ad hoc animaduertunt.

624 Aduerte quæſo ad vnum ad quod rariſſimi aduertūt,videlicet ꝙ licet actus factus die feriato in honorem Dei valeat, attamē iuramentum præſtitum die feriato non valet tex.eſt in c.j.extra de ferijs.Ex quo tex. dixit nota.verbum domi.Lanfran.de Oriano Brixien. in repetitio.c.quoniam contra falſam in ix.colum. de probatio.ꝙ vbi rector ciuitatis ingreditur officium ſuū in die feriato & iurat ſeruare ſtatuta vt moris eſt, tale iuramentum non valet,& ille tanquam non iurauerit poterit contrauenire, quod eſt ſumme nota.attento quod ſepius & quaſi ſemper officiales intrant officium ſuū die feriato,& illo die iurant ſeruare ſtatuta, & hoc in facto vidi pluries in hac ciuitate Bononie mihi patria.

625 Materia poſitionum vtilis eſt, quia ſepe releuat ponentē ab onere probandi, vt quotidie videtur in iudicijs,circa quam materiam poſitionum tene menti duo ſingularia verba.primum eſt ꝙ ſi ille qui debebat reſpondere poſitionibus & fuit contumax & habetur pro confeſſo ex forma iuris ſtatutorum,ſi talis moriatur ante ſententiam latam talis pœna non tranſit in hæredem. Ita dixit ſingu.Bar.in l.eius qui delatorem ff. de iure fiſ.quod dictum pro valde notabili refert & ſequitur d.Lanfran.de Brixia in repeti.c.quoniam contra falſam in xxvj. col. de proba.Sed vltra eum dicas tu,ꝙ idē voluit idem Bart.in l.ij.in.§.quod ſi actor in fi. C.de iura.calum.& in l.manifeſte in fi.ff.de iureiu.Secundum not.in hac materia eſt ſecundum do.Lanfran.in loco vbi ſupra, videlicet ꝙ vbi libellus eſt ineptus vel male ordinatus, tunc dato ꝙ reus fuerit contumax in reſpondendo poſitionibus tamen non poterit haberi pro confeſſo, quia cum iudicium ſit nullum propter defectum libelli non poterit ſequi aliqua ſententia valida. Ita ſecundum eum dixit Bal. in l.ij.§.quod obſeruari C. de iura. colum. & ad primum dictum hic vide quæ dixi ſupra in ſing.373. incip.vt noſti &c.

626 Calor iracūdie plura operatur,vt habetur in l.quicquid calore ff. de regul. iur. & in l.iij.ff.de diuor.& in l.ij.C. de rebus credi.& in hac materia caloris iracūdie ponit plura ſingu.dicta d.Iaſ.in l.ſi filiam tuam C. de inoffi.teſta.& aliqua etiam dicit in materia Ludo.Ro.in ſing.ſuo 517.incip.volo cōmentare. & Baueria in lxxviij. priuilegio iuramenti & habetur etiam per do.Fely.in c.cum te.in iiij.colum.de re iudi. & per do. Fran.de Are.in conſil.ſuo lxxx.incip. ſicut decet in j.& vlti.colum. Et vltra dicta per omnes in dictis locis circa hanc materiā teneas menti not.verbum,videlicet ꝙ ſi aliqs calore iracundie dixiſſet aliquod verbum iniurioſum alicui, & ex poſt eum pœniteat tale dictum non ſibi nocebit ſi iniuria eſt talis ꝙ poſſit reuocari per pœnitentiam, vt ſunt verba iniurioſa, ſecus autem ſi iniuria eſſet talis quæ reuocari non poſſet penitentia,vt ſi quis occidiſſet hominem,nam tunc non poteſt vllatenus reuocare etiam ſi feciſſet calore iracundie.Ita ſing.dixit Ang.in l.

ſi non conuitij.C.de iniurijs.quod dictũ pro ſing.refert & ſequitur do.Lanfran.de Oriano Brixien.in repe.c.quoniam cõtra falſam in xxvij.colum.poſt prin. de probatio. pro quo faciunt optime quæ ego dixi in l.is qui cum telo nu.68.C.de ſicca. Tene menti pro adiuuante amico dicente iniuriam verbalẽ alicui vt ſepe contingit,& ego hoc anno habui hoc in facto & obtinui.

627 Materia confeſsionis facte abſente parte quando valeat & quando nõ, traditur p Bar.& alios in l.certum in C.ſi quis abſente ff.de confeſ.& l.fin.ff.de interroga.actio. de qua materia plenius dixi ſupra in ſingu.202.incipiẽ.tu ſcis regulam &c.vbi adduxi plures in quibus valet confeſsio facta abſente parte. Et teneas menti vnum de quo etiã ibi aliquid dixi,videlicet ꝙ confeſsio facta abſente parte de æquitate canonica plene probat & nocet confitenti.Ita not.dixit do. Anto. in c. ſi cautio.de fide inſtru.quem ibi refert & ſequitur Ioan. de Imo. quos refert & ſequitur do.Lanfran. de Oriano Brixiẽ. in repeti.c. quoniam contra falſam de proba.in xxxij.col.ver.vnum eſt tamen &c.& idem firmat do.Alex.referens d.Ant.Io.de Imo.& Car.in d.c.ſi cautio.& alios etiam in conſi.ſuo cxv.inci.viſa ſcriptura &c.in j.colũ.in vij.vol.& in conſi.cxlv.inci. ponderatis his &c.in v.vol.& in dictis locis doc.tractant de multiplici confeſsione quos non refero breuitatis cauſa.ſed vide omnino quæ dixi ſupra in d.ſingu.202.& do.Alexan. in dictis conſilijs & do. Lanfran. vbi ſupra in xxxj.& xxxij.col.

628 His temporibus & hac etate minores cõmittũt diuerſa delicta ſepe & ſepius,& apud iudices maleficiorum dubitatur quomodo puniantur, de quo habetur in l.j.in.§.impubes & in l.excipiuntur ff.ad ſylla.& in l.ad miniſtrantes in.§.qui corporis ff.de excu.tuto.& per Bald.in l.ſi ſeuerior.in ij.colum.in verſi.ex prædictis C.ex quibus cau.infa.irroga. & in authen. ſacramenta puberum in penul.colum.verſi.faciunt ad prædicta C.ſi aduer.vend. & in l. ſi arrogati.ff. de tutel. Circa quod doc.faciunt diſtinctionem & dicũt quod aut talis minor eſt doli capax, aut non,& aut eſt proximus pubertati, aut nõ. Sed tu facias concluſionem in hac materia & dicas ꝙ minor delinquens nunquã punitur vera pœna ſtatuti, niſi iſta duo cõcurrunt,videlicet quod ſit doli capax & proximus pubertati.Ita not.dixit Angel.in l. impuberem ff.de fur. quem refert & ſequitur Ioan.de Ana.in c.j.in fi.iiij.colum. de delic. puero. De qua materia etiam locutus ſum in l.de minore in princi. in viii.colum.ff.de quæſtioni.Et ſcias ꝙ prædicta habent locũ in delictis quæ committuntur in faciendo, ſed ſecus eſt in delictis commiſsis in omittẽdo vel in negligendo,quia in illis non punitur minorennã ſi ſit doli capax.Ita dixit Dy. in d.l.j.§.impubes ff.ad ſyllan.quem refert & ſequitur Ioann. de Ana.in d.c.j.de delic. puero in viij.colũ.vbi ad hoc etiam allegat Cyn.& Saly.& alios. Ad quæ etiam vide q̃ habentur in l.infans ff.de ſicca.& vide Rapha.Cu.in conſi.ſuo xcv.inci. Chriſtoforus in fi.vbi dicit ꝙ mitius punitur minor delinquẽs quam maior,quod etiam dixit Raph. Ful.in conſi.ſuo clvij.incip. ſuppoſito in ij. col.poſt me.& vide in materia no. verbum do.Philip.decij.in capitu.de cauſis nume.v. de offi.deleg.& Alex.in conſi.clx.inci.vilis nume.8.in vij. volu.

629 Tres ſunt regule iuris quæ multum fraternizant in ſimul,vna eſt ꝙ ſententia debet eſſe conformis libello,vt in l. vt fundus ff. communi diui.& c.licet hely.de ſimo. cum ſi.alia eſt ꝙ ſuper non petitis iudex non dicitur cedere,vt in l.iiij.in .§.hoc autem iudicium ff.de dam.infec. & in l. ſtipulatio in .§.habet de ope.no.nun.& in l. cum quis in prin.ff.de ſolu.Item alia regula eſt ꝙ ſententia non valet niſi feratur ad inſtantiam partis,ſecundum Bar.in l.j.C.vt quæ deſunt ad uoc.par.iud.ſup.& Ang in l.de vnoquoque ff.de re iudi.& Paul.de Caſt.in l.j.in princ. C.de iudi.de qua per Iaſ.latius in l.properandum §.& ſiquidem in j.colum.C.de iudi.& per do.Catal.in tract.ſyndi.in ver.cclxx.incip.adde an ſententia &c.& ibi in ver. ſeq. Attamen tene menti ꝙ non obſtantibus dictis regulis ꝙ iudex poteſt cõdemnare ſpoliatorem accuſatum de ſpoliatione fundi p ſpoliatum,etiam in fructibus perceptis,etiã ſi hoc non ſit petitum in libello per ipſum ſpoliatum ita ſing.dixit Inno.in c.grauis de reſtitu.ſpolia.quod dictum pro valde no.refert & ſequitur d.Lanfran.de Oriano Brixien.in repe.ſua rub.de cauſa poſ.proprie. in iij.colum.quod eſt magna limitatio ad dictas regulas & iura.Ideo teneas menti & in ſimili vide Iaſ.in l.aquiliana in ij.col.ver.& adde tex.ff.de tranſac.

630 Generalitas verborum ſemper debet reſtringi ad habilia l.vt gradatim ff.de mu.& ho.& l.j.per glo.C.de tac.ſan. eccle. de quo ego dixi latiſsime in l. vnius in.§. cognitiorum in v.& vj.col.ff.de quæſtioni.Attamen hæc regula fallit ſecundum doc.niſi verba

eſſent geminata vel talis nature ex quibus
appareret quod intentio diſponentis eſſet
comprehendere etiam inhabilia, vtputa, ſi
in lege vel ſtatuto vel in alia diſpoſitione
eſſent appoſita verba latiſsima, vtputa quo
modocunque, qualitercunq; cuiuſuis condi
tionis & ſtatus, & ſimilia, nam tunc compre
henduntur etiam inhabilia. Ita dixit Bar. in
l. generali. in. §. vxori ff. de vſufruc. lega. &
volũt alij quam plures quos ego adduxi in
d. §. cogniturum in vj. & vij. col. Et ideo di
xit Salyc. in l. ſi ſerui veſtri. C. de noxa. ꝙ ſi
ſtatutum dixit quicunque occiderit quouis
modo vel cauſa, ſiue qualitercunq;, decapi-
tetur, tunc quilibet occidens decapitabitur
nec fiet diſtinctio vtrum dolo vel culpa qs
occiderit vel ẽt ſe defendẽdo, qđ dictum re
fert & ſequitur Iaſ. in l. fideiuſſor. in. §. præ-
tor ait in ij. col. ff. qui ſatiſ. cog. vbi ad hoc ẽt
alleg. Alex. in l. & ſi ſeuerior in ij. col. C. de
infami. & Bald. in l. data opera in v. colũ. C.
qui accu. non poſ. & in l. quicunq; in vj. col.
C. de ſer. fugiti. & Car. & Ioan. de Ana. in c.
lator. de homici. ad quæ ẽt vide Iaſ. in l. non
dubiũ in ix. col. ver. & iuxta hoc infert &c.
C. de legi. & in l. j. nu. xix. ff. de legi. vbi re-
fert & ſequitur doctri. Saly. in d. l. ſi ſerui ve
ſtri. Et licet dicta doctrina Salyc. in. d. l. ij. C.
de noxa. & ſequaciũ videatur tenẽda, atta-
men ego circa eius validitatẽ valde dubito,
eo quia ſtatutũ ſemper debet reſtringi vbi-
cũque, ſi nõ reſtringeretur reſultaret abſur-
dũ. Iſte eſt tex. ſing. & not. in l. ſcire oportet
in. §. aliud ff. de excu. tut. Sed nõ eſt dubium
ꝙ ſi ex forma dicti ſtatuti deberet decapita
ri occidens aliquẽ ad ſui defenſionem, reſul
taret maxima abſurditas quod quis nõ poſ-
ſet ſe defendere, ſed pro defenſione vite ſue
deberet pati mortẽ, quod eſt contra ius na-
turale. ergo tale ſtatutum debet reſtringi.
Ita ſing. dixit d. Lanfran. de Oriano Brixiẽ.
in reperi. l. admonẽdi in xxiiij. colũ. ff. de iu-
reiur. vbi dixit ꝙ dicta doctri. Salyc. & ſe-
qua. eſt falſiſsima per rationem prædictam,
& idem dixit Bartol. in cõſi. ſuo clxxxviij.
incipien. ſtatuto caſtri plebis &c. & alleg.
dictam l. ſcire oportet. §. aliud. Et ſubdit d.
Lanfran. vbi ſupra tacite obiectioni, vide-
licet ſi diceretur, quid operabuntur ergo di
cta verba lata & ampla, videlicet quouis
modo &c. reſpondet ꝙ ſatis operabuntur,
quia continebuntur omnes modi per quos
mors perpetratur ab eo qui occidendo di-
citur committere delictum, vt ſi veneno
aliquis occidatur, vel ſi gladio, vel fuſtibus,
vel lapidibus, non enim aſſumendus eſt in-
tellectus verborum ſtatuti ꝙ ſtatuentes vo-
luerint occidentem ad ſui defenſionem de-
bere decapitari, cum in eo non poſsit di-
ci eſſe delictum quia defenſio eſt de iure na
turali, vt in clemen. paſtoralis de re iudic.
Ita reſidet domi. Lanfran. vbi ſupra pro
quo dicto faciunt dicta per Iaſo. in locis ſu
perius allegatis. Et facit etiam optime. Nã
ſtatuta potius debent intelligi vt ſint ſu-
perflua & nihil operentur quam quod quis
indebite damnum patiatur. Ita dixit gloſſ.
ſingula. in l. fina. in §. in computatione C. de
iure delibe. quam gloſ. pro ſingula. refert
& approbat Iaſo. in dicta l. non dubium in
nona columna. C. de legi. & eam ſumme etiã
ponderat ipſe Iaſo. in dicto. §. in computa-
tione in viii. colum. vbi etiam aliqua addu
cit in propoſito. Et per prædicta poſſunt li-
mitari & tolli dicta per Barto. in l. prima. §.
& parui ff. quod vi aut clam. de quibus dixi
in practica mea cauſarum crimina. in. §. op-
portune nume. lxxx. vbi videas. Tene mẽ
ti prædicta quia indubitanter ſeruient tibi
ad multa.

631 Vltima opinio in dubio videtur appro-
bata & ideo profertur alijs opinio. gloſ. eſt
not. in l. qui filium in. §. ſabinus ff. ad tre-
bel. & nota. Ioannes And. in capi. primo de
penis in vj. in nouella & in cap. ij. de ſenten.
excommuni. eod. lib. & Baldus in authẽ. ex
teſtamento in princip. C. de teſta. & Alexã.
in conſilio lxxij. incipien. inſpecto in v. co
lum. in primo volumi. & in conſilio c. inci-
pien. ſuper primo &c. in fin. ix. colum. in
eod. volumi. & ibi in conſilio cxxj. incipiẽ.
viſo proceſſu in penulti. colum. & in conſil.
lxxvij. incipien. in cauſa & lite in iij. colũ.
in ſecundo volumi. & ibi in conſil. clxiij. in-
cip. in prima colum. & in conſil. cclij. incip.
præclare &c. in fin. j. columm. & in conſilio
cccxcv. incipiẽ. cum dicatur in ij. colum. &
voluit Salyce. in l. bona fides in fin. ff. depo
ſiti. Attamen ſcias quod hæc regula fallit,
videlicet niſi prima opi. ſapiat equitatẽ, vl-
tima vero ſapiat rigorẽ, quia tunc prima cẽ
ſetur approbata glo. eſt ſingula. ad hoc in l.
ſi cum exceptione in. §. ſed & ſi quis in glo.
in verbo, omnimodo ff. quod met. cau. quã
glo. ad hoc pro ſingula. allegauit d. Fran. de
Are. in conſil. ſuo clxiij. incipi. diligenter &
mature diſcuſsis in vij. colum. quem refert
& ſequitur Iaſ. in l. ſi tibi pecuniã in vlt. co-
lum. in prin. ff. ſi certũ pet. & hoc poteris ad
dere ad materiã l. placuit C. de iudi. & vi-
de etiam in materia Iaſo. in l. quod ſi epheſi
§. j. nu. ij. ff. de eo quod certo loco. de quo ẽt

errore ductus dixi infra in ſing.660. incip. dicit text.&c.

632 Occurrit mihi præſentialiter quidam caſus qui primo aſpectu videtur ſine aliqua dubitatione, attamen recte conſideranti habet magnam dubitationem. Caſus enim eſt iſte, habeo veſtem quam vendere cupio, & eam trado Titio, & eum rogo vt illam vendat & mihi precium det, & vt libentius illam vendat & magis ſolicitus ſit in vendendo eam dico, vendas dictam veſtem pro x. & pono pactum expreſſum & dico, ſi plus quam x. vendideris illud plus ſit tuum, modo iſte Titius vendidit dictam veſtem xv. hoc caſu queritur cuius ſint illa v. quæ plus vendidit: certe vnuſquiſq; diceret ꝙ illa eſſent ipſius Titij venditoris poſtquam inter eum & dominum dictę veſtis ita conuentũ fuit, nam contractus ex conuentione partiũ legem accipiunt l.j.§.ſi conuenerit ff.depoſi. & quæ ab initio ſunt voluntatis ex poſt facto ſunt neceſſitatis, vt in l.ſicut C.de pac. & obl. & l.ij.C.quando liceat ab emp.diſce. Item in rebus claris non eſt locus coniecturis l.continuus.§.cum ita ff.de verb.oblig. Sed Io.fa. & Io.de platea formant hanc quęſtionẽ in.§.actionum inſti.de actio. & ibi diſtinguunt & dicũt ꝙ aut cõuentio fuit taliter facta ꝙ periculum caſus fortuiti ſpectabat ipſum Titium, & hoc caſu quemadmodum periculũ eſt ſuũ ita ẽt illud quod plus vendidit debet eſſe ſuum, cũ eum ſequantur commoda quem ſequuntur incommoda, vt in l.ſecundũ naturam.cum ſi.de reg. iur. aut non pręceſſit talis conuentione ipſe Titius ſtet ſolum ad lucrum & non ad aliquod periculum, illa quinque erunt dñi dictę veſtris quia, vt dixi, illud lucrum eſſet ſine aliquo periculo & hanc rationem dicunt ꝙ vſura eſt prohibita, quia eſt ſine periculo, ſecus in nautico fenore in quo vſura eſt permiſſa. & iſta omnia latius ponit & refert & Iaſ. in l.j.in penulti.colum.ff.de eſti. actio. Tene mẽti quia quilibet diceret ꝙ illa quinque deberent ſine aliqua diſtinctione eſſe dicti Titij venditoris.

633 Materia citationis ampliſſima eſt, & a doc.in pluribus locis tradita, & ego etiam licet in omnes minimus ſim, tamen plura circa eam dixi & cumulaui in repeti.mea l.de vnoquoque ff.de re iudi. Sed vltra omnia quæ ibi dixi dico tibi aliud non minus nota.in ipſa materia, videlicet ꝙ adeo iura expoſcunt in actibus fiendis citationẽ partis ꝙ ſi factum eſt compromiſſum & in eo ſit dictum ꝙ arbiter poſſit ferre laudũ partibus abſentibus, nec eſt additum, & non citatis, ſi arbiter pronunciat eis abſentibus & non citatis, tunc laudum ſeu ſentẽtia eſt nulla. Ita no.dixit Spe.in titu.de teſte.§.excipitur in fi.quod dictum pro valde no.refert & ſequitur Ioan.de Imol.in c.cum dilectus de arbi &c. & d.Alex.in l.ſi quis arbitratu. in v.col.in ver.iiij.limita ff.de verbo.oblig. & do.Fely.in c.cum olim in ix.col.de re iudi. & Lud.Ro.in ſing.ſuo 272.inci. cõpromiſſum eſt in arbitrum &c. vbi dicit ꝙ iſtud dictũ non eſt alibi. & ꝙ ipſe alias ita pronunciauit in facto. Et in materia an & quando in ſententia arbitratoris requiratur citatio vel præſentia partium vide Iaſ.hoc late examinantem in d.l.ſi quis arbitratu in x. & xj. col.cum ſeq.ff.de verb.oblig.

634 Credo te ſcire qđ papa in beneficialibus habet omnimodã poteſtatẽ & in illis poteſt ad libitũ diſponere, vt hr̃ in c.ij.de præben. in vj. & in cle.j.ad fi.vt lite pen. Et ideo dixit d.Ant.in c.conſtitutus per glo.ibi de religio.domi.ꝙ de beneficijs eccleſia.põt papa diſponere vt vult, etiam ſine cauſa, remouendo vnũ a beneficio ſuo, per d.c.ij. de p̃ben.in vj. & idem tenet Ludo.Ro.in conſil.ſuo ccxcviij.inci.circa præmiſſa dubij conſultationem in ij.col. & d.Pet.Philip. Cor. in conſi.ſuo cccxlix.incipien.videtur in iij. colum.in primo volumi.vbi circa hoc late loquitur. Et dixit glo.fina.in capit.per principalem ix.quæſtio.iij.ꝙ papa poteſt deponere epiſcopum & eum epiſcopatu priuare ſine cauſa quam glo.refert & ſequitur Car. in clemen prima in vlti.nota. vt lite pen. & Abb.in capit.translato de conſti. & Ioann. de Imo.in c.ad ſupplicationem in vlti.not. de renuncia. & Car.in conſilio ſuo lxxv.incipien. venerabilis vir &c. & in clemen.j. præalleg. & Gemi.in c.in iſtis iiij. diſtin. & Ioan.de Imo.in c.ad ſupplicationem in vlt. colum. & x.diſtin. & do.Felyn.in c. quæ in eccleſiarum in xiiij.colum. de conſti. & facit glo.in c.ſi gratioſe de reſcrip. in vj. per quam dicit ibi Gemi.in pen.colum.ꝙ papa in titulis beneficialibus habet pro ratione voluntatẽ, & quod ad libitum poteſt prælato auferre titulum beneficialem. An autem prædicta ſint indiſtincte vera & quomodo intelligãtur vide late per d.Fely.in d.c.quæ in eccleſiarũ in xiiij. & xv.col. Et adde circa hanc materiam no.verbũ Bal. in d.c.j.§.ad hoc in viij.col. per glo.ibi de pace iura.fir.vbi dicit ꝙ ſi papa contulit vni beneficiũ eccleſiaſticũ, deinde de plenitudine poteſtatis illud ſibi auferat & alteri cõferat, ꝙ

teneť ipſe papa ꝓuidere illi primo de eque
bono beneficio, quod dicit eſſe nota. quód
dictum refert & ſequitur Alexan.in l.prohi
bere. in.§.plane.ff.quod vi aut clam. & il-
lud etiam refert & ſequitur Iaſ.in l.barba-
rius.numero xxxij.ff.de offic.præto.& in l.
fi.in vlt.colum.ff.de pact.& in l.quoties.nu
me.xvij.C.de rei vendi.Et pro dicto Bald.
facit quod voluit Cardi. in conſil.ſuo cxlj.
incip.ſanctiſsimus dominus noſter &c. vbi
dixit ꝙ licet diſpoſitio plenaria beneficio-
rum ſpectet ad papam, tamen ita debet hoc
intelligi vt euitetur inconueniens ne alicui
fiat iniuſtitia, quod dictum refert & ſequi-
tur do.Felyn.in d.c.quæ in eccleſiarum. in
xiiij.colum.quem vide.Et pro prædictis fa
cit quod voluit Inno. in c.niſi cum pridem.
de renun. vbi dixit ꝙ ſi papa cogit epiſco-
pum inuitum ſine culpa ſua epiſcopatui re-
nunciare debet ei prouidere de bono cam-
bio,quod dictum refert & ſequitur Iaſ.in di
cta l.barbarius.nu.xxxiij.Et facit etiam,nã
ſi princeps aufert ex cauſa vel ſine cauſa rẽ
alicuius hoc nõ poteſt facere gratis ſed de-
bet reſtituere pretium ſibi rei ſue quam ſibi
aufert. Ita dixit Archidi.in c.per principa-
lem.ix.q.iij.& probatur in l.ſerui.C.quib.
ex cau.ſer.pro pre.lib. accipi. & Bal.ibi in
fi.dicit per illũ tex.ꝙ ille princeps qui pri-
uat aliquem domino rei ſue ex cauſa nõ de-
bet hoc facere gratis. ad idem eſt text.in l.
venditor.§.conſtat.ff.commu.prędio.& ibi
Bal.not.& Bal.in l.fi.§.Titius.ff.de pigno.
actio.& Angel.in conſil.cxxxix.incip.viſis
omnibus.in ij.colum.in verſic.nec obſtat.§.
ſi conſtat &c.de quo per do.Philip.Deci.in
conſi.ſuo ccclvij.incip.in caſu &c.in iiij.co
lum.& in conſi.ccclxxiij.inci.viſo cõſi.&c.
in iij.colum.Tene menti prædicta quia non
ſunt leuia, ſed imo ſunt magne importãtie.
635 Memorie teneo me alias in aliquibus lo
cis tradidiſſe plures gl.et plura iura ad hoc,
videlicet ꝙ in his quæ conſiſtunt in animo
ſtatur dicto aſſerentis cum iuramẽto, quam
materiam tradidi in repeti.mea rubri.C.de
probatio.xxvij.colum.& in practi.mea cau
ſarum criminali.in.§.diligenter.in numero
xliiij.& in eodem.§.nume.cix.& in repeti.
mea rub.ff.de fideiuſſo.in viij.colum.& ſu-
pra in ſingul.ccccxxxiiij.incip. attende ad
vnum &c.Nunc autem in tali materia do ti
bi not.limitationem ad omnia illa iura, vi-
delicet quod illa omnia iura volentia ꝙ in
his quæ depẽdent ab animo ſtatur dicto aſſe
rentis cum iuramento cum ſint improbabi-
lia ſunt vera & habent locum vbi agitur de
paruo pręiudicio,ſed ſecus vbi ageretur de
magno pręiudicio.Ita no.dixit Pau.de Lea
za.in cle.conſtitu.de elec.& idem tenet Do
mi.de ſancto Gemi.in c.eos.de tempo.or.in
vj.vbi alleg.tex.in c.ex inſinuatione.de ꝓ-
cura.& ita tenet Abb.in c.quoſdam, ad fin.
extra de præſump.& do.Franc.de Are.in l.
is poteſt.in x.colum.ff.de acquiren.hære.et
idem tenet do.Felyn.in c.cognoſcentes, in
viij.colum.verſi.fallit tertio.de conſtit. vbi
prædictos alleg.& idem tenet do.Ioan.Cro
tus de Mõteferrato in repetitio.l.qui rome.
in.§.duo fratres. in xxxij.colum.in verſic.
tertia ſit concluſio &c.ff.de verbo.obli.vbi
dicit ꝙ licet ignorantia probetur per iura-
mentum, vt in c.cum in tua. extra qui ma-
tri.accuſ.poſ.& voluit gl.in c.humanis.xij.
q.ij.iſtud dicit eſſe verum vbi tractatur de
paruo præiudicio. & ſic loquitur.d.c.cum
in tua. ſecus vbi ageretur de magno præiu-
dicio alleg.Paul.de Leaza.& alios in dictis
locis. Mihi autem videtur ꝙ pro hac limi-
tatione optime faciat.Nam quando eſt ſemi
plene probatum regulariter ipſi ſemiplene
probanti defertur iuramentũ in ſupplemen
tum probatio.vt in l.in bone fidei.C.de re-
bus cre. & in l.admonendi.ff.de iureiuran.
& in c.fin.de iureiuran.tamen iſta probatio
fienda in ſupplementum per iuramentum
ceſſat & fieri non poteſt in cauſis in quibus
agitur de magno præiudicio,vtputa in cau-
ſa criminali.Ita dixit glo.& ibi omnes in di
cta l.admonendi.de quo late loquitur Iaſ.in
repeti.d.l.admonendi. in xcviij.colum. &
idem dicunt ibi docto. eſſe in cauſis magnis
in quibus non defertur iuramentum in ſup-
plementum probationis. & hanc partem ꝙ
in cauſis criminalibus non deferatur iura-
mentũ in ſupplemẽtum probationis tenet
etiam glo.& docto.in l.iij.in prin.in verbo,
agatur.ff.de iureiuran.& gl.& Bar.in l.ma-
ritus.ff.de quęſtio.& tenent hoc alie quam-
plures glo.& docto.quos refert Iaſ.in repe.
d.l.admonendi.in xcix.col.nume.cclxxiiij.
& cclxxv.& ibi docto.ponunt plures caſus
in quibus non defertur iuramentum in ſup
plementum propter magnitudinem rei vel
cauſæ. & idem dicit Bal.in d.l.admonendi.
in vltima col.ꝙ in cauſa præſcriptionis cũ
ſit odioſa non defertur iuramentum in ſup-
plementum probati.quod etiam firmat Ale
xan.in conſi.ſuo clxxiij.incipien. viſo &c.
in ij.colum. in vj.volu. pro quibus faciunt
optime dicta per Alexan.in l.huiuſmodi.in
§.ſi ita.circa fin.ff.de legat.j.& iſta faciunt
pro dicta limita,quam ſumme not.ad impe-

diendum delationem iuramenti.

636 Clarum eſt in iure ꝙ coniunctus admittitur pro coniuncto ſine mandato cum cautione de rato.l.exigendi.C.de procur.l.ſed & he.ff.eo.& ideo maritus admittitur pro vxore ſine mandato,& econtra,quia dicuntur coniuncti in ſimul l.fi.§.cum aũt in conſtito.in verſic.iam coniuncta perſona. & ibi hoc no.Bal.& Saly.C.de fur.& voluit Bal. & Ang.in l.j.§.fi.ff.de poſth.& Bar.in l.cuiorum.§.affinitas.eo.ti.de quo per ſcri.in l.maritus.C.de procur.& teneas menti ꝙ nedum vxor admittitur pro marito, & econtra,ſed etiam vxor poteſt conſtituere procuratorem ad agendum & defendendum pro ſuo marito detento & carcerato,& hoc duplici ratione.Primo quia eſt coniuncta perſona, vt dixi. Secundo quia etiam videtur ſuam proſequi iniuriam. Ita not.dicunt domini de Rota in nouis deci.ſuis, deciſi.ciij. inci.vxor prætenti clerici &c.quod eſt not. ad ampliationem d.l.exigendi.& d.l.ſed & he.de procu.cum ſimil.

637 Officium ſeu exercitiũ procurandi non competit procuratori in abſentia cõſtituto antequam recipiat mãdatum, vel hoc ſit ſibi intimatum & notificatum per nuncium, vel epiſtolam dñi, nec ſufficit ſi hoc fiat ab aliquo tertio, & ſi ante hoc procurator faciat aliquem actum pro conſtituente eſt nullus.Ita no.dixit Bar.in cõſi.ſuo lxxiij.inci. quæritur vtrum procurator &c.vbi ad hoc alleg.gl.in l.ex conſenſu.ff.de actio. & obl. & idem voluit Pau.de Caſt.in l.j.in j.col.ff. de procu.& in l.furioſus. circa fi.ff.de iudi. ad quod alleg.Bar.ita conſuluiſſe,ſed nõ allegat conſilium.& allegat Spe.in ti.de procu.§. ✱ in verſi.quid ſi procuratorium. & Archi.in c.ij.de procu.lib.vj.& glo.in cle.j. eo.ti.& Bal.in l.falſus.in viij.col.verſic.circa tertiũ.C.de fur.& in l.licet.C.de procur. Sed tu vltra Pau.de Ca.dicas ꝙ illud conſi. Bar.ad hoc refert & ſequitur d.Frã.de Are. in conſi.ſuo lxviij.inci.excellentiſſime domine &c.in ij.col.verſi.præterea dicit.Item hanc partem etiam tenuit Bal. in l.de ſtatu. in prin.ff.de teſt.& Bal.in l.eius qui in prouincia.in ij.col.verſi.ſed dubitatur.ff.ſi cer. pe.& in l.j.in xv.col.in verſi.pone Peruſij. C.de confeſ.& in l.licet.in j.col.ver.quarto no.C.de procura.& Ioan.de Imo.in cle.j.in viij.col.de procu.& Bar.in l.ſi pupilli.in.§. item ſi procurator.ff.de neg.geſt. & volunt alij quamplures doc.in pluribus locis quos ego adduxi in l.ſi quis ne qõ.in xij.col.cum ſeq.ff.de quæſtio.Sed prædictam concluſionem limita niſi in mandato facto tali procuratori in abſentia conſtituto eſſet appoſita clauſula rati.nam ſi talis clauſula eſſet appoſita in mandato valerent facta per eum antequam ipſe habuiſſet mandatum vel fuiſſet certificatus de tali cõſtitutione procuratoris ſibi facta.Ita no.dixit Domi.de ſancto Gemi.in c.ſi qui.in ſi.j.col.de procur.in vj. ad quod alleg.dominos de Rota in antiquis deciſio.deciſio.ccclxxx.& allegat ratione, & allegat etiã plura iura ad hoc facientia. de quibus ibi per eũ. Et iſtud addere poteris ad ea quæ ego dixi in d.l.ſi quis ne quæſtio.in xij.col.ff.de quæſtio.

638 Præparatio ad actum idem operatur qđ ipſe actus.Ita dixit Bal.in l.pignoris cauſa. C.de pigno.actio.pro quo facit quod voluit ibi Ang.vbi dixit ꝙ ſicut debitor fugitiuus poteſt capi per creditorem quando eſt in fuga,ꝙ ita etiam poteſt capi ante fugam ſi aliqua ſunt ſigna euidentia ꝙ vult arripere fugam,quod etiam voluit Bal.in cõſi.ſuo cv. incip.ad euidentiam &c.ante fi.in j.vol.Et facit quod voluit Bal.in c.ad noſtram.de appel.vbi dicit ꝙ ille dicitur apoſtata qui præparat ſe ad fugiendum de monaſterio.& idẽ dicit ibi Barba.in ij.col.alleg.tex.& gl.in l. quid ſit fugitiuus.§.apud celſum.ff.de edili. edic.de quibus ego dixi in ſingu.meo ſupra nume.xliij.incip.debitor fugitiuus. pro quibus facit quod voluit Specu.in titu.de delegato.in.§.ſequitur.in ij.col.in verſic.porro. vbi dicit ꝙ ſi aliquis non turbat iuriſditionem delegati,ſed eſt præſumptio vel dubitatio de turbatione quod poteſt delegatus ipſum cogere vt caueat de nõ turbando eũ quod etiam voluit d.Ant.& Ioan.de Imo.in c.j.de offi.delega.quos refert & ſequitur d. Fely.in rub.de treuga & pace.in ſi.pro quibus omnibus etiam optime faciũt dicta per me in l.j.in prin.in x.col.ff.de quæſtioni.Et ideo tene mẽti perpetuo ꝙ ſicut eſt licitum occidere aggreſſorem pro defenſione perſonæ ſuæ,vt in cle.j.de homici.& in l.ſcientiam.in.§.qui cum aliter.ff.ad l.Aquil.& in l.vt vim.ff.de iuſti.& iur.cum ſi.Ita licitum eſt occidere ſe præparantem ad inſultandũ vel occidendum.Ita ſing.dixit Bal.in l.in lege. in lectura antiqua.ff.loca. quod dictum pro valde no.refert & ſequitur Iaſ.in d.l.vt vim.in iij.col.poſt princi.ff.de iuſti.& iure. quod eſt ſing.not.pro adiuuando amico occidente inimicũ ſuum . pro quo dicto faciũt quæ ego dixi in l.j.in prin.in v.colum.ff.de ſicca.& in l.furem.in j.col.eodem titu.Et dixit etiã Bal.in d.l.in lege.ff.loca.ꝙ illa lex.

facit in ar.ad ligam exiſtentẽ inter aliquos, vt debeatur ſubſidium non ſolum cum offenſa eſt in actu.ſed etiam cum eſt in potentia ad actum ut obuietur offenſione a principio ne poſsit fieri.quod dicit eſſe no.

